TUMBOS DEL MONASTERIO DE SOBRADO DE LOS MONJES

Pilar Loscertales de G. de Valdeavellano

volumen II

TUMBO SEGUNDO E INDICES

64647
2

TUMBOS
DEL
MONASTERIO
DE
SOBRADO DE LOS MONJES

64647
2

TUMBOS
DEL
MONASTERIO
DE
SOBRADO DE LOS MONJES

TUMBOS
DEL
MONASTERIO
DE
SOBRADO DE LOS MONJES

64647-2

PILAR LOSCERTALES DE G. DE VALDEAVELLANO

TUMBOS
DEL
MONASTERIO
DE
SOBRADO DE LOS MONJES

VOLUMEN II

TUMBO SEGUNDO E INDICES

DIRECCION GENERAL
DEL PATRIMONIO ARTISTICO Y CULTURAL
ARCHIVO HISTORICO NACIONAL
MADRID, 1976

MINISTERIO DE EDUCACIÓN Y CIENCIA
BIBLIOTECA

R. 149.825

Edita: Servicio de Publicaciones del Ministerio de Educación y Ciencia
Impreso en España
ISBN: 84-369-0070-7 (Obra completa)
ISBN: 84-369-0072-3 (Tomo II)
Depósito legal: M. 36.197.—1976 (II)
Artes Gráficas Benzal - Virtudes, 7 - Madrid-3

Incipit prologus de noticiis hereditatum et possessionum Sancte Marie de Superaddo.

Quam facilis est et cito labitur humana memoria et iuxta sapientem futura tempora obliuione cuncta pariter operiunt, non mediocrem affert utilitatem cum ea que facta sunt apicibus commendantur, ut per hoc quodam modo perhennia fiant ex integra perseuerent. Vnde nobis quoque necessarium (est *tachado)* uisum est ea que uidimus uel audiuimus et patres nostri narrauerunt nobis fratrum nostrorum generationi tam presenti quam illi que uentura est non occultare debere, quatinus nouerint et ipsi quas possessiones a quibus personis, quibus testibus a principio domus nostre usque ad tempus istud, partim ex aliorum largitione, partim ex propria emptione, Deo iuuante, adquisiuimus. Primum igitur ponamus donum Aldefonsi imperatoris Hispaniarum, postea uero, domni Fernandi comitis, deinde, consobrine sue Urrace Ueremundi et patris eius domni Ueremundi et omnis uocis eorum, qui loci istius, qui uocatur Superaddum, datores extiterunt et fundatores. Hoc donum, eodem imperatore iubente, Iohannes Fernandi, tunc temporis notarius imperatoris, sub eiusdem imperatoris nomine litteris conmendauit ipsiusque sigillo donationis cartam muniuit, hunc modum continentem. Explicit prologus. *[Sig.]*

Tumbo II, al dorso del primer folio, que no está numerado.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CRISTI, AMEN

[I]ncipiunt capitula secundi libri de hereditatibus et possessionibus monasterii Superaddi, quas fratres ordinis cisterciensium inuenerunt uel recuperauerunt aut emerunt aut pro donatione acceperunt.

INCIPIUNT PRIUILEGIA DE MONASTERIO SUPERADDI, QUOD FECERUNT, SCILICET EUGENIUS PAPA, ALEXANDER PAPA, ALEXANDER, ALEXANDER *(SIC)* PAPA, URBANUS, LUCIUS PAPA

A. Priuilegium quod fecit papa Eugenius de Monasterio Superaddi.
B. Priuilegium quod fecit papa Alexander de, episcopo uolente, abbate vendicere uel ordinare.
C. Priuilegium quod fecit papa Alexander, quod fratres non debent dare decimas de proprio labore.
D. Priuilegium quod fecit papa Alexander.
E. Priuilegium quod fecit papa Urbanus.
F. Priuilegium quod fecit Lucius papa.

I. Karta donationis quam fecit regina domna Urraca et filius eius rex domnus Adefonsus, domno Ueremundo Petri et fratri ⟨eius⟩ comiti Fernando de terra Superaddi.

II. Karta donationis quam fecit imperator domnus Adefonsus, comiti domno Fernando et fratri eius Veremundo Petri de conmisso terre Superaddi.

III. Placitum siue colmellum de Superaddo quod fecit domnus Ueremundus Petri, filie sue Urracce Ueremundi Deo uote.

IIII. Hoc est primum testamentum quod fecit comes domnus Fernandus Petri et sua subrina Urraca Ueremundi et pater eius Veremundus Petri et uxores eorum, scilicet, comitissa domna Sancia Gundisalui et infans domna Urraca et filii et filie eorum Ordini Cisterciensium de monasterio Superaddi.

V. Testamentum uel donationem quod fecit domnus Adefonsus imperator de monasterio Superaddi Ordini Cisterciensium.

VI. Testamentum quod fecerunt comes domnus Fernandus et frater eius Ueremundu Petri, assensu domni imperatoris, de monasterio Superaddi.

VII. Testamentum quod fecerunt eodem modo ad augmentum monasterii Superaddi.

VIII. Testamentum siue carta donationis de hereditatibus que fuerunt Superaddi et recuperauimus eas ibi, iure perpetuo, nos superius nominati.

IX. Item dispositio quam fecit comes domnus Fernandus Petri ad obitum suum.

X. Item ego Adefonsus Hispanie imperator facio cartam donationis, quod fratres Superaddi, in toto meo regno, non dent po[r]tadigum.

XI. Karta donationis quod nullus homo det luctosa qui in monasterio Superaddi seruire uoluerit, sub regula beati Benedicti.

XII. Karta donationis quam fecit domnus Adefonsus imperator, Superaddo, de decima parte portadigo de burgo Fari.

XIII. Karta donationis quod domnus Adefonsus imperator donauit Superaddo decimam partem de redditu burgi Fari.

XIIII. Karta donationis quod comes domnus Fernandus Petri fecit Superaddo, de dimidio reditu Burgi Phari, de medietate de X^{m} partis.

XV. Karta confirmationis quam fecit rex Fernandus Superaddo, de decima parte totius Bu⟨r⟩gi Phari.

XVI. Karta donationis quam fecit dominus episcopus Martinus de tribus marhis *(por* marchis) argenti Superaddo, tractis de gazofilatio beati Iacobi, annuatim ad Pentecostem iure perpetuo.

XVII. Karta donationis quam fecit dominus episcopus Martinus eidem loco de aliis tribus marchis de gazofilatio ad festum Sancti Andree annuatim.

XVIII. Karta donationis quam fecit dominus archiepiscopus Martinus Compostellanus de [± 5] ecclesia beati Iuliani de Colimbrianis, monasterio Superaddi.

XIX. Karta donationis quam fecit rex Fernandus de [± 5] ecclesia beati Iuliani de Colimbrianis domno Martino archiepiscopo Compostellano.

XX. Karta diuisionis quam fecit episcopus domnus Iohannes Lucensis, per autoritatem regis domni Fernandi, inter monasterium Superaddi et Petrum Munionis et archiepiscopum Petrum Gudestei, Compostellane ecclesie.

XXI. Karta confirmationis quam fecit rex domnus Fernandus Superaddi monasterio, de hereditatibus et possessionibus quas lucrati sunt, in diebus patris sui domini imperatoris.

XXII. Karta donationis de cauto Sancti Martini de Capruno, quod fecit rex domnus Fernandus monasterio Superaddi.

XXIII. Karta donationis quam fecit rex domnus Fernandus de ducentis aureis in moneta beati Iacobi, sancte Marie Superaddi.

XXIIII. Karta donationis quam fecit rex domnus Fernandus, quod de illa medietate quam habeba in moneta beati Iacobi, III^{am} partem inde dedit beate Marie de Superaddo, et de burgo ripe Tamaris annuatim X marchas argenti ad opus Sancte Marie Superaddi.

XXV. Karta quam fecit rex domnus Fernandus, quod non detur portadigum de ferro quod extraxerint de Petrafita.

XXVI. Karta quam quam fecit rex domnus Fernandus, quod de

domibus quas habent fratres Superaddi in burgis uel ciuitatibus uel in uillis totius mei regni, non dent forum.

XXVII. Karta donationis quam fecerunt dominus archiepiscopus Petrus Suarii et sui canonici, de domo quam habet Superaddum in Compostella, iuxta ciquilum et debito quod ad eos pertinebat.

XXVIII. Karta donationis quam fecit rex domnus Fernandus de ecclesiis de Armerezo, Curispineto et de Corme.

XXIX. Karta donationis quam fecit rex domnus Fernandus de regalengo de Seaya pernominatum Portum de Mogia.

XXX. Karta donationis quam fecit Urraca Gomez monasterio Superaddi, de Auelio Superiori et de ecclesia Sancti Iacobi de carreira media cum duabus seruicialis et Surdiis cum pertinentiis suis.

XXXI. Karta donationis quam fecit Tharasia Munionis de hereditate de Pausada, monasterio Superaddi.

XXXII. Karta donationis quam fecit rex Fernandus de azeniis que sunt iuxta burgum Phari in riuulo Suana.

XXXIII. Karta donationis quam fecit rex Fernandus de burgo de Leborario cum suo cauto.

XXXIIII. Karta donationis quam fecit rex Fernandus de regalengo de Constantin et de Uenariis cum suo cauto.

XXXV. Karta donationis quam fecit domna Stephania comitissa de Ueniuiues que nunc Uallem Uiridis apellatur.

XXXVI. Karta donationis quam fecit rex domnus Adefonsus, de eadem hereditate Uallis Uiridis.

XXXVII. Karta quam fecit domnus Adefonsus imperator Sancte Marie de Saro, de Sancto Tirso et de hermida Sancti Petri in Lampriana.

XXXVIII. Karta quam fecit prior domnus Petrus de Saro, cum suo conuentu, comitisse domne Marie, de eadem hereditate Sancti Tirsi.

XXXIX. Karta quam fecit comitissa domna Maria, monasterio Superaddi, de grangia Sancti Tirsi.

XL. Karta agnitionis quam fecerunt fratres militie Sancti Iacobi de uillaribus que sunt inter Sanctum Tirsum et Moledes.

XLI. Karta quam fecit Habibe et uxor sua Aderela de hereditate de Lampreana et Maladones et de Lacuna.

XLII. Karta quam fecit Petrus episcopus Ciuitatensis, de domibus de Zamora.

XLIII. Karta quam fecit Adefonsus imperator monasterio Sancte Marie de Saris de hereditate Sancti Tyrsi.

XLIIII. Karta quam fecit Adefonsus Yspanie imperator, monasterio Superaddi, de illa hermida Sancti Laurencii de Buual.

XLV. Karta quam fecit Iohannes Gimarat de Sancti Laurencii de Buual.

XLVI. Karta quam fecit Petrus episcopus Auriensis, de hereditate Sancti Laurencii de Buual.

XLVII. Karta quam fecit domnus Fernandus rex Yspaniarum, de h[er]editate de Chanos et de Cheda et de Passarim.

XLVIII. Karta quam fecit domnus Fernandus rex Yspanie de casal de Barral quod est in uilla que uocatur Foramontanos.

XLIX. Karta quam fecit Adefonsus rex Legionis, de hereditatibus quas dederat pater suus, uidelicet Passarim, Chanos, Casal de Foramontanos, burgum de Leporario et Costantini.

L. Karta quam fecit Petrus Uaasquet et Pelagius Nogaria de uilla de Foramontanos de hereditate Sancti Laurencii.

LI. Karta quam fecit Petrus Uaasquet de hereditate de una leyra que uocatur de Aluito.

LII. Karta quam fecit Petrus Rapinadi de hereditate de Passarim.

LIII. Karta quam fecerunt Martinus Didaci et Pelagius Muniz et alii multi de hereditate Quinti.

LIIII. Pactum de Secaria.

LV. Pactum de Secaria.

Tumbo II, fol. 1 r. y v.

1

A. 1171-72, 1178 o 1181, Marzo 11. Alejandro III

PRIUILEGIUM QUOD FECIT ALEXANDER PAPA OMNIBUS MONASTERIIS CISTERCIENSIS ORDINIS

Alexander episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis abbatibus Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Cum sitis artius diuinis obsequis dediti, uestre religionis consideratione, compellimur paterne quieti uestre caritatis prospicere et gratiam nostram specialiter indulgere. Ea propter, dilecti in Domino filii, piis postulationibus uestris inducti presentibus uobis litteris indulgemus ut unusquisque uestrum fratres monasterii, si qui cum ad conuersionem eius adcederint uel post ea confessi fuerint, quod pro appositione ignis aut pro uiolenta manuum iniectione in clericum uel aliam religiosam personam, uinculo tenentur excommunicationis astricti uel excommunicatis communicauint, de auctoritate nostra facultatem habeant absoluendi et penitentiam iniungendi quam uiderint salutarem. Datum Tusculani V° idus marcii.

Tumbo II, fol. 2 r.

2

A. 1185, Mayo 25 E. Lucio III

PRIUILEGIUM QUOD FECIT LUCIUS PAPA MONASTERIO SUPERADDI

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis abbati monasterii ecclesie Sancte Marie Superaddi eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicam conuenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a propposito reuocet aut robur, quod adsit, sacre religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefato monasterium Sancte Marie Superaddi, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et

nostra proteccione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis, siquidem, statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensis fratrum in eodem monasterio noscitur iusticiis perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Domino, poterit adispici, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneat. In quibus hec propriis d⟨u⟩ximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Quicquid habetis in uilla Sancti Iuliani. Quicquid habetis in Gutticeam et in ecclesia Alba et in Auellanda, ubi est grangia Petrarie. Quicquid in uilla que dicitur Nugueria et aliis domibus in strata publica Sancti Iacobi habetis. Quicquid etiam in archa Sancti Iacobi et in Uncia et in Portu Fari in Uillafranca habetis. Grangiam Dumbret, Gorziam, Petrariam, Iabrim, Ianruz, Salinas, Brium, Reparadum, Lauredum, Rigmacum, Villeri, Guison, Faente, Sanctum Laurentium, Passerinum, Rechenedum, ecclesia Sancti Tyrsi in Campis, Valen Fontium in episcopatu Salamantico et monasterium Uallis Uiridis. Sane laborum uestrorum quos propriis manibus uel sumptibus colitis, tam de terris cultis quam incultis, siue de nutrimentis animalium uestrorum, nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos uel laycos e seculo fugientes, liberos et absolutos ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum, post factam in monasterio uestro profesionem, fas sit de ipso, absque licentia sui abbatis, discedere. Discedentem uero, sine communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quis eos forte retinere presumpserit, liceat uobis in ipsos monachos uel conuersos uestros sententiam regularem ex nostra auctoritate proferre. Paci quoque ac tranquillitati, paterna sollicitudine prouidere uolentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum uiolentiam uel rapinam seu furtum facere, ignem apponere, hominem capere, uel interficere audeat. Insuper, etiam, apostolica auctoritate sanccimus quem admodum a felicis memorie predecessoribus nostris EUGENIO et ALEXANDRO romanis pontificibus ordini uestro indultum est, ut nullus episcopus neque alia quelibet persona ad sinodos uel ad conuentus forenses uos ire compellat, set nec ad domos uestras causa ordines celebrandi, crisma faciendi, causas tractandi uel aliquos conuentus publicos conuocandi, quisquam uobis inuitis presumat accedere. Sanccimus etiam ut si episcopus in cuius parrochia domus uestra fundata est, tertio per

MINISTERIO DE EDUCACIÓN Y CIENCIA - BIBLIOTECA -

interualla temporum, cum humilitate et deuotione sicut conuenit requisitus, substitutum abbatem benedicere forte retinuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios nouicios benedicere, et alia que ad officium suum pertinent exercere, donec idem episcopus duriciam suam recogitet et abbatem sine prauitate aliquam benedicat. Illud adicientes: ut nullus episcopus regularem electionem abbatis uestri impediat, aut de instituendo uel deponendo, seu remouendo, eo qui pro tempore fuerit contra statuta Cisterciensis Ordinis, et auctoritatem priuilegiorum uestrorum se ullatenus intromittat. Preterea, omnes immunitates seu libertates Ordini uestro a predecessoribus nostris indultas ac rationabiles et honestas monasterii uestri consuetudines hactenus obseruatas, et immunitates secularium exactionum a regibus et principibus uobis rationabiliter concessas, auctoritate apostolica confirmamus et illibatas statuimus permanere perpetuo. Porro, si qui a uobis aliquid contra libertatem Ordinis a predecessoribus nostris et a nobis indultam expetierint, liberum sit uobis, auctoritate apostolica denegamus quod petitur, ne occasione ista predictus Ordo qui hactenus liber extitit, humane seruitutis laqueo uinciatur. Quod, si qui episcopi propter hoc in personas uestras uel monasterium ipsum, sententiam aliquam promulgauerint eandem sententiam tamquam contra apostolice indulta prolatam decernimu uricandam. Decernimus, ergo, ut nulli omnino hominum liceat liceat prefatum monasterium temere, perturbare, aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, set omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis pro futura, salua Sedis Apostolice auctoritate. Si qua, igitur, in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini Nostri Ihesu Christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

[Christus] Ego Iohannes presbiter Cardinalis titulum Sancti Marci subscripsi.

[Christus] Ego Laborans presbiter Cardinalis Sancte Marie Transtiberim titulum Callixti subscripsi.

[Christus] Ego Pandulfus presbiter Cardinalis titulum XII Apostolorum subscripsi.

[Christus] Ego Albinus presbiter Cardinalis titulum Sancte Crucis in Iherusalem subscripsi.

[Christus] Ego Melior presbiter Cardinalis Sanctorum Iohannis et Pauli titulum Pamaehii subscripsi.

[Christus] Ego Adhelardus titulum Sancti Marcelli presbiter Car[dinalis] subscripsi.

[Christus] Ego Lucius catholice ecclesie episcopus subscripsi.

[Christus] Ego Theodinus Portuensis Sancte Rufine sedis episcopus subscripsi.

[Christus] Ego Henricus Albanensis episcopus subscripsi.

[Christus] Ego Ardichio diaconus cardinalis Sancti Theodori subscripsi.

[Christus] Ego Gratianus Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscripsi.

[Christus] Ego Soffredus Sancte Marie in Uia Lata diaconus cardinalis subscripsi.

[Christus] Ego Rollandus Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis subscripsi.

[Christus] Ego Radulfus Sancti Georgii ad Uelum Aureum diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Verone per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, VIII kalendas iunii, Indictione tercia, Incarnationis dominice anno M° C° LXXX° V°. Pontificatus uero domini Lucii Pape III anno quarto.

(Rota): Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Lucius papa III. Bene Valete.

Tumbo II, fols. 2 r.-3 r.

3

A. 1186-1187, Mayo 6 E. Urbano III

PRIUILEGIUM QUOD FECIT URBANUS PAPA. CYSTERCIENSIUM ORDINI

Urbanus episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis abbatibus et uniuersis fratribus ordinis Cisterciensis salutem et apostolicam benedictionem. Cum ordo uester per infusionem diuine gratie longe lateque fidelibus Christi sit ordo uite in uitam, in his que iuste requiritis tanto facilius nostrum impartimur assensum quanto plures ex eo in eccle-

sia Dei proficiunt ad salutem. Ea propter dilectissimi Domino, filiis uestris iustis postulationibus clemmenter annuimus et auctoritate uobis presentium indulgemus, ut si archiepiscopi uel episcopi in quorum parrochiis domus uestre fundate sunt, cum humilitate et deuotione debita requisiti abbates aliis substitutos benedicere, et cetera que ad officium episcopalem pertinent exhibere forte renuerit, eisdem abbatibus, si tamen sacerdotes fuerint, liceat nouicios proprios benedicere et cetera ad abbatis officium pertinentia exercere et ab alio episcopo illa percipere, que a suo fuerint indebite denegate. Illud aditientes ut in recipiendis professionibus que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur ea sint episcopi forma, et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta et hactenus obseruata, scilicet, ut abbates ipsi saluo ordine ⟨suo⟩ profiteri debeant, et contra statuta ordinis, apostolice sedis priuilegio roborata, nullam professionem facere compellantur. Quod si sedes diocesani episcopi forte uacauerit, hec omnia a uicinis episcopis libere suscipere et absque contraditione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non potestis habere, si aliquem episcopum per uos transire contingerit, ab illo benedictionem uasorum, et uestium monachorum ordinationes, altarium consecrationes recipere ualeatis. Pari quoque et tranquillitati prouidere uolentes, districtius prohibemus, ne quis uos ad secularia iudicia prouocet, set si quis putauerit sibi aliquid in uos de iure competere sub ecclesiastico iudice experiendi habeat facultatem. Nullus, etiam, uos uel fratres uestros ad concilia sinodos aut aliquos conuentus publicos ire compellat, nec ad domos uestras accedat uobis inuitis, causa ordines celebrandi, crisma conficiendi, aut alios conuentus publicos conuocandi. In causis, autem, propriis siue ciuilem, siue criminalem, contineant questionem. Liceat uobis fratrum uestrorum quos ad hoc ydoneos esse constiterit, testimoniis uti ne ex defectu testium ius uestrum ualeat deperire. Auctoritate, quoque, apostolica interdicimus ne quis uicinos uel mercennarios uestros pro eo quod uos ad laborandum adiuuerint in illis diebus in quibus laboratis et alii feriantur uel aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate uobis indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo quod aliqua uobis beneficia uel obsequia, ex caritate prestiterint interdicere, aut uinculo anatematis audeat innodare. Quod si quis in aliquem de familia uestra donec in famulatu uestro permanserit, propter detentionem decimarum uel aliquid aliud a sede apostolica ordini uestro concessum, excommunicationis uel interdicti setentiam promulgauerit, liceat uobis eos absoluere, et in metu mortis quotiens ue *(sic)* necesse fuerit, si eorum presbiteri humiliter requisiti id efficere noluerint, uel malitiose distulerint, interim ipsis ecclesiastica sacramenta

conferre. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et prohibitionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incasurum. Datum Verone II nonas maii.

(Rota): Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. URBANUS PAPA. BENE VALETE.

Tumbo II, fol. 3 r. y v.

4

A. 1184 o 1185, Noviembre 17 E. Lucio III

LUCIUS EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI, DILECTIS FILIIS ABBATIBUS CISTERCIENSIUM ET CLAREUALIENSIUM et uniuersis coabbatibus eorum sub eodem ordine Domino seruientibus, salutem et apostolicam benedictionem. Monastice sinceritas discipline quam in puritate ordinis quem tenetis eterni conditoris prouidencia gubernauit, restaurauit, illam semper inuenit in apostolica sede clemenciam qua et uobis in Domino propositum uirtutis acresceret et aliorum deuotio uestris prouocaretur exemplis ut per celestium sententiam mandatorum ad propositum feliciter brauium festinaret. Inter cetera uero licet ordo uester ea se seruauerit diocesianis episcopis humilitate subiectum ut saluis originalibus institutis eorum semper uellet magisterio subiacere, illud tamen de fauore ac protectione apostolice sedis optinuit, ut nullus in monasteria uel abbates ordinis memorati quamlibet ecclesiasticam sententiam audeat promere, uel personas in eodem ordine constitutas excommunicationis uel suspensionis, seu interdicti promulgatione grauare. Quia uero, frigescente caritate, usque ad eo malicia noscitur habundasse, ut nonnulli eorum qui ecclesiis Dei modernis temporibus sunt prelati transgrediantur terminos ad antiquioribus constitutos et in uestrum specialiter ordinem indebitam exercere non dubitent ultionem presentium litterarum inscriptione, statuimus, et auctoritate apostolica confirmamus, ut nulli liceat omnino in uos uel in monasteria uestra, seu fratres ibidem constitutos, contra id quod ab origine ⟨Ordinis⟩ noscitur institutum obseruatum, excommunicationis uel suspensionis, seu interdicti sententiam promere. Quam si de promta fuerit, auctoritate apostolica decernimus non tenere. Adicientes, quoque, decernimus ut archiepiscopi et episcopi in recipiendis professionibus que a

benedictis uel benedicendis abbatibus exibentur, ea sint forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, scilicet, ut abbates, ipsi saluo ordine suo, profiteri debeant, et contra instituta Ordinis nullam professionem facere compellantur. Adhuc autem iustis uestris petitionibus annuentes et uolentes sollicite prouidere ne ad id quod uestram religionem dedeceat aliquorum possitis malignitate compelli, presentibus uobis litteris indulgemus, ut generaliter ad omnes uel specialiter ad aliquas causas, de conscientia et approbatione sanioris consilii yconomum habeatis qui calumpnie iuramentum pro uobis suscipiat, et agendi et respondendi super causis monasteriorum liberam habeat facultatem. Si quis etiam cum ad religionem uestram accedunt, uel postea confessi fuerint quod pro appositione ignis aut pro uiolenta manuum iniectione in clericum uel in aliam religiosam personam, seu quod excommunicatis communicauerint, aut aliis modis uinculo excommunicationis teneantur astricti preter eos qui debito pecunie alicui persone obligati fuerint, et soluere possunt, de auctoritate nostra habeatis absoluendi liberam facultatem, et congruam penitentiam iniungendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Verone X°V° kalendas decembris.

Ego Lucius catholice sedis episcopus ss.

[Christus] Ego Iohannes presbiter cardinalis titulum Sancti Marci ss.

[Christus] Ego Laborans presbiter cardinalis Sancte Marie Transtiberim titulum Calixti ss.

[Christus] Ego Pandulfus presbiter cardinalis titulum XII Apostolorum ss.

[Christus] Ego Albinus presbiter cardinalis titulum Sancte Crucis in Iherusalem ss.

[Christus] Ego Melior presbiter cardinalis Sanctorum Iohannis et Pauli titulum Pamachii ss.

[Christus] Ego Adelardus titulum Sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.

[Christus] Ego Ardichio diaconus cardinalis Sancti Theodori ss.

[Christus] Ego Gracianus Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.

[Christus] Ego Soffredus Sancte Marie Uia Lata diaconus cardinalis ss.

[Christus] Ego Rollandus Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.

[Christus] Ego Radulfus Sancti Georgii al Uelum Aureum diaconus cardinalis ss.

(Rota): Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Lucius III[us] y BENE VALETE.

Tumbo II, fols. 3 v.-4 r.

5

A. 1147, Mayo 9 E. Eugenio III

PRIUILEGIUM QUOD FECIT PAPA EUGENIUSS DE MONASTERIO SUPERADDI

EUGENIUS EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI, DILECTIS FILIIS PETRO ABBATI MONASTERII quod dicitur Superaddum, eiusque fratribus regularem uitam professis, tam presentibus quam futuris imperpetuum. Quotiens illud a nobis petitur quod religione et honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideris congruum impartire suffragium. Ea propter, dilecti in Domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum locum in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poteritis adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis, uidelicet locum ipsum qui dicitur Superaddum, cum omnibus appendicis suis, sicut testantur carte donationis: Terram uidelicet que uocatur Martia, terram de Aluariza, terram de Sagulfi et Auom, terram de Gunderii, terram de Tanzim, terram de Uillar Plano, terram de Oiam, terram de Sancti et San[c]ton, et Uillares et de Uilla de Monte et Dombrethi, et Guardiam, et Causo, et Carnis, et Sangorzo, et Rouoredo. Et in territorio de Nendos, Genrozo et Untia, et Petario, et Salinas, et Uentosa, et Mariniano. In territorio Trasancos, Brion et Sanctum Christoforum, et Baloni, et Sarantelios, et Reparadi, et Priorio. In territorio Monteroso, Fahenti. In territorio Buual, Sanctum Laurentium et Rugitorio, et Rechaneda. Sane laborum uestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis uestrorum animalium, nullus a uobis decimam exigere presu-

mat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere aut aliquibus uexationibus fatigare, set omnia integre conseruentur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnibus pro futura, salua Sedis Apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino [iudicio] [1] existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini Nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant, amen, amen, amen.

(Rota): Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Eugenius papa III. *En círculo:* Fac mecum Domine signum in bonum.

Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss BENE VALETE.

[Christus] Ego Albericus Hostiensis episcopus ss. [Christus] Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss. [Christus] Ego Odo diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Uelum Aureum ss. [Christus] Ego Octauius diaconus cardinalis Sancti Nicholai in Carcere Tulliano ss. [Christus] Ego Guido presbiter cardinalis titulum Sancti Grisogoni ss. [Christus] Ego Iordanus presbiter cardinalis titulum Sancte Susanne ss. [Christus] Ego Iacinctus diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmydyn ss.

Datum Parisius per manum Hugonis presbiteri cardinalis agentis uicem domini Guidonis Sancte Romane Ecclesie diaconus cardinalis et cancellarius VII idus maii, indictione X., Incarnatione Dominice anno M°C°XLVII°. Pontificatus uero domni Eugeni III pape anno III.

Tumbo II, fol. 5 r. y v.

[1] De letra posterior y cursiva.

6

A. 1167-70 y 1177. Alejandro III

PRIUILEGIUM QUOD FECIT ALEXANDER PAPA DE EPISCOPO NOLENTE ABBATE BENEDICERE UEL ORDINARE

Alexander episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Alexandro abbati cisterciensi et uniuersis eiusdem ordinis abbatibus salutem et apostolicam benedictionem. Attendentes quomodo uos a secularis uite latitudine conuersos omnipotens et clemens Dominus ad anguste porte deduxit introitum et uos tamquam carnen ab adipe separauit, gaudio gaudemus et interna mentis letitia et iocunditatis exultatione replemur, monentes pariter et hortantes ut sollicita intentione nitamini in uasis uestris oleum deferre, quatinus media nocte cum clamor factus fuerit, accensis lampadibus uestris sponsi mereamini thalamum introire et iustitie beatitudinem que uobis est in celis reseruata percipere. Qua propter, quia uos elegit Dominus in hereditatem sibi, et a longe de alto respexit, paci et tranquillitati uestre quantum nobis diuina gratia concedit prospicere cupientes, apostolica auctoritate concedimus et indulgemus, ut abbates uestri Ordinis qui de aliquo crimine infamia respersi aut publice conuicti a patribus, abbatibus, et demum a communi capitulo commoniti, sue prelatione sponte cedere noluerint, ad sedem apostolicam appellandi facultatem non habeant aut suum reatum per episcopos defendendi. Sancimus, preterea, ut si episcopi tercio cum humilitate et deuotione requisiti, substitutos abbates benedicere renuerint, eisdem abbatibus liceat proprios nouitios benedicere et alia que ad illum offitium pertinent exercere, donec episcopi ipsi duritiam suam recogitent, et abbates benedicendos benedicere non recusent. Sane, si episcopi aliquid ad abbatibus preter obedientiam debitam, contra libertatem ordinis a predecessoribus nostris et a nobis indultam expetierint, liberum sit eisdem abbatibus apostolica auctoritate denegare quod petitur ne ista occasione ordo ipse qui hactenus liber extitit, perpetue seruitutis laqueo uinciatur. Decernimus, ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere, uel ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui

dignitate careat, reamque se Diuino Iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris Nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis, autem, hanc nostram constitutionem seruantibus, sit pax Domini Nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum Iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, amen, amen.

(Rota): Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Alexander papa III. Fac mecum Domine signum in bonum.

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. [BENE VALETE].

[Christus] Ego Odo diaconus cardinalis Sancti Georgii. [Christus] Ego Humbaldus Hostiensis episcopus ss., Ego Bernardus Portuensis et Sancte Rufine episcopus, Ego Cotiradus Mogantinus archiepiscopus et Sabiniensis episcopus, Ego Huledus presbiter cardinalis Crucis in Iherusalem, Ego Iohannes presbiter cardinalis titulum Sancte Anastasie, Ego Albertus presbiter cardinalis titulum Sancti Laurentii in Lucina, Ego Boso presbiter cardinalis Sancti Prudentii titulum Postogis, Ego Petrus presbiter cardinalis titulum Sancti Laurentii in Damaso, Ego Iohannes presbiter cardinalis titulum Sancti Marci, Ego Theodinus presbiter cardinalis Sancti Uitalis titulum Uestine, Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori, Ego Hugo diaconus cardinalis Sancti Heustachii iuxta templum Agripe. Datum Beneuente.

Tumbo II, fols. 5 v.-6 r.

7

A. 1159, 1160, 1173, 1175 y 1176, Diciembre 6. Alejandro III

PRIUILEGIUM QUOD FECIT ALEXANDER PAPA QUOD FRATRES NON DEBENT DARE DECIMAS DE PROPIO LABORE

Alexander episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus Bracarensi archiepiscopo et suffraganeis eius, salutem et apostolicam benedictionem. Peruenit ad nos quod cum dilectis filiis nostris, fratribus cisterciensis ordinis, ab apostolica sede indultum sit, ut de laboribus quos propiis manibus uel sumptibus excolunt, nemini decimas soluere teneantur, quidam maligni interpretes labores intelligi noualia uolunt, ut sit exceptis decimis noualium, super decimis aliarum possessionum eos

ualeant fatigare. Quam igitur non fuit hec intentio nostra uel predecessorum nostrorum, cum eosdem fratres de terris cultis uel incultis, quas ipsi propriis manibus uel sumptibus excolunt, nemini uelimus decimas soluere. Fraternitati uestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus siue noualia siue possessiones alie, quas fratres predicti ordinis excolunt, de his ab eis decimas nullatenus exigatis, nec ab aliis exigi permitatis. Nichilominus etiam uobis precipimus, ut si qui parrochianorum uestrorum in monachos uel conuersos prescripti ordinis uiolentas manus iniecerint, eos, publice accensis candelis, appellatione remota, excommunicatos denuntietis, et faciatis sicut excommunicatos uitari, donec passis iniuriam satisfaciant, et cum litteris uestris apostolico se conspectui representent.

(Rota): Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Alexander papa III. Fac mecum Domine signum in bonum.

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus. BENE VALETE.

Datum Anagnie VIII° idus decembris.

Tumbo II, fol. 6 r.

8

A. 1118, Julio 29. Urraca y Alfonso VII

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT DOMNA URRACA ET FILIUS EIUS REX DOMNUS ADEFONSUS DOMNO VERE⟨MUNDO⟩ ET FRATRI EIUS COMITI FERNANDO DE TERRA SUPERADDI

I

[Christus] Ego Urracha regina Hispanie, bone memorie regis domni Adefonsi filia, una cum filio meo rege Adefonso, comitis Raimundi filio, uobis Uermudo Petri et fratri uestro Fernando Petri, damus monasterium de Superaddo, quod iacet inter Montem Rosum et terram de Spelunca, quod prefuit auus meus Fredenandus rex et uxor eius regina domna Sancia de auo uestro Segeredo Aluiti et de uxore sua Adosinda Arie uiolenter sine omni directo, et damus uobis supradictum monasterium per hanc scripturam donationis, ut eum ulterius habeatis hereditario iure. Et hoc facimus pro bono seruitio et maxima fidelitate quam nobis semper exhibuistis, uidentes nos uos iniuste amisisse. Et damus uobis illud supradictum per suos cautos et terminos antiquos, sicuti tenuit auus uester Segeredus cum omnibus adiunctionibus, uidelicet, cum omnibus

monasteriis, parrochiis et laicalibus, uillis et hominibus suis, per ubi suam hereditatem potueritis inuenire, per montes heremos et populatos, per penas heremas et populatas, et cum sua criatione, seruos et ancillas, exceptis quibusdam mediam de Caneda et infantadigo de Pistomarcos. Et hoc tenore damus uobis ad faciendum quod uestra extiterit uoluntas, donandi, uendendi, cambiandi, uos et filii uestri et omnis posteritas uestra, euo perhenni. Si uero aliquis homo contra hoc donum nostrum ad irrumpedum uenerit, et hanc cartam infringere temptauerit, sit excommunicatus et cum Iuda Domini traditore in inferno cruciatus et hoc nostrum donum semper maneat firmum.

Era millesima C. L. VI^{a} et quot IIII° kalendas augusti.

Regnante Urracha regina in Legione et in Castela, hanc cartam quam fieri iussi⟨t⟩ cf.

Filius eius rex Adefonsus quod dedit eodem modo confirmat.

Petrus Froile comes in Galletia cf., Rodericus Uelaci comes cf., Gutier comes cf., Adefonsus comes cf., Petrus Gundisalui comes cf., Suarius Uermudi comes cf., Gundisaluus Pelagii cf., Petrus Didaci confirmat, Didacus beati Iacobi episcopus cf., Munio Uallebriensis episcopus confirmat.

Et pro regali robore damus nos Uermudus et Fernandus unum canem nomine Ulgario et unum uenabulum uobis rege Adefonso, qui sunt quingentorum solidorum ualentes.

Tumbo II, fol. 6 v.

9

A. 1135, Mayo 29. Alfonso VII

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT IMPERATOR DOMNUS ADEFONSUS COMITI DOMNO FERNANDO ET FRATRI EIUS UEREMUNDO PETRI DE COMMISSO TERRE SUPERADDI

II

[Christus] In Dei nomine. Ego Adefonsus gratia Dei Hyspanie imperator, uobis comiti domno Fernando et fratri uestro Uermudo Petri, facio cartam donationis de hereditatibus que fuerunt de parentibus uestris et postea deuenerunt in nostro regalengo, quia omnis bonus homo debet esse memor suscepti beneficii et remunerator percepti seruicii. Ideo ego Adefonsus Yspanie imperator, propter beneficium et seruitium patris

uestri et pro uestro seruitio quod mihi fecistis et facturi estis, dono uobis hereditates de meo regalengo, que antea fuerunt de parentibus uestris. Videlicet Subradu cum suo directo et cum suo cauto per suos terminos antiquos, per illas lousas et inde per Nauntoi inter Castro et Baruecto, et inde inter Arceio et Ciroso et inde ad Castineira de Boue Mortuo, et inde ad Grouas, deinde per illas cruces et inde ad illo Paramio, deinde ad illam Mauram et inde ad Lamas Maiores, deinde ad uillar Couo et inde per Couam de Serpe, et inde per illo ⟨cordal⟩ [1] de Nafreta usque ad illas Segobias, deinde per pontem de ambas mextas et inde per illa carreira usque ad furcam de Iaurino et inde per ipsa carreira usque ad illas lousas. Infra et extra istos terminos ubicumque inueneritis directum de Subrado, queratis et habeatis iure hereditario, et faciatis ex inde quicquid uolueritis. Si quis igitur de propinquis meis uel de extraneis uobis istam hereditatem inquietauerit, uel auferre temptauerit, duplet uobis quantum inquietauerit et pro temeraria presuptione sit maledictus et excommunicatus et cum diabolo et cum ceteris qui in infernum fuerint crucietur in eternum et hec scriptura donationis mee firmitatis semper obtineat robur.

Facta carta donationis in era millesima C. LXX^{a} III^{a} die IIII° kalendarum iunii.

Ego Adefonsus gratia Dei Yspanie imperator, hanc kartam quam fieri iussi uobis comite domno Fernando et fratri uestro Uermudo Petri confirmaui et rouoraui *[sig.]*.

(1.^{a} col.) Raimundus Toletanus archiepiscopus cf., Didacus Compostellanus archiepiscopus cf., domnus Arias Legionensis episcopus cf., Petrus Secobiensis episcopus cf., Martinus Auriensis episcopus cf.,

(2.^{a} col.) Comes Rodericus Martini cf., comes Suerius Uermudi cf., comes Rodericus Gundisalui cf., comes Gondisaluus Pelagii cf., comes Munio Pelagii cf.,

Gutier Fernandi maiordomus imperatoris cf., Almarricus alferiz ipsius cf., Osorius Martini cf., Poncius Geraldi cf., Ramil Froile cf., Qui presentes fuerunt: Martinus ts., Petrus ts., Iohannes ts.

Tumbo II, fols. 6 v.-7 r.

---

[1] Al margen y de letra posterior.

10

A. 1142, Febrero 4 P.

PLACITUM SIUE COLMELUM DE SUPERADDO QUOD FECIT DOMNUS UEREMUDUS PETRI FILIE SUE URRACE UEREMUNDI DEOUOTE

III

Era millesima centesima octogesima et quot II[e] nonas februarii. Hec est colmelum et diuisio quam facio ego Ueremudus Petri inter mulierem meam infantem domnam Urracham et omnis filios et filias meas. Videlicet, quod filia mea domna Urracha deouota habeat in sua portione medietatem de Superato, quantum habet Superatum infra suos coctos, cum omni sua directura, sicut ego usque hodie in meo iure tenui, et monasterium de Ianruzo sicut clericus qui ibi stetit tenuit cum duabus seruicialiis et de illo ponte de illas cascas usque ad illam pontem de Untia, quantum ibe habet Ianruzo. Et si forte filia mea domna Urracha amplius quesierit in aliquo tempore, contra mulierem meam domnam Urracham uel contra filios meos seu filias, X[m] milia solidos eorum parti persoluat, et temp⟨ta⟩ta dupliciter componat. Et similiter si predicta uxor mea uel filii mei aut filie contra hanc directuram iam dicte filie mee deouote uenire ausi fuerint, eius parti solidos X milia pariant, et quod calumniati fuerint in duplo persoluant. Et si aliquis homo hanc suam directuram eidem filie mee auferre temptauerit uel omnino abstulerit, et eam illi defendere nequiuerint filii mei seu filie, tunc recipiant eam inter se in omni sua directura de aliis meis hereditatibus. Et ego Ueremudus Petri facio et auctorixo fieri, ut nunquam ueniat aliquod tortum siue aliquod malum ex parte mulieris mee predicte uel filiorum seu filiarum mearum contra filiam meam iam dictam deouotam. Et similiter, ut nunquam proueniat de parte predicte filie mee aliquod tortum seu aliquod malum contra mulierem meam uel filios aut filias meas. Hoc autem fuit totum factum in presentia comitis domni Fernandi eiusque uxoris comitisse domne Sancie, Munine Froile deouote, archidiaconi domni Petri Cresconii, abbatis domni Roderici Antealtaris, abbatis Sancti Iusti et Petri Garsie et Petri Gutierri et Uele Gutierri et Froile Ruderici et aliorum multorum bonorum uirorum, clericorum et laicorum. Imperante domno Adefonso.

Tumbo II, fol. 7 r. y v.

11

A. 1142, Febrero 14 P.

HOC EST PRIMUM TESTAMENTUM QUOD FECERUNT COMES DOMNUS FERNANDUS PETRI ET SUA SUBRINA URRACHA UEREMUNDI ET PATER EIUS UEREMUNDUS PETRI ET UXORES EORUM, SCILICET, COMITISSA DOMNA SANCCIA GUDISALUI ET INFANS IIII

[Christus] Ut scripture subsequens pateat *(cancellatum a margine)* pagina posteritate future melius postmodum recolatur scripturarum ueritate et roborum *(a margine* tuitione) muniatur. Unde ego comes Fredenandus Petri Dei preueniente gratia cuius omnia elementa subsistunt arbitrio, et uxor mea Sancia Gundisalui, una cum omnibus filiis et filiabus meis, dono et concedo medietatem integram de monasterio Superati, sicut mihi euenit in portione *(a margine:* partitione) fratrum meorum et pariter cum consobrina mea Urracha Ueremudi deouota que similiter dat aliam medietatem eiusdem monasterii que ei euenit in particione inter fratres suos, ex parte patris sui Ueremudi Petri, consilio et auctoritate eiusdem domni Ueremudi Petri, et omnis uox nostra, spontanea mente et prouide in presenti facimus scripturam testamenti et cartulam firmitatis Deo omnipotenti et beate Marie semper uirgini, omnibusque sanctis Dei et ordine sancti Benedicti secundum consuetudinem cisterciensium degenti, necnon uobis abbati domno Petro et monachis uestris tam presentibus quam futuris secuturis, de monasterio integro Superati cum hereditatibus propriis que adiacent ei sub signo uidelicet uillare uocitato Marciani, Aluariza, Gunderei, Sagulfi, in uillare Plano unum casalem integrum, et de aliis suis hereditatibus medietatem. Quod siquidem prefatum monasterium cum predictis hereditatibus uel casalibus, damus et concedimus libere ac firmiter pro remedio animarum nostrarum seu parentum nostrorum, eo tenore ut amplius permaneat iugiter liberum et quietum iure hereditario possidendum Deo et predicto ordini euo perhenni. Si uero quod absit ordo ille peccatis exigentibus ita penitus defecerit quod ad heremum redigatur, predictum monasterium non ab extraneis inuadatur, set a propinquis nostris et successoribus uicario iure suscipiatur, quousque diuina clementia iterum sancto ordini restituatur. Quod si nos uel aliqua persona ecclesiastica secularisue, potens, impotents, quod fieri ambiguum est, siue extranea, contra hoc nostrum spon-

taneum uotum ac salubre factum, temerario ausu uenerit uel uenerimus, quisquis fuerit, pariat uel pariamus parti monasterii solidos X^{m} milia et quod inuadere uel irrumpere temptauerit duplatum componat, et pro temerario ausu uiolentie anathematis gladio percutiatur, et cum Iuda Domini sui et magistri proditore inferni perpetuas penas patiatur, nisi digne emendanda correxerit.

Facta scriptura testamenti die XVI° kalendas marcii, sub era Mª C^{a} LXXX^{a} et hoc scriptum perpetim ius firmitatis obtineat.

Nos prefati, comes domnus Fernandus Petri et uxor mea comitissa domna Sancia et omnibus filiis meis uel filiabus, et domna Urracha Ueremudi per se, cum auctoritate et consilio patris mei Ueremudi Petri, hoc scriptum cum omni uoce nostra proprio robore et signis confirmamus *[signa]*. Comes Fernandus cf.

Petrus ecclesie Beati Iacobi decanus et archidiaconus cf. *[sig.]*.

Arias M[unionis] ecclesie archidiaconus cf. *[sig.* anagrama ARIAS].

Petrus Creconides ecclesie archidiaconus cf. *[sig.* anagrama PETRUS].

Abbas domnus Rudericus monasterii Antealtarium cf. *[sig.* con anagrama RUDERICUS ABBAS].

Comes domnus Munio cum uxore sua comitissa domna Lupa cf. *[sig.]*.

Petrus Gutieriz cf., Luzo Adefonsi cf., Froila Ruderici cf., Adefonsus Anaiaz cf., Vela Gutierriz cf., Pelagius Nuniz cf., Fredenandus Petri loci sicut notarius, qui uidit, notuit et cf. *[sig.* con anagrama: FREDENANDUS].

Tumbo II, fols. 7 v.-8 r.

12

A. 1151, Abril 8

TESTAMENTUM UEL DONATIONEM QUOD FECIT DOMNUS ADEFONSUS IMPERATOR DE MONASTERIO SUPERADDI ORDINI CYSTERCIENSIUM

V

[Christus, Alfa y Omega] In nomine Domini, amen. Quanto diuiciis et possessionibus habundantius quisque uidetur affluere tanto de his que possidet Deo et ueris Dei cultoribus pro salute anime sue et peccatorum suorum remissione largius debet impendere iuxta illud Apostoli: «Facite bonum ad omnes maxime, autem, ad domesticos fidei.» Ea propter ego

Adefonsus Hyspanie imperator, una cum uxore mea imperatrice domna Rrica, et cum filiis meis Sancio et Fernando, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum, et peccatorum meorum remissione, consilio et uoluntate comitis domni Fernandi et domni Ueremudi Petri, facio cartam donationis et textum firmitatis Deo Omnipotenti et Sancte Marie Uirgini et uobis abbati domno Petro et omnibus successoribus uestris, de hereditate quam habeo in Subradu, uidelicet, intra terminos istos: per illam Mauram et Lamas maiores, per Couam de Serpente quomodo uadit per illam serram, et inde per Riuum Siccum et inde ad ambas mestas, et per Siluam Rotundam, et inde per aucterium de Saamir, et inde ad Petronum, et inde ad Mammuam de Thyera, et inde ad Lausam et inde ad Fontem de Riuo de Nantero, quomodo uadit donec intrat in Tamar, et per illum pontem Presaris et per illum riuum de Tamarela et per illum montem de Super Ruzadas, et inde ad illum paramium et finit in illam Mauram in qua cepimus. Do itaque uobis et fratribus in Subrado Deo seruientibus, omnem meam hereditatem quam uocitant Regiam quam infra terminos supradictos potueritis inuenire, ut habeatis et possideatis uos et omnes successores uestri, ut semper sitis memores mei et parentum meorum in orationibus uestris, et hoc meum factum semper sit firmum. Si uero imposterum aliquis, ex meo uel alieno genere, hoc meum factum rumpere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno damnatus, et pecte regie parti mille morabitinos.

Facta in Toleto quando imperator ibat ad Gaen, era Mª C^{a} LXXX^{a} IX^{a} et quot VI° idus Aprilis. Imperante ipso imperatore in Toleto et Legione, in Gallecia et Castella, in Naiara et Saragocia, in Baentia et Almaria. Comes Barchilonie tunc temporis uasallus Imperatoris. Sancius rex Nauarre, tunc temporis uasallus Imperatoris. Ego Adefonsus Imperator Hyspanie hanc cartam quam fieri iussi propia manu mea roboro et confirmo *[sig.* Signum Imperatoris].

Rex Sancius filius imperatoris cf., Comes Pontius maiordomus imperatoris cf., Comes Almanrricus tenens Baetiam cf., Comes Ranemirus Froilaz cf., Comes Petrus Adefonsus cf., Nunus Petriz alferiz imperatoris cf., Rex Fernandus filius imperatoris cf., Raimundus Toletanus archiepiscopus et Hyspanie primas cf., Comes Fernandus Galletie cf., Vermudus Petris Galletie cf., Fernandus Iohannis tenens Muntor cf., Gundisaluus Fernandiz cf.

Tumbo II, fol. 8 r. y v.

13

A. 1142, Febrero 14

TESTAMENTUM QUOD FECERUNT COMES DOMNUS F[ERNANDUS] ET FRATER EIUS UEREMUNDUS PETRI ASSENSU DOMINI IMPERATORIS DE MONASTERIO SUPERADDI VI

[Christus] Ut scripture subsequens pagina postoritate *(sic)* future melius postmodum recolatur, scripturarum ueritate, et roborum tuitione muniatur. Vnde ego comes Fernandus Petri Dei preueniente gratia cuius omnia elementa subsistunt arbitrio, uxorque mea Sancia Gundisalui, una cum omnibus liberis meis, dono et concedo medietatem integram de monasterio Superaddi sicut mihi euenit in particione fratrum meorum. Itaque consobrina mea Urracha Ueremudi deouota similiter dat aliam medietatem eiusdem monasterii que ei euenit in particione inter fratres suos ex parte patris sui Uermudi Petri, cuius consilio et auctoritate sufulta in presenti facimus scripturam testamenti, et cartam firmitatis Deo Omnipotenti et Beate Marie semper uirgini, omnibusque sanctis Dei et ordini sancti Benedicti, secundum consuetudinem Cisterciensium degenti, necnon uobis abbati domno Petro et monachis uestris presentibus et futuris, de monasterio integro Superaddi cum omnibus hereditatibus suis propriis, uidelicet, Marciam et Oyam, Uillar Planum, Gunderei. In Portu Carral, suam directuram de Superaddo. De Uillaribus et de Santi, et de Santui, et de Ladercu et de Recar, medietates. Casales et uilla de Monte integros. De Centumcasibus et de Riquiam et de Saamir, medietates. Tancin et Muradellum, integros. Omicidiarias et de Floresendi, medietates. Omnes alias hereditates que iacent in circuitu monasterii et ab antiquo eius fuerunt, damus eas et concedimus iam sepedicto monasterio, extra ecclesiam de Codessoso, et illum seruicialem uidelicet Munionem Roderici et illos uillanos cum suis propriis hereditatibus quia nolunt eas fratres. In Roadi, quantam hereditatem ibi inuenerint que fuit Superaddi Secus lamas maiores, Auelanedum quantum ex eo fuit Superaddi Guisonem cum suis uillaribus. In uilla Sursum, suam directuram. Sanctam Eulaliam cum suis uillaribus, extra illam que pertinet uillanibus. De Dombreti, medietatem. Inter ecclesiam Sancti Laurenti et Superaddum, quantam hereditatem fuit Superaddi. Inter Sanctum Georgium et monasterium, similiter. In Pausada, in Gitar et in Balio, quantum inuene-

rint olim fuisse Superaddi. Bustum maiorem, Turanti et Bidueirus, quomodo diuiditur de Codessoso, integros. Super hec omnia augemus quantamcumque hereditatem fratres et boues uestrarum grangiarum laborare potuerint, infra terminos qui scripti sunt in carta imperali quam michi comiti domno Fernando Petri, dominus imperator domnus Alfonsus meus fecit. Insuper et pascua et stationes propter peccora et iumenta et animalia uestra, ubi licuerit et uolueritis libere mandamus et concedimus, remoto tremore et pauore ullius hominis nisi solius Dei. Hoc siquidem prefatum monasterium cum predictis hereditatibus damus et concedimus libere ac firmiter pro remedio animarum nostrarum parentumque nostrorum, seu animarum parentum domini nostri imperatoris domni Alfonsi, cuius consilio et iussione et fortitudine hec omnia facta sunt, eo tenore ut amplius permaneat liberum et quietum iure hereditario possidendum Deo et scripto monasterio et superdicto Cisterciensi ordini euo perhenni et seculo. Si uero quod absit ordo ille peccatis exigentibus ita penitus defecerit, ut ad heremum redigatur, monasterium non ab extraneis inuadatur, set a propinquis nostris et successoribus iure debito suscipiatur, quousque diuina clementia iterum sancto ordini restituatur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre deuotionis infringere, uel ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum secularis ecclesiasticaue persona hanc nostre donationis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, II° tercioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat et sit maledictus usque in VII^{am} generationem, et pro temerario ausu parti uestre uel uoci solidos X^{m} milia persoluat et quod inuaserit in quadruplum reddat, et hoc scriptum perpetuum ius firmitatis obtineat.

Facta est hec carta apud urbem Beati Iacobi XVI° kalendas marcii, era Mª C. LXXX^{a}. Nos supernominati scilicet comes domnus Fernandus Petri uxorque mea comitissa domna Sancia cum omnibus liberis meis. Et ego Urracha Uermudi cum auctoritate et consilio patris mei Uermudi Petri, hoc scriptum cum omni uoce nostra propriis roboribus et signis manuum nostrarum confirmamus.

Petrus Helie ecclesie Beati Iacobi decanus et archidiaconus cf. *[sig.]*, Petrus Cresconii ecclesie archidiaconus cf. *[sig. anagrama:* PETRUS], Arias Munionis ecclesie archidiaconus cf. *[sig.* anagrama ARIAS].

Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts.

Comes Fernandus cum uxore sua comitissa domna Sancia cf.

Vermudus Petri cum uxore mea Urracha Enriqui propriis manibus *[sig.]*.

Urraca *[sig.]* Uermudi cf.

Comes domnus Munio cum uxore sua comitissa domna Lupa cf. *[sig.]*.

Abbas domnus Rodericus monasterii Antealtarium cf. *[sig.* anagrama hoc signum RODERICUS ANTEALTARIUM ABBAS].

Petrus Gutier cf., Alfonsus Anaiaz cf., Lucius Alfonsus cf., Vela Gutierriz cf., Froila Ruderici cf., Pelagius Nunoni cf., Fernandus Petri loci sancti notarius qui uidit, notauit et cf. *[sig.* anagrama Fernandus].

(Signo rodado sin terminar.)

Tumbo II, fols. 8 v.-9 v.

14

A. 1153, Marzo 18 P.

TESTAMENTUM QUOD FECERUNT EODEM MODO AD AUGMENTUM MONASTERII SUPERADDI

[Christus] In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. [Q]uod ad multorum noticiam peruenire congruum duximus, litterarum monimentis mandare prouida deliberatione decreuimus. Nouerit igitur presens etas omniumque secutura posteritas, quod ego comes domnus Fernandus una cum germano meo Ueremudo Petri, docente nos propheta Immodeus per prophetam ubi ostendit dicens: «Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus», et alius propheta in eodem spiritu: «Date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis». Et in alio loco: «Porrige manum et compara regnum». Huius siquidem rationis intuitu, facimus scriptum donationis firmissimum in perpetuum ualiturum Deo et sancte Marie de Superaddo et presenti futuroque conuentui regi supremo seruienti. Iam olim partem paruam nostre hereditatis super dicto loco dederamus quia uidebatur ob paupertatem presentem paululum crescere. Set mutatione dextere Dei altissimi qui facit eam crescere et in altum sublimari, ita ut in omnem terram exiit sonus eius et in fines orbis terre religio illius. Modo damus omnem nostram hereditatem tam propriam quam illam que uulgo dicitur mortuorum nam iam dudum habueratis regiam integram ex dato imperatoris domini nostri Adefonsi, et nos addimus omnem istam quantam ex ea potuerint uel uoluerint laborare fratres et boues uestrarum grangiarum ubi eam inuenerint infra terminos istos; uidelicet per illam Mauram et Lamas Maiores et per Couam de Serpente, quomodo uadit per illam serram, et inde per

Riuum Siccum, et inde ad ambas Mestas et per Siluam Rotundam, et inde per aucterium de Saamir, et inde ad Petronum, et inde ad mamuam de Teyeira et inde ad Lausam, et inde ad fontem de riuu de Nanton quomodo uadit donec intrat in Thamar, et per illum pontem Presaris, et per illum riuum de Tamarela, et per illum montem de super Rozadas, et inde ad illum paramium, et finit in illam Mauram in qua cepimus. Damus itaque omnem superdictam hereditatem per terminos diuisionesque suas pro precio nostrorum peccatorum et pro animabus omnium parentum nostrorum, seu etiam pro animabus omnium parentum imperatoris domni Adefonsi, cuius concessu et consilio hoc factum est scriptum, quatinus per presentium futurorumque monachorum orationes indulgentiam peccatorum nostrorum consequi mereamur, et dulce illud uerbum quod dicturus est Dominus in die ulcionis sue, scilicet quod uni ex istis minimis inmunis meis fecistis mihi fecistis, uere mereamur audire. Ab hac die et deinceps iure hereditario iam dictum monasterium possideat hanc superius scriptam hereditatem et pro ut uoluerint omnes habitantes in eo disponant uel componant.

Si quis igitur potens uel impotens, tam de nostro genere quam de alieno hunc scriptum irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat. Plagasque illas, quas Deus ostendit, quondam in Pharaonem et in omnes seruos eius, reducat super eum. Et omnem prophetiam quas sanctus Dauid prophetauit super Iudam traditorem Domini, reuertatur et in illo uidelicet fiant dies eius pauci et honorem eius accipiat alter. Fiant filii eius orfani et uxor eius uidua. Nutantes transferantur filii eius et mendicent et eiciantur de habitationibus suis, fiant nati eius in interitum, in generatione una deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini, et peccatum matris eius non deleatur, fiat contra Dominum semper, et dispereat de terra memoria eius. Et pro temerario ausu parti monasterii uel uoci mille libras puri auri persoluat, et quod inuaserit in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper maneat inconuulsum.

Facta carta testamenti apud Supperadum XV kalendas aprilis, era $M^{a}C^{a}LX^{La}I^{a}$.

Ego comes domnus Fernandus uno corde parique facto cum germano meo maiore domno Ueremudo Petri, atque cum filiis et filiabus amborum, hoc scriptum quod fieri iussimus ad laudem et gloriam nominis Dei eiusque Matris beate Marie, propriis manibus corroboramus.

Testium presentium nomina sunt hec:

Ego comitissa domna Lupa ab hoc opere uel mercede meorum fratrum nolo esse inmunem, quantum michi auenit in isto dato, Deo do eum, et hoc scriptum confirmo.

Ego Gundisaluus Fernandi hoc factum mei patris toto corde laudo.

Ego comitissa domna Maria hoc testamentum [1] uerum esse affirmo.

Ego infans domna Sancia hanc cartam [2] ad decus beate Uirginis Marie obtimam et rectam esse concedo.

Ego Tarasia Fernandi cupio auxilium Sancte Marie in omnibus angustiis meis ideo istam scripturam [3] roboro.

Ego Menendus Pelagii presto sum et absque ulla ambiguetate quod uidi firmiter testare possum.

Fernandus Suarii adsum et hanc cartam per omnia ueram esse confirmo.

Rudericus Suarii presens sum et ueracissimam hanc cartam esse approbo.

Nuno Suarii huic negocio uocatus sum et gaudens hoc scriptum laudo.

Arias Petri Montisrosi ueram istam cartam esse dicere non cesso.

Ego Comitissa domna Tuda omnem meam partem inter terminos scriptos superius concedo Sancte Marie et roboro hunc scriptum.—Ego Fernandus Ueremudi cum germana mea Urracha Uermudi hoc scriptum imperpetuum ualiturum confirmamus.

Sancia Uermudi et Tarasia Uermudi quod pater germanique nostri faciunt bona uoluntate nos facimus.

Gundisaluus Menendi hoc uidi et testimonium perhiberu quia uerum est.

Fortunius Ueremudi sine dubio hoc scriptum uerum in omnibus esse dico.

Adefonsus Arie bonam ueramque cartam istam non recuso esse dicere.

Nuno Aloiti domno Ueremudo uerum et rectum fecisse laudaui et de hoc testis sum.

Houecus Oueci mirabiliter et laudabiliter dix hoc fecisse domnus Uermudus.

Petrus Adefonsi hanc cartam ueram esse dico.

Petrus Ranemiri cartam istam scripsi et hoc mea signum finxi.

Tumbo II, fol. 10 r. y v.

---

[1] Llamada y al margen, de letra posterior: «mei patris».
[2] Idem.
[3] Idem.

15

A. 1152, Diciembre 21. Alfonso VII

ITEM EGO ADEFONSUS HYSPANIE IMPERATOR FACIO KARTA DONATIONIS QUOD FRATRES SUPERADDI IN TOTO MEO REGNO NON DENT PORTADIGUM

X

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini amen. Quanto diuiciis et possessionibus habundantius quisque uidetur affluere, tanto de his que possidet Deo et ueris Dei cultoribus, pro salute anime sue et peccatorum suorum remissione, largius debet impendere, iuxta illud Apostoli: «Facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.» Ea propter, ego Adefonsus Hyspanie imperator, una cum uxore mea Rica imperatrice et cum filiis meis Sancio et Fernando, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum, et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis Deo et monasterio Sancte Marie de Subradu, et uobis abbati domno Egidio et omnibus eiusdem monasterii successoribus uestris, ut ab hac die non detis portaticum de aliquo habere uestro, in omni regno meo, et cauto uobis totum habere uestrum, ut ab hac die nullus homo pignoret uos in ipso ganato uestro pro aliqua uoce quam super uos requisierit, nisi primitus querimoniam fecerit capitulo ecclesie beati Iacobi uel mihi domino imperatori. Et si aliquis homo hoc meum factum rumpere temptauerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus, et cum Iuda proditore Domini in inferno damnatus, et pectet regie parti mille solidos et hoc meum factum semper sit firmum.

Facta carta in Palentia, era millesima C^{a} LX^{La} et quot XII° kalendas ianuarii. Eo anno quo imperator tenuit Gadiexi circundatam, imperante ipso imperatore in Toleto et Legione, in Galletia et Castella, in Naiara et Saragocia, in Baetia et Almaria. Comes Barcellonie uassallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator Hyspanie hanc cartam quam fieri iussi manu mea roboro atque confirmo.

(1.ª col.) Rex Sancius filius imperatoris cf., Comes Poncius maiordomus imperatoris cf., Comes Almanrricus tenens Baetiam cf., Comes Ranemirus Froilaz cf., Didacus Muniz de Saldania cf., Nunus Petriz alferiz imperatoris cf.,

(2.ª col.) Rex Fernandus filius imperatoris cf., Raimundus Palenti-

nus episcopus cf., Comes Fernandus Galletie cf., Comes Rudericus Petriz cf., Gutier Fernandiz cf., Vermudus Petriz Galletie cf.,

Ego Fernandus Dei gratia rex hanc cartam roboro et confirmo.

Iohannis Fernandiz canonicus ecclesie beati Iacobi et notarius imperatoris scripsit.

[Signo con anagrama SIGNUM IMPERATORIS.]

Tumbo II, fol. 11 r. y v.

16

A. 1154, Abril 28. Alfonso VII

KARTA DONATIONIS QUOD NULLUS HOMO DET LUCTOSA, QUI IN MONASTERIO SUPERADDI SERUIRE UOLUERIT SUB REGULA BEATI BENEDICTI XI

[Christus Alfa y Omega]. In nomini Domini amen. Inter cetera uirtutum potentia et misericordie opera, helemosina precipue commendatur, Domino attestante que ait: «Sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina extinguit peccatum.» Ea propter, ego Adefonsus Hispanie imperator, una cum uxore mea imperatrice domna Rica et cum filiis meis Sancio et Fernando regibus, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis firmitatis *(sic)* Deo et monasterio Sancte Marie de Subradu, et uobis abbati domno Egidio, et omnibus eiusdem monasterii successoribus uestris, ut ab hac die nullus homo accipiat luctosam de homine illo qui in monasterio de Subradu sub regula Sancti Benedicti Deo seruire uoluerit, et hoc meum factum semper sit firmum. Si uero aliquis homo ex meo uel alieno genere, hoc meum factum rumpere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno damnatus, et pectet regie parti mille morabetinos.

Facta carta Toleti, era M^{a} C^{a} LX^{La} II^{a} et quot IIII° kalendas maii. Imperante ipso Adefonso imperatore Toleti, Legione, Galletia, Castella, Naiara, Saragotia, Baetia et Almaria. Comes Barcilonie et Sancius rex Nauarre uassalli imperatoris.—Ego Adefonsus imperator Hispanie hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea roboro atque confirmo.

(1.^{a} col.) Rex Sancius filius imperatoris cf., Comes Pontius maiordomus imperatoris cf., Comes Almanrricus tenens Baetiam cf., Ermegaudus

comes Urgelli cf., Gutier Fernandiz cf., Garcia Garciaz de Aza cf., Garcia Gumez cf., Nunus Petriz alferiz imperatoris cf.,

(2.ª col.) Rex Fernandus filius imperatoris cf., Iohannes Toletanus archiepiscopus et Hispanie primas cf., Comes Fernandus Galletie cf., Comes Ranemirus Froilaz cf., Comes Petrus Adefonsus cf., Gundisaluus Fernandiz cf., Poncius de Minerua cf., Aluarus Ruderiguit cf., Maninus Tacon cf.,

[Signo anagrama: SIGNUM IMPERATORIS.]

Iohannes Fernandiz Toletane ecclesie precentor et imperatoris cancellarius hanc cartam scribere iussit.

Tumbo II, fols. 11 v.-12 r.

17

A. 1153, Abril 20 R. Alfonso VII

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT DOMNUS ADEFONSUS IMPERATOR SUPERADDO DE DECIMA PARTE PORTADIGO DE BURGOFARI

XII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini amen. Inter cetera uirtutum et misericordie opera, helemosina precipue commendatur, Domino attestante qui ait: «Sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina extinguit peccatum.» Ea propter ego Adefonsus Hispanie imperator, una cum uxore mea imperatrice domna Rica et cum filiis meis Sancio et Fernando, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis, Deo et monasterio Sancte Marie de Subradu, et uobis abbati domino Egidio et omnibus eiusdem ecclesie successoribus uestris, de omni portatico illo quod ad Burgum de Faro, pertinet, ut habeatis ab hac die inde decimam partem uos et omnes successores uestri iure hereditario imperpetuum, et hoc facio pro remedio anime mee, ut semper sitis memores mei in orationibus uestris, et hoc meum factum semper sit firmum. Si uero aliquis homo hoc meum factum rumpere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno damnatus et pectet regie parti mille morabitinos.

Facta carta in Ualleolid, era M^{a} C^{a} LX^{La} I^{a} et quot XII° kalendarum maii. Anno quo imperator tenuit Gadiexi circundatam. Imperante ipso imperatore Toleti, Legione, Galletia, Castella, Naiara, Saragotia, Baetia

et Almaria. Comes Barchilonie uassallus imperatoris. Ego Adefonsus imparator Hispanie hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea roboro atque confirmo.

(1.ª col.) Rex Sancius filius imperatoris cf., Comes Pontius maiordomus imperatoris cf., Comes Almanrricus tenens Baetiam cf., Comes Ranemirus Froilaz cf., Ermegaudus comes Urgelli cf., Comes Petrus Adefonsus cf., Gutier Fernandiz cf., Garcia Garciaz de Aza cf., Didacus Muninz de Saldania cf., Nunus Petriz alferiz imperatoris cf.,

(2.ª col.) Rex Fernandus filius imperatoris cf., Comes Fernandus Galletie cf., Comes Rudericus Petriz cf., Vermudus Petriz Galletie cf., Fernandus Iohannis tenens Muntor cf., Aluarus Ruderiquiz Galletie cf., Gundisaluus Fernandiz cf., Poncius de Minerua cf., Vela Gutierriz cf., Raimundus Iohannis cf., Melendus Fagam cf.,

(3.ª col.) Iohannes Legionensis episcopus cf., Raimundus Palentinus episcopus cf., Martinus Ouetensis episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf., Petrus Asturicensis episcopus cf.

Iohannes Fernandiz canonicus ecclesie Beati Iacobi et notarius imperatoris scripsit.

[Signum imperatoris anagrama: SIGNUM IMPERATORIS.]

Tumbo II, fols. 12 v.-13 r.

18

A. 1153, Abril 20 R. Alfonso VII

KARTA DONATIONIS QUOD DOMNUS ADEFONSUS IMPERATOR DONAUIT SUPERADDO DECIMAM PARTEM DE REDDITU BURGI FARI

XIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini amen. Inter cetera uirtutum et misericordie opera helemosina precipue commendatur, Domino attestante qui ait: «Sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina extinguit peccatum.» Ea propter ego Adefonsus Hispanie imperator, una cum uxore mea imperatrice domna Rica et cum filiis meis Sancio et Fernando, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis Deo et monasterio sancte Marie de Subradu et uobis abbati domno Egidio et omnibus eiusdem ecclesie successoribus uestris, de omni redditu illo

quod ad Burgum de Faro pertinet, ut ab hac die habeatis inde decimam partem uos et omnes successores uestri iure hereditario im perpetuum, et hoc facio pro remedio anime mee, ut semper sitis memores mei in orationibus uestris, et hoc meum factum semper sit firmum. Si uero aliquis homo, hoc meum factum rumpere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno damnatus, et pectet regie parti mille morabitinos.

Facta carta in Ualleolid, era M^{a} C^{a} LX^{L}I et quot XII° kalendas maii. Anno quo imperator tenuit Gadiexi circundatam. Imperante ipso imperatore Toleti, Legioni, Galletie, Castelle, Naiare, Saragotie, Baetie et Almarie. Comes Barchilonie uassallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator Hispanie hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea roboro atque confirmo.

(1.^{a} col.) Rex Sancius filius imperatoris cf., Comes Pontius maiordomus imperatoris cf., Comes Almanrricus tenens Baetiam cf., Comes Ranemirus Froilaz cf., Comes Ermegaudus Urgelli cf., Comes Petrus Adefonsus cf., Guter Fernandiz cf., Garcia Garciaz Dacaz cf., Didacus Muniz de Saldania cf., Nunos Petriz alferiz imperatoris cf., Iohannes Legionensis episcopus cf., Raimundus Palentinus episcopus cf., Martinus Ouuetensis episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf., Petrus Asturicensis episcopus cf.,

[Signum imperatoris anagrama: SIG-NUM IMPERA-TORIS.]

(2.^{a} col.) Rex Fernandus filius imperatoris cf., Comes Fernandus Galletie cf., Cumes *(sic)* Rudericus Petriz cf., Vermudus Petriz Galletie cf., Fernandus Iohannis tenens Muntor cf., Aluarus Ruderiguiz Galletie cf., Gundisaluus Fernandiz cf., Poncius de Minerua cf., Vela Guterriz cf., Raimundus Iohannis cf., Melendus Fagam cf.,

Signum regis domni Fernandi *[signum rodado sin terminar].*

Iohannes Fernandiz Toletane ecclesie precentor et imperatoris cancellarius hanc cartam scribere iussi.

Tumbo II, fol. 13 r. y v.

19

A. 1153, Mayo 1 P.

KARTA DONATIONIS QUOD COMES DOMNUS FERNANDUS PETRI FECIT SUPERADDO DE DIMIDIO REDDITU BURGI FARI, DE MEDIETATE DE X^m^ PARTIS XIIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini amen. Inter cetera uirtutum et misericordie opera helemosina precipue commendatur, Domino attestante qui ait: «Sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum.» Ea propter ego Fernandus Galletie comes, una cum uxore mea comitissa Sancia et filio meo Gundisaluo et cunctis filiabus meis, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis Deo et monasterio Sancte Marie de Superado et uobis abbati domno Egidio et omnibus eiusdem ecclesie successoribus uestris, de dimidio omnis illius redditus quod ad Burgum de Faro pertinet, ut ab hac die habeatis inde decimam partem uos et omnes successores uestri iure hereditario im perpetuum. Quicumque uero hoc factum meum rumpere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno damnatus, et pectet regie potestati mille morabitinos.

Facta carta in Burgo quod dicitur Palatium Regis, era M^a^ C^a^ LX^La^ I^a^ et quot kalendas maii, anno quod ego comes Fernandus secundo Iherosolimam perrexi, regnante Adefonso imperatore Hispanie.

Ego comes Fernandus manu mea roboro atque confirmo.

(1.ª col.) Rex Fernandus filius imperatoris cf., Comes Rudericus Petriz cf., Vermudus Petriz Galletie cf., Gundisaluus Fernandiz cf., Aluarus Ruderiquiz cf., Pontius de Minerua cf., Fernandus Iohannis tenens Muntor cf., Vela Guterriz cf., Fernandus Uermudiz cf.,

(2.ª col.) Pelagius decanus ecclesie Beati Iacobi cf., Michael Cardinale cf., Petrus prior de Sar et cardinale cf., Petrus Stephani archidiaconus cf., Fernandus Curtes archidiaconus cf., Cresconius archidiaconus cf. *[sig.]*, Iohannes Lucensis episcopus cf., Martinus Auriensis episcopus cf., Pelagius Tudensis episcopus cf.,

Petrus Antealtarius abbas cf. *[sig. anagrama:* PETRVS ABBAS].

Tumbo II, fol. 14 r.

20

A. 1179, Agosto s. d. Fernando II

KARTA CONFIRMATIONIS QUAM FECIT REX FERNANDUS SUPERADDO DE DECIMA PARTE TOTIUS BURGI FARI

XV

In Dei nomine. Ego rex domnus Fernandus, una cum filio meo rege Alfonso et uxore mea regina domna Tarasia, notum facimus uniuersis, quod attendentes honorem et deuotionem quam imperator bone memorie comes Fernandus uetus et bonus, de decimis totius Burgi de Faro Sancte Marie Superaddi im perpetuum contulerunt, ad uitam ipsius loci monachorum sustentandam, uolentes sui beneficii collati helemosinam ampliare, facimus monasterio de Superadda et totis suis monachis, tam presentibus quam futuris, confirmationis cartam in perpetuum ualituram, ut de cetero totas suas decimas habeant directuras et adeo bene recipiant integre et quiete, sicut melius unquam receperunt, et mandamus quemlibet maiordomum suum decimas in omnibus directuris et uotibus Fari recipere, et monemus quod nemo audeat contra ipsum uenire. Quicumque, igitur, istud factum nostrum omni tempore duraturum uiolauerit, et maiordomo suo, quicumque sit, malum fecerit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, quantum acceperit in quadruplum reddat, et regie uoci mille morabitinos persoluat et scriptum istud semper maneat firmum.

Facta carta Cemore mense Augusti, sub era M^{a} CC^{a} XVII^{a}. Regnante rege domno Fernando in Legione, Galletia, Asturiis et Estremadura.

Ego rex domnus Fernandus cum filio meo rege Alfonso et uxore mea regina Tarasia, hoc scriptum quod fieri iussi, robore proprio confirmo.

Ego Bernardus regis notarius per manum archidiaconi Petri Delor *(sic* por Lauro) cancellarii scripsi et cf.

Tumbo II, fol. 14 v.

21

A. 1158, Julio 6 P.

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT DOMNUS EPISCOPUS MARTINUS DE TRIBUS MARCHIS ARGENTI SUPERADDO TRACTIS DE GAZOFILACIO BEATI IACOBI ANNUATIM AD PENTECOSTEM IURE PERPETUO

XVI

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Episcopalis officii interesse dinoscitur religiosos uiros et loca eorum diligere, fouere adque protegere, et ipsorum utilitatibus non in spiritualibus, tamen uerum etiam, in temporalibus prouidere. Quod propensius attendens, ego Martinus Dei gratia Compostellane ecclesie archiepiscopus, communi canonicorum nostrorum assensu, per annos singulos preberi decreui pro salute anime mee IIIes marchas argenti de archa gazofilacii, quando aperitur in diebus Pentecostes ecclesie Beate Marie de Superado in neccessarios usus pauperum pro futuras. Quam collationem ut imperpetuum firma illis et illibata permaneat, presentis scripti testimonio dignum duximus roborari.

Facta scripti pagina in era M^{a} C^{a} LX^{La} VI et quot IIe nonas iulii. Regnante rege Fernando in Legione et Galletia et rege Sancio in Toleto et Castella.

Suarius Cauriensis episcopus cf. *[sig.]*. D. ecclesie Beati Iacobi archidiaconus cf. *[sig.]*.

Martinus Dei gratia Compostellanus archiepiscopus hoc scriptum cf. *[sig.]*.

Fernandus ecclesie Beati Iacobi archidiaconus cf. *[sig. anagrama* FER-NAN-DUS].

Pelagius canonicus Dei gratia cantor cf. *[sig.]*.

Ego Petrus prior iudex cf. *[sig.]*.

Petrus Stephani archidiaconus cf. *[sig. anagrama* PETRUS].

Pelagius Gundesindi canonicus et subdiaconus cf.

Didacus Adefonsi iudex cf. *[sig. anagrama* DIDACUS].

Ego Petrus Pardus Dei gratia ecclesie Beati Iacobi decanus cf. *[sig. anagrama* PARDUS DEI GRATIA DECANUS].

Petrus Tacitus ecclesie Sancti Iacobi cardinalis cf.

Arias Petri ecclesie Sancti Iacobi cardinalis cf.

Petrus Marcius ecclesie Beati Iacobi cardinalis hoc scriptum propriis litteris cf. *[sig. anagrama* PETRUS].

Petrus dictus Randus abbas diaconus cf.,

Ego Fernandus Dei gratia Legione rex hanc cartam propria manu roboro et confirmo *[signo rodado incompleto]*. SIGNUM FERNANDI REGIS LEGIONENSIS *(falta el león)*.

Tumbo II, fols. 14 v.-15 r.

22

A. 1164, Diciembre 19 P.

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT DOMNUS EPISCOPUS MARTINUS EIDEM LOCO DE ALIIS TRIBUS MARCHIS DE GAZOFILACIO AD FESTUM SANCTI ANDREE ANNUATIM XVII

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Episcopalis officii interesse dinoscitur religiosos uiros et loca eorum diligere, fouere atque protegere, et ipsorum utilitatibus non spiritualibus tantum, uerum etiam in temporabilibus prouidere. Quod propensius attendens ego Martinus Dei gratia Compostellane ecclesie archiepiscopus communi canonicorum nostrorum assensu, per annos singulos preberi decreui ecclesie Beate Marie de Superado, III marchas argenti de archa gazofilacii Beati Iacobi quando aperitur circa festum Sancti Andree in necessarius usus Christi pauperum pro futuras. Et nichilominus illas IIIes alias marchas quas eis de eodem gazofilacio in diebus Pentecostes annuatim prebendas iam assignauimus. Quam collationem, ut imperpetuum firma illis et illibata permaneat, presentis scripti testimonio dignum duximus roborari.

Facta scripti pagina die XIIII° kalendas ianuarii, sub era M^{a} CC^{a} II^{a}.

Regnante rege domno Fernando in Legione, Asturiis et Galletia.

Ego Martinus Dei gratia ecclesie Compostellane archiepiscopus hoc scriptum propio signo confirmo *[sig. anagrama* DECANUS].

Petrus Dei gratia Iacobitane ecclesie decanus cf. *[sig. rueda con leyenda; en el círculo exterior:* verbo Domini Celi firmati sum. *En el centro cruz; en el centro de ella,* M; *en cada brazo:* archiepiscopus].

Iohannes Dei gratia ecclesie Beati Iacobi archidiaconus cf. *[sig. anagrama:* IOHANNES diaconus].

Petrus Stephani archidiaconus cf. *[sig. anagrama* PETRUS].

Ego Bernardus cardinalis cf. *[sig.]*.
Ego Arias cardinalis cf. *[sig.]*.
Ego Petrus iudex cf. *[sig. anagrama* PETRUS].
Petrus Tacitus cardinalis cf. *[sig.]*.
Magister Petrus diaconus domni archiepiscopi cancellarius cf.
Pelagius Gunde ecclesie Beati Iacobi cantor *[sig. anagrama:* P. Cantor].
Petrus Marcius ecclesie cardinalis hoc scriptum *[sig.]*.
Petrus Arnaldi canonicus *[sig.]*.
Pelagius infans canonicus cf.
Didacus Adefonsi iudex cf. *[sig. anagrama:* DIDACUS].
Bernardus Guillielmi subdiaconus canonicus cf.
Ego Petrus prepositus cf.
Ranemirus Pelaz canonicus cf.
Pelagius Canus regis Fernandi cancellarius cf.
Petrus Uele ecclesie Beati Iacobi canonicus cf.
M. Gosteus canonicus diaconus cf.
Martinus Martini canonicus cf.
Michael Alfonsi canonicus cf.
Ego Petrus de Ponte notarius regis domni Fernandi cf.
[Sig. rodado incompleto; sólo la rueda con leyenda SIGNUM FERNANDI REGIS HISPANORUM.]

Tumbo II, fol. 15 r. y v.

23

A. 1165, Mayo 8 P.

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT DOMNUS ARCHIEPISCOPUS MARTINUS COMPOSTELLANUS DE ECCLESIA BEATI IULIANI DE COLIMBRIANIS MONASTERIO SUPERADDI XVIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Plerumque obliuionis incommoda sentimus cum per negligentiam rei geste seriem scripture non commendamus. Huius siquidem rationis intuitu, ego archiepiscopus domnus Martinus dudum Compostellanus facio textum et scriptum donationis firmissimum imperpetuum ualiturum uobis abbati domno Egidio Sancte Marie Superaddi omnique conuentui eiusdem loci, de illa ecclesia de Sancto Iuliano de Colimbrianis cum

tota sua parrochia, uidelicet, cum caracterio et cum quanto ibi habeo uel habere debeo, tam in ecclesiastico quam in laicalibus; et iacet ipsa ecclesia in terra de Superaddo. Dono, itaque, uobis pro remedio anime mee et pro animabus parentum domini mei regis Fernandi, quatinus regnum eius et uitam gratia diuina conseruet et protegat prefatam ecclesiam cum omni iure suo sicuti regio testamento prefatus rex eam michi dedit, tam in ecclesia quam in laicalibus et cauto per terminos et diuisiones suas, ut ab hac die et deinceps iure hereditario possideatis et prout uolueritis disponatis, uendatis, donetis, conmutetis. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc meum factum irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat, et temerario ausu parti uestre uel uoci, mille morabitinos persoluat et quod inuaserit in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper maneat inconuulsum.

Facta carta donationis sub era M^{a} CC^{a} III^{a} et quot VIII° idus maii. Regnante rege domno Fernando in Toleto, Extrematura, Legione, Galletia et Asturiis.

Ego Martinus condam Compostellanus archiepiscopus hoc scriptum donationis quod fieri iussi manu propria roboro et confirmo *[sig.]*.

(De letra posterior) Ego Petrus de Ponte notarius regis cf. *[sig.]*. Ego domnus Fernandus Dei gratia hispaniarum rex hoc scriptum proprio robore confirmo *[sig.]*. Rueda: en el círculo † SIGNUM FERNANDI REGIS HISPANIARUM.

(Rueda del arzobispo. En círculo) Verbo Domini Celi firmati sum. *En el centro cruz;* en el centro de *ésta,* M. *En cada brazo:* Archiepiscopus.

Tumbo II, fol. 16 r.

24

A. 1165, Abril 14 R. Fernando II

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX FERNANDUS DE ECCLESIA BEATI IULIANI DE COLIMBRIANIS MARTINO ARCHIEPISCOPO COMPOSTELLANO

XIX

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Plerumque obliuionis incommoda sentimus, cum per negligentiam rei geste seriem scripture non commendamus. Huius siquidem rationis intuitu, ego domnus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex facio textum

et scriptum donationis firmissimum imperpetuum ualiturum uobis archiepiscopo domno Martino de illa ecclesia de Sancto Iuliano de Colimbrianos cum tota sua parrochia, uidelicet cum caracterio et cum quanto habeo uel habere debeo, tam in ecclesiastico quam in laicalibus, et iacet ipsa ecclesia in terra de Superado. Dono itaque uobis pro remedio anime mee et parentum meorum prefatam ecclesiam cum omni iure suo quod ad regem pertinet, tam in ecclesia quam in laicalibus et iacet ipsa ecclesia per terminos et diuisiones suas, ut ab hac die et deinceps habeatis, possideatis, uendatis, donetis, commutetis et omnem uestram uoluntatem de illa faciatis, iure hereditario imperpetuum uobis habenda concedo. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno, hoc meum [factum] irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat et pro temerario ausu parti uestre uel uoci mille morabitinos persoluat et quod inuaserit in quadruplum reddat et hoc scriptum semper maneat inconuulsum.

Facta karta apud Sanctum Iacobum XVIII° kalendas maii, era M^{a} CC^{a} III^{a}. Regnante rege domno Fernando Toleti, Extremadura, Legione, Galletia et Asturiis.

Ego dominus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore cf. *[sig. rodado incompleto]*.

Comet Gudisalui castellanus maiordomus regis cf.
Comes Aluarus cf.,
Comes Ramirus cf.,
Comes Petrus cf.,
Comes Pontius cf.,
Ramirus Poncii signifer regis cf.,
Gomet Gunzaluiz cf.,
Suarius Menendi cf.,
Petrus Minduniensus cf.,
Iohannes Lucenssis cf.,
Petrus Auriensis cf.,
Fernandus Astoricensis cf.,
Gonzaluus Ouetensis cf.,
Iohannes Legionensis cf.,

Ego Petrus de Ponte notarius regis Pelagio Cano cancellario existente feci scribi et confirmo.

Tumbo II, fols. 16 v.-17 r.

25

A. 1168, Junio 1

KARTA DIUISIONIS QUAM FECIT EPISCOPUS DOMNUS IOHANNES LUCENSIS, PER AUCTORITATEM REGIS DOMNI FERNANDI, INTER MONASTERIUM SUPERADDI ET PETRUM MUNIONIS, ET ARCHIEPISCOPUM PETRUM GUDESTEI CONPOSTELLANE ECCLESIE

XX

Orta fuit intentio inter fratres Superaddi et domnum Petrum Munionem, filium comitis Munionis et comitisse Lupe Petri, una cum multitudine populorum rusticorum, super hereditates et super homines de terra Superaddi, quia ipse domnus Petrus tenebat turrem de Aranga et terram Superaddi, partem terre huius pro domino rege Fernando et aliam partem pro archiepiscopo domno Petro Gudesteici, qui in illo tempore erat aduersarius Superaddi pro causa archiepiscopi domni Martini, et de hac actione consilium eius precedebat, unde deuenerunt in presentiam domni Fernandi regis, in ciuitate Lucensi et dixerunt suos assertos unus ad alios, et postquam audiuit dominus rex suos assertos, mandauit ut uenissent bonos homines ipsius terre qui ueritate inter illos exquisisserent per nominatos domnus Iohannes Lucensis episcopus et Rudericus Suariz et Fernandus Suariz et Nuno Suariz. Isti quatuor firmauerunt in manu regis ut ueritatem exquisissent inter illos proposse, et episcopus domnus Iohannes fuisset uicarium ex parte regis per quem ista exquisa completa fuisset in loco predicto Superaddo, et sic fecerunt; et istos exquisitores sicut inuenerunt in ore hominum ueteranorum pro directo et rectum uiderunt, ita fecerunt et diuiserunt inter illos, illas hereditates et illos homines. Dederunt itaque fratribus totam hereditatem regiam quomodo eam habuerant ab antiquo tempore, pro iure ⟨et⟩ uoce Superaddi et hereditatem de Condado et de mortuorum et suas emptiones siue testationes et commutationes et donationes siue ganantias, quas iam habebant uel deinceps ganare potuissent infra suos terminos, quos dominus imperator Adefonsus et comes domnus Fernandus Petri et frater eius domnus Ueremudus, una cum filia sua domna Urracha Ueremudi deouota et omni uoci sue dederunt fratribus Superaddi, ordinem Cisterciensis et Clareuallensis tenentibus, quomodo resonat in suas cartas, de quo fecerunt testationem et donationem siue confirmationem ad prefatum

monasterium, scilicet: per illos terminos quos regina domna Urracha et filius eius domnus Adefonsus imperator, miserunt in illas cartas per ubi ipsam hereditatem de Superaddo dederunt comiti domni Fernandi et domni Ueremudi, et nominatas hereditates de Felicoso et de Presares cum adiunctionibus suis quos adhuc fratres non receperant. Hic presente deliberauit eas Petrus Munioni in manu episcopi Iohannis Lucensis, et dominus episcopus dedit illas hereditates desuper nominatas fratribus Superaddi, et de illos homines habuissent suos carpentarios et petrarios et buarios et uaccarios et equarios et cuncti custodes peccorum siue gregum, et ceteri qui pro uictu et uestitu uel stipendiis in cunctis domibus suis seruire uoluissent, uel cum illis ambulassent, et liberos et quietos illos et omnia sua habuissent, et si magis eis neccesse fuisset, sponte et non inuitus eos requisissent, et Petrus Munione tenuisset totam aliam terram populatam et uocem rusticorum cum sua propria directura liberam et quietam esse de uoce Superaddi. Ita constituimus et laudamus inter illos pro directo ut maneant firmiter imperpetuum, euo perhenni, secula cuncta, amen. Et quisquis hoc fregerit, ad uocem alterius pariat mille aureos. Nos iam supranominati hoc confirmamus et laudamus; et ceteri plures qui uiderunt et audierunt testes et cf. Et sciendum quod ecclesia Sancti Iuliani et ecclesia de Auelanedo et ecclesia Alba cum omni sua uoce, siue hominibus, ad opus ecclesie et opus monasterii Superaddi liberos et quietos permaneant apud fratres, quia sic eos in suo iure et in suis testamentis per auctoritatem regalem et principum terre huius qui ante nos fuerunt. Similiter et uilla Quitizana.

(1.ª col.) Iohannes Lucensis episcopus cf., Rudericus Suariz cf., Fernandus Suariz cf., Nuno Suariz cf., Trillado cf., Petrus Froiaz cf., Veremudus Froiaz cf.,

[Signum]

(2.ª col.) Pelagius Iohannis cf., Abbas Mosoncii cf., Abbas Antonini cf., Abbas Ciniensis cf., Ouecu Munici cf., Archidiaconus Suarius cf., Archidiaconus Iohannes Ruderici cf.,

Era Mª CCª VIª et quot kalendas iunii. Regnante domno rege Fernando in Legione et in Galletia et in Asturias.

[Sig.] Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fol. 17 r. y v.

26

A. 1170, Mayo. Fernando II

KARTA CONFIRMATIONIS QUAM FECIT REX DOMNUS FERNANDUS SUPERADDI MONASTERIO DE HEREDITATIBUS ET POSSESSIONIBUS QUAS LUCRATI SUNT IN DIEBUS PATRIS SUI DOMINI IMPERATORIS

XXI

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Nostri Domini Ihesu Christi amen. Pias fidelium largitiones pro impetranda peccatorum suorum uenia, locis oblatas religiosis catholicorum regum est, ibi Deum circunspecte tueri ac diligenter conseruando defendere. Inde est quod ego domnus Fernandus, Dei gratia Hyspaniarum rex, una cum uxore mea regina domna Urracha, uestris iustis petitionibus domne Egidi Superaddi abbas, gratuitum prebentes assensum, per hoc scriptum confirmamus et communimus uobis et monasterio uestro, omnes terras et hereditates, quas tempore patris mei imperatoris, comes domnus Fernandus et fratre eius domnus Ueremudus et suorum propinqui, sicut in scriptis eorum habetis, eodem imperatore confirmante, ob remissionem peccatorum suorum, iam dicto monasterio uestro Superaddi pie contulerunt, et eas etiam que donatione aliqua uel emptione ad ius uestrum transierunt. Nulla, igitur, deinceps secularis uel ecclesiastica persona prefatas hereditates monasterio uestro feliciter collatas, uel partem earum aliquam, uobis uel monachis uestris audeat inquietare uel aliqua impedire occasione. Quod si quis, contra hanc nostram protectionis confirmationem ad inquietandum uel quoquomodo impediendum, quod non credimus, uenire temptauerit, iram nostram tanquam de offensa regia maiestate, sese, nouerit incursurum, et emendato prius uobis quod in calumniam miserit, parti nostre CCC^{tos} aureos pro temerario ausu sciat se persoluturum.

Facta carta in ciuitate Lucensi, mense maii, era M^{a} CC^{a} VIII^{a}. Regnante illustrissimo rege domno Fernando Legione, Extremadura, Galletia et Asturiis.

Ego domnus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo *[sig. rodado incompleto]*.

(1.ª col.) Petrus Dei gratia Compostellanus archiepiscopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf., Iohannes Minduniensis episcopus cf., Adam Auriensis episcopus cf., Iohannes Tudensis episcopus cf., Iohannes Le-

gionensis episcopus cf., Gunzaluus Ouetensis episcopus cf., Fernandus Astoricensis episcopus cf.,

(2.ª col.) Comes Rodericus in Sarria cf., comes Gumez Gunzaluiz in Trastamar cf., comes Alfonsus in Asturiis cf., Fernandus Roderici tenens turres Legionensis cf., Garcia Ramiriz signifer regis cf., Petrus Muniz cf., Rudericus Suariz cf., Nuno Suariz cf.,

Ego Petrus Iohannis domini regis notarius, decano domno Ruderico, cancellario scripsi et confirmo.

Tumbo II, fols. 17 v.-18 r.

27

A. 1173, Octubre s. d. Fernando II

KARTA DONATIONIS DE CAUTO SANCTI MARTINI DE CABRUNO QUOD FECIT REX DOMNUS FERNANDUS MONASTERIO SUPERADDI

XXII

[Christus]. In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Regie maiestatis officium esse dignoscitur sancta loca et religiosas personas diligere ac uenerari et eas largis ditare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare. Ea propter ego domnus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex, una cum uxore mea regina domna Urraca et cum filio meo rege domno Alfonso, libero et absoluo, do monasterio Superaddi et uobis domno Egidio eiusdem monasterii uenerabilis abbati et omnibus monachis tam presentibus quam futuris ibidem Deo seruientibus, do et dono et capto illam ecclesiam de sancto Martino de Cabruno cum Uillanoua, per medietatem altaris Sancte Christine et inde per cancellum de Castanneras, et per uallem Cendulfi et per uerticem de Sabrania et per spinum de Losia, et inde quomodo se diuidit de Philisteos, et inde ad portum Centennales, et per saxeum de Oral, et quomodo uadit ad uillar de Pinnero ad casal de Uxera et inde per Stroueos et per uillar de Toheio propter directum de Uillanoua, et quomodo se diuidit uillar Ensar et Sancta Eugenia de Borrifanes, et quomodo diuidit se Crispos de Sancto Petro et inde ad pinnam de Causso et per linar Damandi et per ualle de supra uia de Sadornini, et inde quomodo se diuidit Uascon ermo de Uillanoua, et inde per portum de Griohy et per boza de Cabannas quomodo diuidit se Forcafita et per caput fontem de Carualios

domno Iohanne, et inde ubi incepimus. Do, inquam, uobis ipsam ecclesiam cum adiunctionibus suis que fuit hereditas de monacho uestro Iohanne Petri et omnes homines qui in ipsis terminis habitauerint libero et absoluo de pecto, de petito, de fossado et omni fisco et foro regio. Nulli, igitur, potenti uel inpotenti, nobili uel ignobili, maiordomo siue sagione, liceat de cetero ullum forum a domibus uestris uel ab illis hominibus qui ibi habitauerint exigere, uel eos super hoc inquietare. Ut ergo ab hac die et deinceps uniuersi homines liberi et absoluti ad omni regale iure imperpetuum, uobis et successoribus uestris, ob remedio anime mee et parentum meorum concedo. Si quis, igitur, tam de meo genere quam de alieno hoc meum uoluntarium factum infringere temptauerit, iram Dei omnipotentis et regis indignationem incurrat et cum Iuda Domini traditore et cum Datan et Abiron quos uiuos terra absorbuit, in inferno damnetur et pro temerario ausu, parti regis tria milia aureos persoluat et quod inuaserit uobis uel uoci uestre in quadruplum reddat et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta karta apud Legionem mense octobris, era millesima CC^{a} XI^{a}. Regnante rege domno Fernando Legione, Extremadura, Galletia et Asturiis.

Ego domnus Fernandus Dei gratia Hyspanie rex, hoc scriptum quod fieri iussi propria manu roboro. *[Sig. rodado incompleto.]*

(1.^{a} col.) Petrus Dei gratia Compostellane ecclesie archiepiscopus cf., Iohannes Legionensis episcopus cf., Arnaldus Astoricensis episcopus cf., Gondisaluus Ouetensis episcopus cf., Stephanus Zemorensis episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf., Adam Auriensis episcopus cf., Rabinadus Minduniensis episcopus cf., Beltranus Tudensis episcopus cf.,

(2.^{a} col.) Comes Gomez in Trastamar cf., comes Gomez de Castella in Monte Roso cf., Fernandus Roderici turres tenens Legionensis cf., comes Poncius cf., comes Rodericus cf., Aluarus Roderici domini regis maiordomus cf., Gutier Roderici signifer regis cf., Petrus Roderici cf., Fernandus Arie cf., Iohannes Arie tenente rege domno Alfonso cf.

Petrus Iohannes scripsit et cf.

Tumbo II, fols. 18 v.-19 r.

28

A. 1164, Marzo 30 R. Fernando II

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX DOMNUS FERNANDUS DE CC^{tis} AUREIS IN MONETA BEATI IACOBI SANCTE MARIE SUPERADDI

XXIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus Sancti amen. Regie maiestatis interesse dinoscitur sanctas et religiosas personas diligere ac uenerari, earumque inopiam propriis releuare muneribus. Ea propter nos Fernandus Dei gratia Hispanorum rex per monasterium Superaddi transitum facientes, eius sancte congregationi aliquod munusculum annuatim dare permisimus, ut eius assiduis precibus ante Deum mereamus adiuuari. Damus, siquidem, de nostro dono Deo et Sancte Marie et uobis domno Egidio, eiusdem loci in presentiarum abbati, et omnibus monachis ibi Deo militantibus quam futuris imperpetuum, annuatim ducentos morabitinos et eos in medietate monete Beati Iacobi que ad ius regium spectare dignoscitur assignamus, et semper annuatim per tres partes anni dari mandamus, terciam, uidelicet, partem in Pascha presenti, et aliam terciam, in festo Sancti Michaelis, reliquam terciam, in alio Pascha Domini, et sic semper in istis tribus anni terminis, predicti morabitini CC^{i} uestre congregationi dentur. Hanc autem donationem ob nostre anime remedium presenti scripto communimus et semper illibatam conseruari mandamus. Si quis igitur uos uel successores uestros in hoc molestare uel inquietare aut autferre, quod absit, temptauerit, iram Dei omnipotentis cum indignatione regia incurrat, et pro temerario ausu, parti regie sex mille morabitinos componat et uobis quod inuaserit duplet.

Facta carta apud Lucense sede, sub era M^{a} CC^{a} II^{a}. Regnante rege domno Fernando Toleti, Extremadura, Legione, Galletia et Asturiis. Facto scripto III° kalendas aprilis.

Ego Fernandus Dei gratia Hispanorum rex hoc scriptum quod fieri iussi roboro et confirmo. *[Sig. rodado incompleto.]*

Iohannes Toletanus archiepiscopus et Hyspaniarum primas cf., Petrus Minduniensis cf., Iohannes Lucensis cf., Petrus Auriensis cf., Iohannes Legionensis cf., Guzaluus Ouetensis cf., Fernandus Astoricensis cf.,

(2.ª col.) Fernandus Roderici maiordomus regis cf., comes Fernandus cf., comes Aluarus cf., comes Ramirus cf., comes Petrus cf., Ramirus Poncius signifer regis cf.,

Petrus de Ponte subnotarius, Roderico Fernandi existente cancellario, scripsit et cf.

Tumbo II, fol. 19 r. y v.

29

A. 1168, Marzo 4 R. Fernando II

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX DOMNUS FERNANDUS QUOD DE ILLA MEDIETATE QUAM HABEBAT IN MONETA BEATI IACOBI IIIᵃᵐ PARTEM INDE DEDIT BEATE MARIE DE SUPERADDO

XXIIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Catholicorum regum decet celsitudinem, sancta loca ac religiosas personas diligere, et eas largis ditare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare. Ea propter, ego Fernandus Dei gratia Hyspaniarum rex, do Deo et monasterio Sancte Marie de Sobrado et uobis abbati domno Egidio atque successoribus uestris, necnon et omni conuentui de medietate quam habeo in monetam Sancti Iacobi terciam partem integram. Addo, etiam, uobis in ipso burgo quod populo in ripa Tamares annuatim Xᵐ marchas argenti ad opus Sancte Marie, et libero uestram propriam domum quam ibi edificaueritis ab omni debito. Ut ab hac die et deinceps prefatam monetam cum ipsis Xᵐ marchis ab integro habeatis atque imperpetuum possideatis, uos et successores uestros.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc meum uoluntarium factum irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et cum Iuda Domini proditore in inferno sit damnatus, et pro temerario ausu parti regie centum libras auri persoluat, et quod inuaserit uobis uel uoci uestre in quadruplum reddat et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta karta testamenti in Lugo IIIIº nonas marcii era Mª CCª VIª. Regnante rege domno Fernando Legione, Extremadura, Galletia et Asturiis.

Ego domnus Fernandus Dei gratia Hyspaniarum rex hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore cf.,

Ego Petrus Dei gratia Migduniensis episcopus et ecclesie Compostellane electus cf.,

(1.ª col.) Iohannes Lucensis cf., Petrus Auriensis cf., Iohannes Legionensis cf., Gunzaluus Ouetensis cf., Sthephanus Cemorensis cf., Petrus Salamantinus cf., Suarius Cauriensis cf.,

(2.ª col.) Comes Urgelensis maiordomus regis cf., comes Poncius dominans in Legione cf., comes Petrus in Asturiis cf., comes Ramirus in Beriz cf., comes Rodericus in Sarria cf., Ramirus Poncii signifer regis cf.,

Roderico archidiacono cancellario. Pelagius Goterri scripsit et cf.

Tumbo II, fols. 19 v.-20 r.

30

A. 1173, Agosto s. d. Fernando II

KARTA QUAM FECIT REX DOMNUS FERNANDUS QUOD NON DETUR PORTADIGUM DE FERRO QUOD EXTRAXERINT DE PETRA FITA

XXV

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Inter cetera que regiam maiestate decorare uidentur summa et precipua uirtus est sancta loca et religiosas personas diligere ac uenerari et eas largis ditare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare, ut dando terrena adipisci mereatur eterna. Ea propter ego domnus Fernandus Dei gratia Hyspaniarum rex, una cum uxore mea regina domna Urraka et cum filio meo rege domno Alfonso facio kartam donationis et textum firmitatis Deo et monasterio Sancte Marie Superaddi et uobis abbati domno Egidio et successoribus uestris, et omnibus monachis, tam presentibus quam futuris, in predicto monasterio Superaddi Deo seruientibus, ut ab hac die et deinceps non detis portaticum in Petra Fita, de ferro quem inde abstrahatis. Nulli igitur liceat de cetero potenti uel impotenti, nobili uel ignobili, maiordomo siue sagioni, ullum portaticum siue pedagium a uobis exigere de ferro quem de supra scripto loco de Petra Fita trahatis, et hoc facio pro remedio anime mee et parentum meorum. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno, hoc meum uoluntarium factum infringere temptauerit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat et cum Iuda Domini traditore in inferno sit damnatus et pro temerario ausu parti regis mille solidos persoluat et

quod inuaserit uobis uel uoci uestre in quadruplum reddat et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta karta in Zamora mense Augusto era M[a] CC[a] XI[a]. Regnante rege domno Fernando Legione, Extremadura, Galletia et Asturiis.

Ego domnus Fernandus Dei gratia Hyspaniarum rex hoc scriptum quod fieri iussi proprio roboro cf. *[signo rodado incompleto]*.

Petrus Dei gratia Salamantinus episcopus et Compostellanus electus cf.

(1.[a] col.) Iohannes Lucensis cf., Adam Auriensis cf., Iohannes Legionensis cf., Arnaldus Astoricensis cf., Stephanus Zamorensis cf., Gonsaluus Ouetensis cf., Rabinaldus Minduniensis cf.

(2.[a] col.) Fernandus Roderici tenens turres Legionis cf., comes Gomez dominans in Trastamar cf., Aluarus Roderici maiordomus regis cf., Goter Goterri signifer regis cf., Iohannes Arie cf., Petrus Roderici cf., Goter Roderici cf., Pelagius Roderici tenens Petramfitam cf.

Ego Petrus Iohannis domini regis notarius scripsi et confirmo.

Tumbo II, fol. 20 r. y v.

31

A. 1173, Octubre. Fernando II.

KARTA QUAM FECIT REX DOMNUS FERNANDUS QUOD DE DOMIBUS QUAS HABENT FRATRES SUPERADDI IN BURGIS UEL CIUITATIBUS UEL IN UILLIS TOTIUS MEI REGNI NON DENT FORUM

XXVI

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domine Nostri Ihesu Christi amen. Regie maiestatis officium esse dignoscitur sancta loca et religiosas personas diligere ac uenerari et eas largis ditare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare. Ea propter ego domnus Fernandus, Dei gratia Hispaniarum rex, una cum uxore mea regina domna Vrraca et cum filio meo rege domno Alfonso, libero et absoluo Deo et monasterio Superadi et uobis domno Egidio eiusdem monasterii uenerabili abbati et omnibus monachis tam presentibus quam futuris ibidem Deo seruientibus omnes domos uestras quas habetis in burgis camini et in ciuitatibus et in omnibus uillis totius regni mei, et omnes homines qui in ipsis habitauerint de pecto, de petito, de fossado, et de omni fisco et foro regio. Nulli igitur potenti uel impotenti, nobili uel ignobile,

maiordomo siue sagioni, liceat de cetero ullum forum a domibus uestris uel ab illis hominibus qui ibi habitauerint, exigere uel eos super hoc inquietare. Ut ergo ab hac die et deinceps, uniuerse domus uestre quas in regno meo habetis et omnes homines in eis morantes, sint liberi et absoluti ab omni regale iure, imperpetuum uobis et successoribus uestris ob remedium anime mee et parentum meorum concedo. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno, hoc meum uoluntarium factum infringere temptauerit, iram Dei omnipotentis et regis indignationem incurrat et cum Iuda Domini traditore et cum Datan et Abiron, quod uiuos terra absorbuit, in inferno damnetur, et pro temerario ausu, parti regis tria milia morabitinos persoluat, et quod inuaserit uobis uel uoci uestre in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta apud Legionem mense Octobris, era M^{a} CC^{a} XI^{a}. Regnante rege domno Fernando Legione, Extremadura, Galletia et Asturiis.

Ego domnus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore cf. *[signo rodado incompleto]*.

Petrus Dei gratia Compostellane ecclesie archiepiscopus cf.

(1.^{a} col.) Iohannes Legionensis episcopus cf., Arnaldus Astoricensis episcopus cf., Gundisaluus Ouetensis episcopus cf., Stephanus Zamorensis episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf.,

(2.^{a} col.) Adam Auriensis episcopus cf., Rabinaldus Minduniensis episcopus cf., Beltranus Tudensis episcopus cf.,

(3.^{a} col.) Comes Gomez de Galletia dominans in Trastamar cf., comes Gomez de Castella in Monte Roso cf., Fernandus Roderici tenens turres Legionis cf., comes Poncius cf., comes Rodericus cf., Aluarus Roderici domini regis maiordomus cf., Goter Goterri signifer regis cf., Petrus Roderici cf., Goter Roderici cf.

Ego domini regis notarius Petrus Iohannis scripsi et cf.

Tumbo II, fols. 20 v.-21 v.

32

A. 1174, Febrero 18 P.

KARTA DONATIONIS QUAM FECERUNT DOMINUS ARCHIEPISCOPUS PETRUS SUARII ET SUI CANONICI DE DOMO QUAM HABET SUPERADDUM IN COMPOSTELLA

XXVII

[Christus Alfa y Omega]. Petrus Dei dignatione sancte Compostellane metropolis humilis minister, uenerabili fratri Egidio abbati de Superaddo et uniuerso conuentui eiusdem loci, salutem in Domino. Ex iniuncto nobis pontificali officio tenemur religiosis locis prouidere et necessitatibus in habitantium subuenire et eos beneficiis confouere. Qua propter uenerabilis frater abbas Egidius et dilecti filii monachi de Superaddo, deuotionem uestram erga nos et ecclesiam nostram attendentes, domum illam quam in ciuitate nostra iuxta fontem de Zequeilo possidetis, ab omni consuetudine et seruicio nobis et ecclesie nostre debito, uobis et successoribus uestris, ex communi canonicorum nostrorum assensu, deinceps imperpetuum eximimus. Habitatores, etiam, duos tamen cum familia sua, quos per manum uestram in ea contigerit habitare, ab omni exactione, petitione et expeditione uobis penitus liberamus. Si uero aliquod forisfactum eos commisisse constiterit, per manum uicarii, quem uos constitueritis, satisfaciant et corrigantur. Si qua, igitur, in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc scripture nostre paginam, temerario ausu, infringere uel huic donationi nostre presumptuose contraire temptauerit, indignationem omnipotentis Dei et Beati Iacobi et nostram se nouerit incursurum. Omnibus, autem, hec obseruantibus, sit pax Domini Nostri Ihesu Christi, quatinus hic fructum bone actionis percipiant, et in futuro apud Iustum Iudicem premia eterne remunerationis inueniant.

Petrus Dei gratia Iacobitane ecclesie decanus cf., ego Petrus Stephani archidiaconus cf., ego Pelagius de Lauro archidiaconus cf., ego Petrus Tacitus cardinalis cf., ego Gudesteus cardinalis cf., ego magister Uacca canonicus et ecclesie Sancti Iacobi diaconus cf.

[Signum: Rueda, en el centro: Sanctus Iacobvs. Petrus archiepiscopus III[us]. *Alrededor:* Fac mecum Deus signum in bono]. Ego Petrus sancte Compostellane ecclesie archiepiscopus scripsi.

Ego Bernardus Compostellane ecclesie cardinalis cf., Petrus Marcius ecclesie Beati Iacobi cardinalis hoc scriptum propium roborat cf., ego

Petrus Cantel magister scolarum cf., ego Pelagius ecclesie Beati Iacobi cantor cf., ego Petrus iudex cf., ego Ramirus Pelaez iudex cf.

Datum Compostella XII kalendas marcii, era M^{a} CC^{a} XII^{a}. Pontificatus domini Petri tercii archiepiscopi, anno primo. Notario eiusdem archiepiscopi magistro Martino ecclesie Beati Iacobi canonico diacono.

Tumbo II, fols. 12 v.-122 r.

33

A. 1175, Junio s. d. Fernando II

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX DOMNUS FERNANDUS DE ECCLESIIS DE ARMEREZO CURISPINETO (ET DE CORINE *tacnado*)
XXVIII

[Christus Alfa y Omega]. Catholicorum regum est sancta loca et religiosas personas diligere, uenerari et eas largis ditare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare, ut dando terrena adipisci mereatur eterna. Huius siquidem rationis intuitu, ego domnus Fernandus Dei gratia Hyspaniarum rex, una cum filio meo rege domno Adefonso, do Deo et monasterio Sancte Marie Superaddi et uobis domno Egidio eiusdem monasterii uenerabili abbati et successoribus uestris et omnibus monachis tam presentibus quam futuris, illas ecclesias, scilicet, de Armerezo et de Curispineto, et do eas uobis per tales terminos scilicet per mediam uenam fluminis de Decesso et per iuncale de Telia et inde per locum quo diuiditur hereditates uille Telie et uille Lestimonii et inde per Moagiou et per Meytuphi et inde per Blantones et indeque per Corme et per montem Uirdidum, sicut intrat in mare. Vt ab hac die et deinceps iam dictas ecclesias habeatis cum tota sua uoce et directura et hereditatibus, tam ecclesiasticis quam laycalibus ad iam dictas ecclesias pertinentibus, et cum pratis, terris, uineis, pascuis, montibus, fontibus, cum exitibus et regressibus, et cum omnibus directuris et pertinentiis suis et possideatis, donetis, comutetis, et totam uestram uoluntatem de illis faciatis, et iure hereditario imperpetuum uobis et successoribus uestris iam dictas ecclesias cum omnibus directuris suis habendas dono et concedo, pro remedio anime mee et parentum meorum. Si quis, igitur, tam de meo genere quam de alieno, hoc meum spontaneum factum infringere temptauerit, iram Dei omnipotentis et regis indignatione incurrat, et cum

Iuda Domini traditore, et cum Dathan et Abiron quos terra uiuos obsorbuit, in inferno dampnetur, et pro temerario ausu parti regis decem milia morabotinos persoluat et quod inuaserit uobis uel uoci uestre in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper obtineat robur.

Facto scripto apud Legionem mense Iunii, era M^{a} CC^{a} XIII^{a}. Regnante eodem rege domno Fernando in Legione et Extremadura et in Gallecia et in Asturiis. Ego domnus Fernandus Dei gratia Hyspaniarum rex, hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore conf. *[sig. rodado incompleto]*.

Petrus Dei gratia Compostellane ecclesie archiepiscopus cf., Iohannes Legionensis episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf., Arnaldus Astoricensis episcopus cf., Rodericus Ouetensis electus cf., Vitalis Salamantinus episcopus cf., comes Urgelis maiordomus regis cf., comes Gomez dominans in Trastamar cf., Fernandus Roderici cf., Fernandus Guterri signifer regis cf., Nunus Menendi cf., Fernandus Roderici Beneuenti cf.,

Ego Petrus Iohannis domini regis notarius, archidiacono domno Pelagio de Lauro cancellario, scripsi et feci et cf.

Tumbo II, fol. 22 r. y v.

34

A. 1176, Octubre 27 R. Fernando II

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX DOMNUS FERNANDUS DE REGALENGO DE SEAYA PERNOMINATUM PORTUM DE NIOGIA

XXIX

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Catholicorum regum est sancta loca et religiosas personas largis ampliare beneficiis et pro meritis amplis ditare muneribus. Quam propter, ego dominus rex Fernandus una cum filio meo, rege domno Adefonso, predecessorum meorum uestigiis inhabendo, qui Beate Marie de Superaddo ecclesiam, tam donis quam dignitatibus exaltare semper studuerunt, hoc quod eidem ecclesie offertur concedere et firmiter confirmare disposui per quod patronum recognoscam in terris cuius patrocinium promereri desidero in celis. Ea, igitur, que tam a predecessoribus meis quam a me eidem ecclesie sunt collata confirmando non minus, concedo et confirmo ecclesie Beate Marie de Superaddo et uobis Egidio

eiusdem ecclesie abbas carissime et successoribus uestris imperpetuum regalengum de Seaca per nomem Portum de Niogia, quod est de sub armida Sancte Marie, inter ipsam ermidam et montem de Nariga, in illa terra de Seaca quam ego cum isto regalengo Fernandus Arie propter deuotionem et obsequium illius, per scriptum donationis imperpetuum ualiturum dedi et confirmaui. Nunc, autem, confirmo quantum ex ipsa mea donatione cum predicto regalengo, Fernandus Arie ecclesie de Superaddo pro remedio anime sue obtulit, seu obtulerit, totum cum omnibus directuris et pertinentiis suis, cum omnibus cautis et incartationibus uestris, ut in eo iure et liberalitate liberum sit uobis de regalengo facere, sicut de aliis terris et hereditatibus ecclesie uestre. Si quis, uero, contra hoc meum spontaneum factum ire temptauerit, regiam indignationem incurrat et cum Datan et Abiron, quos terra uiuos absorbuit, in inferno sit dampnatus et si quid inuaserit duplet et pro ausu temerario parti regie X milia morabetinorum persoluat et ⟨ut⟩ hoc quod confirmamus non possit turbari, set maneat firmum et inconcussum, presens scriptum facimus et regio nostro robore et nobilium nostrorum subscriptionibus communimus.

Facta carta Salamantice VI kalendas nouembris, era M^{a} CC^{a} XIIII^{a}. Regnante rege domno Fernando Legione, Asturiis, Gallecia et Extremadura. Ego Fernandus Dei gratia Hyspaniarum rex una cum filio meo rege Adefonso hoc scriptum, quod fieri iussi, proprio robore cf. *[signo rodado incompleto]*.

(1.^{a} col.) Petrus Suarii Compostellane ecclesie archiepiscopus cf., Iohannes Legionensis episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf., Willelmus Cemorensis episcopus cf., Rabinatus Mindoniensis episcopus cf., Adefonsus Auriensis episcopus cf., Beltrandus Tudensis episcopus cf., Rodericus Ouetensis episcopus cf., Petrus Ciuitatensis episcopus cf.,

(2.^{a} col.) Comes Uelascus in Limia cf., comes Gomez in Trastamar cf., Gundisaluus Osorii maiordomus regis cf., Fernandus Guterriz signifer regis cf., Fernandus Roderici de Benauenti cf., Pelagius Tabladelo cf.,

Ego Petrus Iohannis notarius regis, Pelagio de Lauro archidiacono Compostellane, cancellarius cf.

Tumbo II, fols. 22 v.-23 r.

35

A. 1176, Septiembre 1

KARTA QUAM FECIT DONATIONIS URRACA GOMEZ MONASTERIO SUPERADDI DE AUELIO SUPERIORI ET DE ECCLESIA SANCTI IACOBI DE CARREIRA MEDIA CUM II^{abus} SERUICIALIIS ET SURDIIS CUM PERTINENTIIS SUIS

XXX

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Ego Orraca Gomezii comitis filia domni Gomez comitisseque domne Eluire Petri et omnis uox mea, facio cartam testamenti firmissimam siue donationis imperpetuum ualituram Dei et Sancte Marie Superaddi et uobis abbati domno Egidio omnique conuentui eiusdem loci, de hereditatibus meis propriis cum omnibus directuris suis, quibus habeo uel habere debeo ex parte auorum et parentum meorum, et nuncupantur ipse hereditates ab antiquo tempore Auelliu Superiorem cum aiun⟨c⟩tionibus suis et mediam de ecclesia Sancti Iacobi de Carreira, cum omni sua directura, et ibidem scilitet, in Carreira duas seruiciayas populatas quas soror mea Sanccia Gomezii pignori obligauit Petro Iohannis de Faro pro octoginta solidos, et iacent ipsas hereditates in terra Selagie et habet Surdiis suos terminos antiquos assignatos, scilicet, super Foueam souti et inde per illam arcam que stat inter Surdiis et Cueres, sicuti tendit ad illam antam de ualle Longo, deinde per argentarias quomodo uadit ad Gralleiras, postea ad mamuas do Confurco inter Sanctum Iacobum de Carreira et Surdiis. Do itaque uobis, has predictas hereditates integras cum omnibus suis bonis, cum omni accessu uel recessu, huc utraque et illuc, propter Dei amorem remissionemque peccatorum meorum et pro animabus patris et matris mee et fratris mei domni Fernandi Gomezii et sororis mee domne Sanccie Gomezii de quibus eas habui, ita ut ab hac die et deinceps, iure hereditario im perpetuum possideatis eas per terminos et loca sua antiqua et omne uelle uestrum de eis faciatis. Si quis, igitur, tam ex nostris quam ex alienis, hanc meam paruam donationem irrumpere temptauerit, tam secularis persona quam ecclesiastica, sit ille maledictus et excommunicatus usque in VII^{am} generationem nisi congrua satisfactionem correxerit, et pro temerario ausu parti uestre uel uoci uestre, quingentos aureos persoluat et quod inuaserit in quadruplum reddat, et hec carta maneat semper inconuulsa. Memor

sit uobis me tali pacto has predictas hereditates uobis dedisse, ut ego et fratres mei omnium benefactorum uestrorum et orationes simus participes et ad obitum meum oretis pro me, sicut pro uno monacho, et hoc meum factum semper maneat firmum.

Facta carta testamenti siue donationis et confirmationis apud Superaddum kalendas september era Mª CCª XIIII. Ego Orraca Gomez et omnis uox mea in hac carta testamenti quam fieri iussi manus meas roboraui et confirmaui. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Iohannes ts., Arias ts.,

(1.ª col.) Comes Rodericus Aluari cf., comes Gomez cf., Fernandus Beltran cf., Veremundus Aluari cf., Gundisaluus Nunonis cf., Froyla Ueremundi cf., Suarius Froyle cf., domnus Trilladus cf.,

(2.ª col.) Pelagius Oueci cf., Nuno Pelagii cf., comitissa domna Sanccia cf., comitissa domna Tarasia cf., Orraca Gundisalui cf., Orraca Ueremundi cf., Tarasia Ueremundi cf. *[sig.]*.

Et hoc non est tacendum, quod dominus comes Rodericus dedit hereditatem de partura que uenit in suam portionem fratribus de Retorta, fratres uero de Retorta dederunt eam, fratribus de Ossaria pro uiz de Maruan.—Comitissa domna Eluira Petri accepit in portionem Auelliu Surdiis et mediam de ecclesia Sancti Iacobi de Carreira. Comitissa domna Eldara Petri accepit Barradanes et Barzeam de Deza. Ego Orraca Gomez accepi pro robore duos equos et pannos et expensam adoptis filiorum meorum *[sig.]*. Iohannes qui notuit ts. et cf., et alii plures qui uiderunt et audierunt ts. et cf.

Tumbo II, fols. 23 r.-24 r.

36

A. 1175, Junio 3 P.

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT THARASIA MUNIONIS DE HEREDITATE DE PAUSADA MONASTERIO SUPERADDI

XXXI

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi. Ego Tarasia Munionis, comitis filia domni Munionis comitisseque domne Lupe, cum filiis meis omnibus, facio cartam testamenti firmissimam im perpetuum ualituram Deo et Sancte Marie Superaddi et uobis domno Egidio abbati omnique conuentui predicti loci de hereditate mea propria quam ibi habeo uel habere debeo, et uocatur ab antiquo tempore Pousada, et iacet secus ecclesiam

Sancte Marie de Gian intra Nalare. Do, itaque, eam uobis pro amore Dei et remissionem peccatorum meorum et pro anima patris mi et matris mee de quibus eam habui, ut ab hac die et deinceps iure hereditario possideatis eam, pro terminos et loca antiqua et pro uelle uestro de ea faciatis. Si quis, igitur, in futurum tam de mis quam de alienis, hanc meam paruam donationem inrrumpere temptauerit, [iram] Dei omnipotentis incurrat usque in VII^{mum} gradum, nisi congrua satisfactione correxerit et pro temerario ausu parti uestre uel uoci uestre, D^{tos} solidos persoluat et quod inuaserit in quadruplum restituat, et hec carta semper maneat firma.

Facta carta testamenti apud Superaddum III nonas iunii, era M^{a} CC^{a} XIII^{a}. Ego Tarasia Munionis in hac carta hoc signum indidi et confirmaui. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Martinus ts.,

Nuno Suarii cf., Fernandus Nunois cf., Nuno Pelagii cf., Petrus Sanccii miles caceris cf., Fernandus Petri filius Petri Munionis cf.

[Sig.] Iohannes qui notuit cf.

Tumbo II, fol. 24 r.

37

A. 1186, Mayo 5 R. Fernando II

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX FERNANDUS DE AZENIIS QUE SUNT IUXTAM BURGUM FARI

XXXII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini Nostri Ihesu Christi. Catholicorum regum est sancta loca et personas religiosas diligere ac uenerari et pro earum meritis amplis ditare muneribus ac largis ampliare beneficiis, ut dantes temporalia eterna ualeant adipisci. Ea propter, ego rex domnus Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso incauto Deo et Sante Marie de Superaddo et uobis domno Fernando abbati eiusdem loci omnique conuentui ac successoribus uestris, illas zenias quas fecistis iuxta Burgum de Faro, in riuulo qui discurrit iuxta Uillambonam, per illos terminos quos dominus comes Gomecius posuit uobis, quantum ibi habetis uel habituri estis, per portum uidelicet qui est subtus Uillambonam et per illum comarum quod diuidit inter hereditatem de Petro Lebor et alias hereditates que iacent iuxta Burgum, et inde uadit ad mare, ex altera parte per illam uiam que exit de predicto portu et uadit

contra Cordedam et per illum comarum quod uadit de uia illa in directum ad illum castinerium qui est in riuulo qui descendit de Cordeda et uadit ad mare, et ita concluditur terminus Zeruarum. Hanc autem incautationis incartiationem facio liberam ab omni fisco regali, ob remedium anime mee et parentum meorum et pro bono seruitio quod in prefato monasterio iugitur Deo exhibetur, cuius partem Deo largiente desidero promereri. Si quis, igitur, tam de meo genere quam de alio, hoc factum meum irritare uoluerit, iram Dei omnipotentis habeat, et cum Iuda in inferno perpetuo particeps fiat, et quicquid de his que in cauto fuerint, per uiolentiam inuaserit monasterio uestro in triplum persoluat, et pro temerario ausu, parti regie V^{e} M^{a} solidos pectere cogatur.

Karta autem cunctis diebus firma ac stabili permanente, que data est apud Uillamfrancam III° nonas maii, era M^{a} CC^{a} XX^{a} IIII^{a}. Regnante rege .domno Fernando Legione, Galletia, Asturiis et Extremadura. Ego rex domnus Fernandus una cum filio meo rege domno Adefonso hoc scriptum quod fieri iussi proprio signo roboro et confirmo *[sig. rodado incompleto]*.

(1.^{a} col.) Petrus Compostellanus archiepiscopus cf., Adefonsus Auriesis episcopus cf., Rodericus Lucensis episcopus cf., Rabinadus Mindoniensis episcopus cf., Bertrandus Tudensis episcopus cf., Fernandus Astoricensis episcopus cf., Manricus Legionensis episcopus cf., Rodicus Ouetensis episcopus cf., Willelmus Cemorensis episcopus cf., Vitalis Salamantinus episcopus cf., Petrus Ciuitatensis episcopus cf., Arnaldus Cauriensis episcopus cf.,

(2.^{a} col.) Comes Petrus dominans in Asturiis et in Salamanca et in Ciuitate Roderici cf., comes Gomezius in Trastamar et in Monte Roso cf., Froyla Ramiriz in Astorica et in Bergido cf., Veremundus Aluari maiordomus regis cf., Pontius Uele signifer regis cf., comes Fernandus in Maiorica et Beneuento cf., Fernandus Arie cf., Fernandus Osorii cf., Pelagius Tabladelus cf., Lupus de Mena cf., Arias Nunonis cf., Helias Nunonis cf., Rodericus Ueremudi cf.,

Petrus Uele Compostellanus archidiaconus et domini regis cancellarius cf.,

Magister Bernardus domini regis notarius, per manus Petrus Uele scribi iussit atque cf.

Tumbo II, fol. 24 r. y v.

38

A. 1185, Septiembre 26 R. Fernando II

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX FERNANDUS DE BURGO DE LEBORARIO CUM SUO CAUTO

XXXIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Quam catholicorum regum est sancta loca et personas religiosas diligere ac uenerari et pro earum meritis amplis ditare muneribus ac largis ampliare beneficiis, ut dantes temporalia eterna ualeant adipisci, iccirco ego rex domnus Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso incauto Deo et Sancte Marie de Superaddo et uobis domno Fernando abbati eiusdem loci et omni conuentui et successoribus ibidem cohabitantibus quicquid habetis et habebitis in burgo de campo Leporario uel in terminis eius et do et firmiter concedo uobis quicquid in ipso predicto burgo et in terminis eius ad regiam pertinet uocem, tam caretellum quam anliziam siue uocem cum omni fiscu regali et cum omnibus regalibus directis per suos terminos et diuisiones antiquas sicut diuiditur per ipsum pontem de Furelos et per Ollarios et per terminos de Herosa et per portum de Bouibus et per portum de Paambra et per terminos de Uasadra et per Pinnol et inde per Uinianzum sicut redit ad prenominatum pontem, sicut concluditur mons Leporarius cum omni giro suo. Hanc autem incautationis et donationis inkartationem facio ob remedium anime mee et parentum meorum et pro bono seruitio quod in ipso prefato monasterio iugiter Deo exhibetur, cuius partem Deo largiente desidero promereri. Si quis igitur tam de meo genere quam de alio hoc factum meum irritare uoluerit, iram Dei omnipotentis habeat et cum Iuda in inferno perpetuo particeps fiat, et quicquid de his que uobis concedo per uiolentiam inuaserit, predicto monasterio in triplum persoluat et pro temerario ausu et diruptione regii facti V^{e} M^{a} solidos regie parti pectare cogatur.

Karta autem cunctis diebus firma ac stabili permanente, que facta est apud Cemoram VI° kalendas octobris sub era M^{a} CC^{a} XX^{a} III^{a}. Regnante rege domno Fernando Legione, Gallecia, Asturiis et Extremadura. Ego rex domnus Fernandus una cum filio meo rege domno Ade-

fonso hoc scriptum quod fieri iussi proprio signo roboro et confirmo *[sig. rodado incompleto]*.

(1.ª col.) Petrus Compostellanus archiepiscopus cf., Adefonsus Auriensis episcopus cf., Rodericus Lucensis episcopus cf., Rabinadus Mindoniensis episcopus cf., Bertrandus Tudensis episcopus cf., Fernandus Astoricensis episcopus cf., Manricus Legionensis episcopus cf., Rodericus Ouetensis episcopus cf., Willielmus Cemorensis episcopus cf., Vitalis Salamantinus episcopus cf., Petrus Ciuitatensis episcopus cf., Arnaldus Cauriensis episcopus cf.,

(2.ª col.) Comes Petrus dominans in Asturiis et Salamanca et Ciuitate Roderici cf., comes Gomezius in Trastamar et Monte Nigro ac Monte Roso cf., comes Adefonsus in Astorica et Bergido cf., Rodericus Lupi domini regis maiordomus cf., Poncius Uele domini regis signifer cf., Veremundus Aluari dominans in Limia cf., Fernandus Gascon in Maiorica cf., Fernandus Arie in Castrello de Ueiga et Uilla Regis cf., Pelagius Tabladelus cf., Odoarius dictus Triladus cf., Fernandus Osorii cf., Pelagius Subredina cf., Lupus de Mena cf.,

Petrus Uele Compostellanus archidiaconus et domini regis cancellarius scribi fecit et cf., Floria per manus domni Petri Uele scripsit et cf., Magister Bernardus domini regis notarius per manus domni Petri Uele confirmat.

Tumbo II, fols. 25 r.

39

A. 1187, Junio 2 R. Fernando II

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX FERNANDUS DE REGALENGO DE CONSTANTIN ET DE UENARIIS CUM SUO CAUTO XXXIIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Quem eorum que in presenti donamus donationem inconcussa esse uolumus et perpetuo permanere et quia catholici regis interest sancta loca et personas religiosas diligere ac uenerari et pro earum meritis amplis ditare muneribus et largis ampliare beneficiis ut dans temporalia eterna premia consequatur. Iccirco ego rex domnus Fernandus una cum filio meo rege domno Adefonso et cum uxore mea regina domna Vrraca Lupi, per hoc scriptum perpetuo duraturum notum facio uniuersis de

Galletia et aliis p[er] regnum meum constitutis, quod do et hereditario iure concedo Deo et monasterio de Superaddo et uobis domno Fernando eiusdem loci abbati et toti fratrum uestrorum conuentui presentium et futurorum, illum locum qui dicitur Constantinus cum omnibus suis pertinentiis et directuris per suos terminos et diuisiones antiquas sicut diuiditur a Bouada et a Uillarino et Petra Fixa et a Xaramiz et a Sancta Maria de Castro, et iacet in territorio Gaudioso. Hoc totum do uobis imperpetum ut habeatis in secula cuncta amen. Hoc autem facio ob remedium anime mee et parentum meorum et quia orationum et obsequiorum que in uestro monasterio domino exhibentur partem eo largiente desidero promereri. Si quis igitur tam de meo genere quam de alio hoc factum meum spontaneum infringere attemptauerit, iram habeat et regiam indignationem incurrrat et quantum inuaserit in duplum restauret, et pro temerario ausu regie uoci M^{le} morabitinos in penam persoluat.

Facta carta apud Xemam IIII° nonas iunii, era M^{a} CC^{a} XX^{a} V^{a}. Regnante rege domno Fernando Legione, Galletia, Asturiis et Extremadura. Ego rex domnus Fernandus una cum filio meo et cum uxore mea hanc cartam roboro et confirmo *[sig. rodado incompleto]*.

(1.ª col.) Petrus Compostellanus archiepiscopus cf., Rodericus Lucensis episcopus cf., Rabinadus Mindoniensis episcopus cf., Adefonsus Auriensis episcopus cf., Beltrandus Tudensis episcopus cf., Fernandus astoricensis episcopus cf., Manricus Legionensis episcopus cf., Willelmus Cemorensis episcopus cf.,

(2.ª col.) Comes G[omezius] tenens Transtamarem et Montem Rosum cf., comes F[ernando] tenens Limiam cf., Veremundus Aluari domini regis maiordomus cf., Garsia Lupi domini regis signifer cf., Gundisaluus Gomiz tenens Asturias cf., Didacus Lupi tenens Extremaduram cf., Fernandus Arie tenens castrellum de Ueiga cf., Fernandus Uele Beneuentum cf., Suerius Menendi tenens Uillarpandum cf., Petrus Uele domini regis cancellarius cf., Magister Bernardus per eius manum regis notarius cf., Froyla eorum uices tenens scripsit et cf.

Tumbo II, fol. 25 v.

40

A. 1176, Febrero 17 P.

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT DOMNA STEPHANIA COMITISSA DE BENIUIUES, QUE NUNC UALLIS UIRIDIS APPELLATUR

XXXV

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Scriptura sacra referente didicimus: «quam helemosina a morte liberat et sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum», et iterum: «Fiducia magna erit coram summo Deo helemosinam omnibus facientibus eam et non patietur animam ire in tenebras.» Apostolus quoque beatus Paulus «dum tempus in quid habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem a domesticos fidei». Ea propter ego comitissa domna Stephania pro anima comitis domni Poncii, qui ita mandauit in uita sua, et pro anima mea et ut prosit ad remedium peccatorum domni Adefonsi regis Castelle et parentum suorum, facio carta donationis Deo et ordini Cysterciensi et monasterio Sancte Marie de Superaddo et uobis abbati domno Egidio et omnibus successoribus uestris, de possessione mea que antiquitus dicebatur Ueniuiues cum omnibus terminis, appendentiis et directuris suis, ut libere et quiete possideatis imperpetuum. Eo pacto ut ibi abbatiam construatis, abbatem constituatis cum constructa fuerint edificia in quibus ordinate habitare possitis, et Deo saluatori nostro seruire. Et si aliquis homo hoc meum factum rumpere temptauerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda Domini traditore in inferno damnatus et pectet regie parti decem milia auri libras. Et hoc meum factum semper sit firmum et inconcussum.

Facta carta X°III° kalendas marcii. Regnante rege domno Adefonso cum uxore sua regina domna Alionor in Toleto et Castella. Domno Cerebruno primate Toletano, et in Palentia episcopo domno Raymundo, et domno Iohanne Legionensis episcopo, et comite domno Nuno in Castella et dominante in Ualeria et Conca et Thamariz, et filio eius domno Fernando comite et in Asturiis, et comite domno Petro Amalrici ultra serram, maioridomus regie Roderico Gutterri, Petro Roderici dominante in Nazera et Asturiis. Garsia Martini potente in Campis et fratre eius Roderico Martini potente in Auia.

(1.ª col.) Rex Adefonsus cf., Regina domna Alionor cf., Dominus

archiepiscopus Celebrunus cf., domnus Raymudus Palentinus cf., Garsia Martini cf.,

(2.ª col.) Domnus Iohannes Legionis episcopus cf., domnus Guterrius abbas Sancti Facundi cf., comes Nuno cf., comes Petrus cf., Rodericus Martini frater eius cf.,

(3.ª col.) Comes Fernandus cf., Rodericus Gutterri maiordomus regie cf., Petrus Roderici cf.

Ego domna Stephania comitissa hanc cartam quam fieri iussi propriis manibus meis roboro et confirmo. Ego comitissa domna Maria Stephanie comitisse filia cf., Era Mª CC XIIII. Ego Benedictus qui cartam scripsi cf.

Tumbo II, fols. 25 v.-26 r.

41

A. 1179, Abril 18 R. Alfonso VIII

KARTA DONATIONIS QUAM FECIT REX DOMNUS ADEFONSUS DE EADEM HEREDITATEM UALLIS UIRIDI

XXXVI

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Inter cetera pietatis opera precipuum est regibus uiros honestos ac religiosos diligere, honorare et ab incursibus impiorum defendere, et eos et eorum loca donis remunerare regalibus presertim eos qui relictis secularibus mundique huius pompa penitus scripta muro claustrali circumquaque sponte uallati, die noctuque Deo ieiuniis et orationibus assiduis sobrie et pie seruire non cessant per uigiles. Ea propter ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et uoluntate spontanea, intuitu pietatis et misericordie, pro animabus etiam parentum meorum et salute propria, et amore et precibus Bernardi monasterii Sancte Marie de Ualle Uiridi de Bouadella abbatis dono et concedo sicut iam dudum dederam et concesseram Deo et monasterio de Superaddo secundum Cysterciensem ordinem et uobis Bernardo monasterii Sancte Marie de Ualle Uiridi de Bouadella abbati, et uniuerso eiusdem conuentui, presenti et futuro, totam hereditatem de Ueniuiuas quam ibi habeo uel habere debeo, cum omnibus suis terminis antiquis, cum montibus et fontibus, cum riuis et molendinis et eorum locis cum pratis, pascuis et ortis, cum terris et uineis, cultis

et incultis, cum arboribus fructuosis et infructuosis, cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus directuris et pertinentiis suis, libere et quiete perpetuo iure hereditario habendam et irreuocabiliter possidendam. Deffendo itaque ut nullus maiorinus, nullus sayon nullusque alius homo, infra terminos prefati monasterii Sancte Marie de Ualle Uiridi de Bouadella per uim intrare uel aliquid inde uiolenter extrahere uel ibidem habitantibus iniuriam facere occasione aliqua de cetero presumat. Si quis uero huius mee donationis et concessionis paginam, tam ex meo quam ex alieno genere in aliquo rumpere, diminuere uel inquietare ausu aliquo temptauerit, iram Dei omnipotentis et meam plenarie incurrat, et cum Iuda Domini traditore penas patiatur eternas, et insuper regie parti C. libras auri purissimi pectet et dampnum quod intulerit uobis uel uocem uestram pulsanti duplatum in cauto persoluat.

Facta carta apud Uillam Francam de monte de Occa, era M^{a} CC^{a} X^{a} VII^{a}, X^{o}IIII^{to} kalendas maii, anno tercio ex quo serenissimus rex prefatus Aldefonsus Concam cepit, et eam de potestate inimicorum crucis Christi strenue liberauit. Et ego rex Aldefonsus regnans in Toleto et Castella han cartam manu propria roboro et confirmo et ad maiorem eius tenorem eam proprio sigillo facio muniri *[sig. rodado incompleto]*.

Celebrunus Toletanus archiepiscopus et Hyspaniarum primas cf.

(1.^{a} col.) Raymundus Palentinus episcopus cf., Petrus Burgensis episcopus cf., Rodericus Calagurritanus episcopus cf., Gundisaluus Segobiensis episcopus cf., Comes Petrus cf., Comes Gomez cf.,

(2.^{a} col.) Petrus Roderici de Azagra cf., Petrus Roderici filius comitis cf., Petrus de Arazuri cf., Didacus Semeniz cf., Petrus Garsie de Lerma cf., Petrus Gutterrez cf.,

Tello Petri cf., Lop Diaz maiorinus regis in Castella cf., magister Iohannis regis notarius cf., Petro de Cardona existente cancellario scripsit et cf., Rodericus Gutterrez maiordomus curie regis cf., Gomez Garsie de Roda, alferiz regis cf.

Tumbo II, fols. 26 r.-27 r.

42

A. 1152, Septiembre 18 R. Alfonso VII

KARTA QUAM FECIT DOMNUS ADEFONSUS IMPERATOR SANCTE MARIE DE SARO DE SANCTO TYRSO ET DE HERMIDA SANCTI PETRI IN LAMPRIANA

XXXVII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini amen. Inter cetera uirtutum potentia elemosina maxime commemdatur, Domino attestante qui ait: «Sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum.» Ea propter ego Adefonsus Hyspanie imperator, una cum filiis et filiabus meis et omni generatione mea, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis Deo et monasterio Sancte Marie Saris et uobis priori domno Petro Gudesteiz et omnibus eiusdem monasterii successoribus uestris de illa ecclesia de sancto Tisso et de illa ermida Sancti Petri, et iacent in terra de Lanpriana inter terminos de uilla Fafia et Tourum, dono et concedo uobis ipsas ecclesias cum omnibus suis hereditatibus et cum omnibus suis terminis et pertinentiis et cum omnibus suis directuris, et hoc facio ut ab hac die habeatis eas liberas et quietas uos et omnes successores uestri, iure hereditario in perpetuum et faciatis de eis quicquid uolueritis, dando, uendendo uel concanbiando, cuicumque uolueritis libere et quiete. Si uero aliquis ex meo genere hoc meum factum rumpere temptauerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus, et cum Iuda proditore Domini in inferno dampnatus, et insuper pectet regie parti mille morabetinos.

Facta carta Toleti quando imperator uenit de Lorca, era M^{a} C^{a} LX^{La} et quot X°IIII° kalendas octobris. Eo anno quo imperator tenuit Gadiexi circundatam, imperante ipso imperatore in Toleto et Legione, in Galletia et Castella, in Nagera et Saragotia, in Baetia et Almaria. Comes Barchilonie tunc temporis uassallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator Hispanie una cum filiis meis hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea robor atque confirmo *[sig. imperatoris]*.

Rex Sancius filius imperatoris cf., Comes Almanrricus tenens Baetiam cf., comes Pontius maiordomus imperatoris cf., comes Ranemirus Froilaz cf., comes Petrus Adefonsi cf., Nunus Petriz alferiz imperatoris., Rex Fernandus filius imperatoris cf., Martinus Auriensis cf., Iohannes

Oxomensis cf., comes Fernandus Galletie cf., Fernandus Iohannes tenens Muntor cf., Pelagius Curuus Galletie cf.,

Ego Sanccia regina propria manu roboro et cf. *[sig.]*.

Constantia regina imperatoris filia cf. *[sig.]*.

Iohannes Fernandi canonicus ecclesie Beati Iacobi et notarius imperatoris scripsit et cf.

Tumbo II, fol. 27 r. y v.

43

A. 1166, Octubre 27 P.

KARTA QUAM FECIT PRIOR DOMNUS PETRUS DE SARO CUM SUO CONUENTU COMITISSE DOMNE MARIE DE EADEM HEREDITATE

XXXVIII

[Christus Alfa y Omega]. In Dei nomine. Ego Petrus prior Saris cum omni conuentu eiusdem loci uobis comitisse domne Marie facio kartulam uenditionis et textum scripture firmitatis de hereditate nostra propria, quam habemus ex dato atque concessione imperatoris bone memorie domni Adefonsi in territorio Zamore in loco certo inter terminos de Morerola et Manganeses, et ex alia parte iuxta terminos de Moledes et uocatur ipsa hereditas de Sancto Tyrso. Damus atque concedimus eam uobis comitisse domne Marie pro precio quod a uobis recipimus, uidelicet aliam uestram hereditatem in Galletia, in territorio ecclesie Beati Iacobi, in loco certo sub ecclesiis Sancte Marie de Raariz et Sancte Marie de Luo, et uocatur ipsa Nesperaria atque Uillella, cum aliis hereditatibus quas pater uester in supradictis locis ganauit atque comparauit. Et ego Petrus prior Saris et omnis conuentus noster damus atque concedimus uobis supradictam hereditatem per suos terminos sicut poterunt inueniri, tali tenore ut eam deinceps libere et quiete possideatis et quod uobis placuerit de ea faciatis. Si quis uero ex parte nostra uel aliena hoc facto nostro contraire uoluerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore dampnatus, et insuper regie maiestati persoluat libram auri et quod calumpniauerit in duplum componat.

Facta kartula sub era M^{a} CC^{a} IIII^{a} et quot VI° kalendarum nouembrium. Regnante rege domno Fernando in Legione. Residentibus episcopis domno Iohanne in Legionensi ecclesia, in Oueto domno Gundisaluo, in Zamora domno Stephano, in Astorica domno Fernando. Comite exis-

tente domno Poncio, comite Ramiro et comite Petro et comite Aluaro. Ego Petrus prior Saris ex parte mea et ex parte totius conuentus nostri confirmo et propria manu roboro et cf.,

(1.ª col.) Iohannes Legionensis episcopus ts., Gundisaluus Ouetensis episcopus ts.,

(2.ª col.) Stephanus Zamorensis episcopus ts., Fernandus Astoricensis episcopus ts.,

Dominicus scriptor scripsit *[sig.]*.

Tumbo II, fols. 27 v.-28 r.

44

A. 1166, Octubre 27 P.

KARTA QUAM FECIT COMITISSA DOMNA MARIA MONASTERIO SUPERADDI DE GRANGIA SANCTI TIRSI

XXXIX

[Christus Alfa y Omega]. In Dei nomine. Ego comitissa domna Maria facio Kartam firmitatis uobis domno Egidio abbati de Superaddo et conuentui uestro de hereditate mea de Sancto Tyrso que est in territorio Zamorensi cum omnibus directuris et appendentiis suis per terminos suos sicut poterint inueniri. Et sic eam accepi a Petro priore Saris in conmutatione pro hereditate mea de Nesperaria, ita do uobis et successoribus uestris, pro anima mea et parentum meorum, ut eam libere et quiete possideatis et a iure meo sit alienata et in iure uestro in perpetuum confirmata, et pro arbitrio uestro agatis de ea. Quicumque igitur de genere meo uel de alieno hoc donum meum infringere uel contraire temptauerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore dampnatus, et insuper regie maiestati persoluat libram auri et quod calumpniauerit in duplum componat.

Facta carta sub era Mª CCª IIIIª et quot VIº kalendarum nouembrium. Regnante rege domno Fernando in Legione. Residentibus episcopis: domno Iohanne in Legionensi ecclesia; in Oueto, domno Gundisaluo; in Zamora, domno Stephano; in Astorica domno Fernando. Comite existente domno Poncio [1] et comite Ramiro et comite Petro et comite Aluaro.

[1] Llamada y al margen, «de Minerva», de letra posterior.

Ego comitissa domna Maria cartam istam confirmo et per signum meum roboro.

(1.ª col.) Ego comitissa domna Sancia [2] cartam istam cf., ego Fernandus Poncii cartam istam cf., Iohannes Legionensis episcopus cf.,

(2.ª col.) Gundisaluus Ouetensis episcopus ts., Stephanus Zamorensis episcopus ts., Fernandus Astoricensis episcopus ts.,

[Sig.] Dominicus scriptor scripsit.

Tumbo II, fols. 28 r.

45

A. 1186, Julio 21 P.

KARTA AGNITIONIS QUAM FECERUNT FRATRES MILITIE SANCTI IACOBI DE UILLARIBUS QUE SUNT INTER SANCTUM TYRSUM ET MOLEDES

XL

Orta fuit intentio inter fratres militie Beati Iacobi et fratres Superaddi super hereditatem de Uillaribus, que iacet inter Sanctum Tyrsum et Moledes, prefati fratres militie, scilicet, Beati Iacobi asserebant quod hereditas illa pertineret ad uillam de Castro Toraph, que uilla est in eorum possessione. Fratres uero Superaddi e contra affirmabant quod predicta hereditas de Uillaribus illis erat et fuerat ab antiquo ecclesie Sancti Tyrsi, quod et uerum est et in ueritate cognitum. Petrus Fernandi illius militie primus magister conuenit sepe bone memorie domnum Egidium abbatem Superaddi ut pro hereditate illa, cum eo ueniret in causam. Et si eam posset uincere iudicio a fratribus Superaddi dicebat se eam dimissurum illis per triginta annos in pace. Si uero uinceretur a causa caderet in perpetuum. Set morte preueniente decesserunt ambo, et magister et abbas. Surrexit postea magister alius nomine Fernandus Didaci qui fratres Superaddi super sepe dicta hereditate uehementius cepit inquietare, ita ut nec boues in ea permitereret arare ad quem magister ueniens Fernandus Superaddi abbas posuit cum eo ut cartam imperatoris per quam hereditas Sancti Tyrsi determinabatur adduceret, ut per eam rei ueritatem cognosceret. Veniens autem idem abbas Fernandus ad curiam regis apud Uillam Francam cartam secum detulit, quam uolens magistro ostendere, dixit se eam per manibus habere. Magister credens dictis abbatis, nec uidere nec etiam audire uoluit cartam, set in presen-

[2] Llamada y al margen, «Poncii», de letra posterior.

tia multorum fratrum promisit quod magister Sancti Tyrsi ad se uocaret et hereditatem ei sollempniter quitaret, set antequam illuc ueniret, magisterio militie abrrenuntiauit et quod promiserat non expleuit. Postea magister Sancti Tyrsi Petrus scilicet Sancii iuit ad curiam regis qui tunc temporis erat Ciuitate Roderici et inuenit ibi magistrum illum qui cesserat, et alterum loco eius subrogatum Sancium uidelicet Fernandi, quos iterum in presentia regis super predicta hereditate et promissione quam fecerant abbati ad cuius petitionem cum aliis fratribus qui ibi aderant, in presentia domini regis Fernandi et domni Petri Ciuitatensis episcopi et comitis Gomezii et aliorum bonorum uirorum, hereditati abrenuntiantes, iuri et uoluntate fratrum Superaddi eam concesserunt, quatinus eam deinceps iure hereditario possiderent. Era M^{a} CC^{a} XX^{a} IIII^{a} et quot XII° kalendas agusti. Qui presentes fuerunt:

(1.^{a} col.) Petrus ts., Pelagius ts., Arnaldus ts.

(2.^{a} col.) Domnus Petrus episcopus Ciuitatis Roderici cf., comes Gomezii cf., Didacus Lupiz cf.

(3.^{a} col.) Fernandus Arie cf., Rodericus Fernandi cf., Munio Fernandi cf.

(4.^{a} col.) Nuno Pelagii cf., domna Urracce Lupiz uxor regis cf.

Petrus qui notuit.

Et alii plures qui uiderunt et audierunt ts. et cf. Petrus Uele cancellarius regis cf.

Tumbo II, fol. 28 r. y v.

46

A. 1000, P.

KARTA QUAM FECIT HABIBE ET UXOR SUA ADERELA DE HEREDITATE DE LAMPREDANA ET MALADONE ET DE LACUNA ET DE UALLELO ET SANCTI TYRSI

XLI

In Dei nomine, ego Habibe et uxor mea Aderela, una cum filiis nostris, uobis Michaeli abbati una cum fratribus uestris et cum congregatione Sancti Tyrsi et Sancte Crucis et Sancti Michaelis, et Sancti Saluatoris, in Domino Deo eternam salutem amen. Placuit nobis spontanea uoluntate, nullo cuiuslibet gentis cogente imperio, nec suadente articulo, set propria nobis accessit bone pacis uoluntate, sano animo integroque consilio, sine metu potestatis, uobis iam dicto Michaeli abbati cum fratribus uestris, ut faceremus uobis kartulam uenditionis sicut et facimus, de hereditate

nostra propria quam habemus in Lampredana, in uilla quem uocitatur Maladones, de termino le Lacuna, de Uallelo usque in terminum Sancti Tyrsi, secundus terminus a Sancto Tyrso urque in terminum de Ualadares et usque ad terminum de Maladones. Tercius terminus super illas uineas usque in auterium de Ambroce. Damus uobis ipsam hereditatem quantam inter fratres nostros uel heredibus nostris habemus, sicut nos iam determinauimus uel asignauimus uobis. Et proinde accepimus de uobis unam uacam cum suo filio nigro coloratum colore et oues decem, et de pane et uino quantum nobis bene complacuit, et de ipso precio apud uos nichil remans⟨it⟩ indebito, sed integrum uos dedistis ipsum precium nobis no⟨s⟩que illud accipientes, dedimus uobis ipsam hereditatem et uos accepistis eam. Et ideo dicimus ut uos et omnis posteritas uestra que in uita sancta perseuerat eam in perpetuum habeat. Et si aliquis homo ad inrumpendum uenerit contra hanc Kartulam uenditionis, tam ex nostra progenie quam ex aliena, uel per quam libet hominis formam cum qua nos in iudicio non poterimus contendere, uel concedere uobis, concedimus uobis ut habeatis licentiam prendendi ipsam hereditatem duplatam uel quantum iusticia uestra poposcerit. In era M^{a} XXX^{a} VIII^{a}. Ego Habibe et uxor mea Aderela in ⟨h⟩anc cartulam uenditionis manus nostras roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt:

(1.^{a} col.) Frater Veremudus ts., frater Sebastianus ts., Ciprianus ts.

(2.^{a} col.) Saluator presbiter cf., frater Iohannes cf., frater Adrianus cf.,

(3.^{a} col.) Dominico Maladelo cf., Aluaro presbiter cf., frater Adefonsus cf.,

Ego Nuno qui scripsit cf. *[sig.]*.

Tumbo II, fols. 28 v.-29 r.

47

A. 1189, Marzo 7 P.

KARTA QUAM FECIT PETRUS EPISCOPUM CIUITATENSIS
XLII

Sub Christi nomine. Ego Petrus Dei gratia Ciuitatensis episcopus dono Deo et monasterio de Superado et uobis domno Fernando loci ipsius abbati et successoribus uestris pro remedio anime mee, illas meas domos quas emi in Zamora de abbate de Morerola nomine Gondisaluo

et de conuentu suo, ut eas in perpetuum habeatis. Retineo tamen michi in uita mea integram medietate, usus fructus illarum, post⟨mortem⟩ uero meam libere et quiete eas possideatis ab integro cum omni suo usu. Sunt autem predicte domus in burgo Cemore in parrohia Sancti Andree iuxta domos monasterii Despina. Facto scripto donationis nonas marcii, sub era millesima CC^{a} XX^{a} VII^{a}. Regnante rege domno Adefonso in Legione, Gallecia, Asturiis et Extremadura. Si quis igitur contra hoc pietatis factum uenire presumpserit, iram Dei omnipotentis incurrat. Iterum atque iterum omnibus innotescere uoluimus quod ego iam dictus episcopus retineo michi medietatem usus fructus, uel in domibus pretexatis. Qui presentes fuerunt:

(1.^{a} col.) Willelmus Cemorensis episcopus cf., Stephanus archidiaconus cf., magister Pelagius cf.

(2.^{a} col.) Magister Petrus cf., Rodericus Martini cf., Petrus Adriani cf.,

(3.^{a} col.) Petrus ts., Adefonsus ts., Fernandus ts., Pelagius ts.,

Ego Petrus Dei gratia Ciuitatensis episcopus hoc scriptum quod fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo.

Ego Nuno qui scripsi cf. *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 29 r

48

A. 1152, Septiembre 18 R. Alfonso VII

KARTA QUAM FECIT ADEFONSUS IMPERATOR MONASTERIO SANCTE MARIE DE SARIS DE HEREDITATIBUS SANCTI TIRSI
XLIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini amen. Inter cetera uirtutum potentia elemosina maxime comendatur. Ea propter ego Adefonsus Hispanie imperator, una cum filiis et filiabus meis et omni generatione mea, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum remissione, facio kartam donationis et textum firmitatis Deo et monasterio Sancte Marie Saris et uobis priori domno Petro Gudesteiz et omnibus eiusdem monasterii successoribus uestris, de illa ecclesia de Sancto Tisso, cum omni hereditate sua quomodo diuidit per arrogium qui discurrit per Moredulam de Sancto Tisso, que iacet super monasterio fratrum et quomodo diuidit per uillam Moledes et uillam Raim et per omnes alios suos ter-

minos antiquos colligente Maladones et cum omnibus suis salinis quas unquam habuit in tota ualle Lampredane et cum omnibus adiunctionibus suis, nec non et ecclesia Sancti Petri cum omni sua hereditate et salinis et cum omni hereditate que iacet inter illas duas uias que spartent se in exitu de uilla Moledes, unam que tendit ad Sanctum Tissum et aliam que ducit ad Sanctum Petrum, et a Sancto Petro ducit ad Sanctum Tissum, quicquid hereditatis est inter has duas uias donec continuatur hereditati Sancti Tissi, hanc hereditatem do ecclesie Sancti Petri et uobis prefato priori domno Petro, hec do cum omnibus suis hereditatibus que extra hos terminos iacent. Et hoc facio ut ab hac die habeatis eas liberas et quietas, uos et omnes successores uestri, iure hereditario imperpetuum et faciatis de eis quicquid uolueritis, donando, uendendo, uel concambiando cuicumque uolueritis libere et quiete. Si uero aliquis ex meo uel alieno genere hoc meum factum rumpere temptauerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus, et cum Iuda proditore Domini in inferno damnatus, et insuper regie parti mille libras auri persoluat.

Facta karta Toleti quando imperator uenit de Lorca, era I^{a} C^{a} LX^{La} et quot XIIII° kalendarum octobris. Eo anno quo imperator tenuit Gadiexi circumdata. Imperante ipso imperatore Toleto et in Legione et in Galletia et Castella, in Naiara et Saragotia, in Baeicia et Almaria. Comes Barcilonie tunc temporis uasallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator Hispanie cum filiis et filiabus meis hanc kartam quam fieri iussi propria manu mea roboro atque confirmo. Rex Fernandus filius imperatoris confirmat.

(1.^{a} col.) Rex Sancius filius imperatoris cf., comes Poncius maiorinus cf., comes Almanricus tenens Baeciam cf., comes Ranemirus Froilaz cf., comes Petrus Adefonsus cf., Nunus Petriz alferiz cf.

(2.^{a} col.) Iohannes archiepiscopus Toletane sedis uidit et confirmat., Iohannes Legionensis episcopus cf., Martinus Auriensis episcopus cf., Paletinus episcopus uidit et cf., Asturicensis episcopus cf., Ouetensis episcopus cf.,

(3.^{a} col.) Comes Fernandus cf., comes Rudericus cf., Fernandus Iohannis tenens Muntor cf., Pelagius Curuus Gallecie cf., Poncius Minerue cf.

[Sig. imperatoris anagrama: SIGNUM IMPERA-TORIS.]

Iohannes Fernandiz ecclesie Beati Iacobi canonicus et notarius imperatoris scripsit.

Tumbo II, fols. 29 v.-30 r. (el 30 v., en blanco)

49

INCIPIT LIBER DE KARTIS ET POSSESSIONIBUS DE GRANGIA SANCTI LAURENTII DE BUUALIS.—PRIMA SERIES TESTAMENTI DOMNO ADEFONSO IMPERATORE

A. 1151, Diciembre 26 R. Alfonso VII

KARTA QUAM FECIT ADEFONSUS ISPANIE IMPERATOR MONASTERIO SUPERADDI DE ILLA HERMIDA SANCTI LAURENTII DE BUUAL

XLIIII

[Christus Alfa y Omega]. In Dei nomine et eius gratia. Quanto diuitiis et possessionibus habundantius quisque uidetur affluerеt, tanto de his que possidet Deo et ueris Dei cultoribus pro salute anime sue e peccatorum suorum remissione, largius debet impendere iuxta illud apostoli: «facite bonum ad omnes, maxime autem a domesticos fidei». Ea propter ego Adefonsus Hispanie imperator, una cum filiis et filiabus meis et omni generatione mea, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis Deo et monasterio Sancte Marie de Superaddii et omnibus monachis in eodem monasterio Deo seruientibus, de illa ermida Sancti Laurentii, que est in terra de Buual loco certo in Temaees, dono et concedo uobis ipsam ermidam cum montibus et fontibus suis, cum pratis et pascuis, cum ingressibus et regre⟨si⟩bus suis et cum omnibus suis terminis et pertinentiis, et cum omnibus suis directuris quas habet in fluuiu de Minu uel in alio loco ubi habere debet. Et hoc facio ut ab hac die habeatis eam liberam et quietam iure hereditario imperpetuum. Et hoc meum factum semper sit firmum. Si uero in posterum aliquis ex meo uel alieno genere hoc meum factum rumpere uoluerit, sit maledictus et ⟨ex⟩communicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno dampnatus et pectet regie parti mille morabetinos.

Facta carta in Toleto quando imperator uenit de illa circa de Gaen. Era Mª C^{a} LXXX^{a} VIIII^{a} et quot VII° kalendas ianuarii. Imperante ipso imperatore in Toleto et Legione, in Gallatia et Castella, in Naiara et Saragotia, in Baentia et Almaria. Comes Barchilonie tunc temporis uassallus imperatoris. Santius rex Nauarre tunc temporis uassallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator hanc cartam manu mea roboro et confirmo *[sig. imperatoris anagrama:* SIGNUM IMPERA-TORIS].

Rex Santius filius imperatoris cf., comes Pontius maiordomus impe-

ratoris cf., comes Almanrricus tenens Baentia cf., comes Ranemirus Froilaz cf., Nuno Petriz alferiz imperatoris cf., Rex Fernandus filius imperatoris cf., Reimondus Toletanus archiepiscopus et Hi⟨s⟩panie primas cf., comes Fernandus Galletie cf., Fernandus Iohannes tenens Muntor cf., Gundisaluus Fernandiz Galletie cf.,

Iohannes Fernandiz canonicus ecclesie Beati Iacobi et notarius imperatoris scripsit.

Tumbo II, fol. 31 r. y v.

50

A. 1154, Noviembre 15 P.

KARTA QUAM FECIT IOHANNES GIMARAZ DE HEREDITATE SANCTI LAURENTII DE BUUAL

XLV

Notum sit omnibus tam posteris quam presentibus, quod ego domnus Iohannes Gimarez locum heremi qui dicitur Sanctus Laurentius, quem a comite Fernando acceperam, ecclesie Sancte Marie de Superado libere ac quiete imperpetuum possidendum concessi: Si quis autem in posterum carte huius firmitatem quolibet modo uiolare temptauerit, anathema sit et mille persoluat solidos. Abbas autem Egidius supra dicti monasterii et fratres eius susceperunt me in societatem et fraternitatem suam, ut in spiritualibus pro me facerent quantum pro uno de fratribus suis, et in temporalibus consilio et auxilio eorum fruerer in oportunitatibus meis, et ego eis semper et in omnibus fidelis existerem et utilitatibus eorum proposse deseruirem.

Facta carta era millesima C^{a} XC^{a} II^{a} apud Tudam, XVII kalendas decembris, constituto in eodem loco romane ecclesie cardinale Iacincto. Ego Iohannes manu mea roboro. Testes sunt Iohannes, Pelagius, Ordonius. Ego Gira⟨l⟩dus abbas Melonis scripsi.

Tumbo II, fol. 32 r.

51

A. 1164, P.

KARTA QUAM FECIT PETRUS EPISCOPUS AURIENSIS DE HEREDITATE SANCTI LAURENTII DE BUUAL

XLVI

[Christus Alfa y Omega]. Episcopalis oficii interesse dinoscitur uiros religiosos diligere, tueri ac fouere, eorumque paci et quieti prospicere, ut industria et ope sacerdotali sacre religionis cultus sicut equum est propagetur ac uigeat. Pro inde ego Petrus Dei gratia Auriensis episcopus pari canonicorum nostrorum coniuentia amicis et familiaribus nostris domno Egidio abbati de Superado et fratribus eius quandam possessionem suam que dicitur Sancti Laurentii cum omnibus appendentiis suis sicut presens pagina contestatur ab omni decimarum exactione liberam et absolutam fore concedo, domini pape Eugenii inherens uestigiis, cuius priuilegio similis est eis remissio confirmata. Decernimus igitur et sub anathematis in terminationes statuimus ut nullus successorum meorum nullus canonicorum seu presbiterorum decimas deinceps ab eius presumat exigere neque de agris, neque de uineis ad prefatum locum pertinentibus siue peccorum nutrimento, set omnia in perpetuum libera et quieta possideant, suis et qui eis successuri sunt seruorum Dei semper usibus pro futura. Presbitero quoque de Themis et successoribus eius in recompenssatione decimarum quas de quadam hereditate recipiebat que regia munificentia memorato abbati donata est prandium quod archidiacono suo annuatim exsoluebat in perpetuum remittimus. Quicumque igitur huic nostre constitutioni refragari temptauerit semel et secundo conmonitus si non resipuerit, sit ab ecclesia Dei sestratus et cum Iuda traditore dampnatus atque in extremo examine districte animaduersioni subiaceat. Cunctis autem eundem locum uenerantibus diligentibus et opitulantibus sit eterna pax et salus a Deo patre et Domino Ihesu Christo.

Facta carta era millesima CC^{a} II^{a}. Regnante rege Fernando in Hispania. Iohanne primate Toletano. Gallecie comitibus Fernando et Aluaro.

(1.^{a} col.) Ego Petrus Auriensis episcopus cf. *[sig. anagrama:* EPISCOPUS PETRUS], ego prior Adam cf., ego archidiaconus Dadacus cf.,

(2.^{a} col.) Ego archidiaconus Lupus cf., ego Alfonso Petriz cf., et ceteri canonici confirmant.

Tumbo II, fol. 32 r. y v.

52

A. 1171, Octubre R. Fernando II

KARTA QUAM FECIT DOMNUS FERNANDUS REX YSPANIARUM DE HEREDITATE DE CHANOS ET DE CHEDA ET DE PASSARIM
XLVII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Inter cetera que regiam maiestatem decorare uidentur summa et precipua uirtus est, sancta loca et religiosas personas diligere ac uenerari et eas largis ditare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare. Ea propter ego domnus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex, una cum uxore mea regina domna Urraca et cum filio meo rege Alfonso, do Deo et monasterio Superadi et uobis domno Egidio, eiusdem loci abbati et omnibus monachis tam presentibus quam futuris ibidem Deo seruientibus, illam hereditatem dictam Chanos, cum alterio de Cheda, do etiam uobis montem de Passarim per ubi diuidit cum Prioim et per Lagunam, ubi ab hac die et deinceps prefatam hereditatem et montem habeatis, cum pratis, pascuis, montibus, fontibus, riuis, molendinis, terris cultis et incultis, arboribus, exitibus et ingressibus et cum omnibus directuris et pertinenci⟨i⟩s suis, et possideatis, uendatis, donetis, conmutetis et totam uoluntatem de illis faciatis et iure ⟨here⟩ditario imperpetuum illas uobis habendas, dono et concedo pro remedio anime mee et parentum meorum. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno, hoc meum uoluntarium factum infringere temptauerit, iram Dei omnipotentis et regis indignationem incurrat, et cum Iuda Domini traditore in inferno sit damnatus, et pro temerario ausu parti regis tres mille morabitinos persoluat, et quod inuaserit uobis uel uoci uestre in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta in Uilla Franca, mense octobris, era millesima CC^{a} VIIII^{a}. Regnante illustrissimo rege domno Fernando Legione, Extremadura, Gallecia et Asturiis. Ego domnus Fernandus Dei gracia Hispaniarum rex hoc scriptum quod uoluntarie fieri iussi, proprio robore et confirmo *[sig. rodado incompleto]*.

Petrus Dei gratia compostellanus archiepiscopus cf., Comes Urgellis domini regis maiordomus regis cf.,

(1.ª col.) Iohannes Legionensis episcopus cf., Gunzaluus Ouetensis episcopus cf., Fernandus Astoricenssis episcopus cf., Stephanus Zamorensis episcopus cf., Petrus Salamantinus episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf., Iohannes Minduniensis episcopus cf.,

(2.ª col.) Comes Alfonsus cf., comes Petrus cf., Fernandus Roderici cf., Goter Goterrici cf., Petrus Captiuus cf., Fernandus Arie cf., Iohannes Arie cf.

Tumbo II, fols. 32 v.-33 r.

53

A. 1179, Agosto 5 R. Fernando II

KARTA QUAM FECIT DOMNUS FERNANDUS REX YSPANIE DE CASAL DE BARRAL QUOD EST IN UILLA QUE UOCATUR FORAMONTANUS

XLVIII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Cat⟨h⟩olicorum regum est sancta loca et religiosas personas largis ampliare beneficiis et pro meritis amplis ditare muneribus. Ea propter, ego dominus rex Fernandus, una cum filio meo rege Alfonso, predecessorum meorum uestigiis inherendo qui beate Marie de Superado ecclesiam tam donis quam dignitatibus exaltare semper studuerunt, hoc quod eidem ecclesie offertur concedere et firmiter confirmare disposui, per quod patronum recognoscat in terris cuius patrocinium promereri desidero in celis. Ea igitur que tam a predecessoribus quam a me eidem ecclesie sunt collata confirmando, non minus concedo et confirmo ecclesie Beate Marie de Superado et uobis Egidii eiusdem ecclesiae abbas carissime et successoribus uestris in perpetuum, casal de Barral, quod est in territorio Temanes in uilla que uocatur Foramontanos, iusta grangiam uestram Sancti Laurentii. Do itaque illud uobis cum regina domna Tarisia et cum filio meo Alfonso, atque confirmo cum omni sua directura, per terminos antiquos cum montibus et fontibus, cum terris cultis siue incultis, cum arboribus pomiferis et infructuosis, cum saltu de Uerduzedo quantum ad uocem regiam pertinet, cum exitibus et regressibus, ut a modo liberum sit uobis de illo casale facere quodcumque uobis placuerit, sicut de aliis terris et hereditatibus domus uestre. Si quis uero contra hoc meum spontaneum factum ire temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat et cum Datan et Abiron, quod terra uiuos

absorbuit in inferno sit sit dapnatus, ac si quid inuaserit duplet, pro que ausu temerario uoci uestre D aureos persoluat. Et ut hoc quod confirmamus uiolari non possit, set maneat inconcussum, presens scriptum facimus et regio nostro robore et nobilium nostrorum subscriptionibus communimus.

Facta karta Cemore nonas Augusti, era M[a] CC[a] XVII[a]. Regnante domno Fernando in Gallecia, Asturiis et Stremadura. Ego Fernandus Dei gratia Hispanienssis rex, una cum filio meo Alfonso et cum uxore mea regina domna Tarisia hoc scriptum quod fieri iussi, proprio robore et confirmo *[sig. rodado incompleto]*.

Petrus Suarii Conpostellane archiepiscopus confirma, Iohannes Legionensis episcopus confirma, Willielmus Cemorensis episcopus confirma, Rabinatus Mindonensis episcopus confirma, Adefonsus Auriensis episcopus cf., Comes Uelascus in Limia cf., comes Gumez in Monteroso et Trastama⟨r⟩ cf., Iohannes Arie cf., Fernandus Arie cf., Munio Fernandi cf., Martinus Fernandi cf.,

Ego Bernardus regis notarius per manu Pelagio de Lauro archidiaconum canchellarii scripsi et confirmaui.

Tumbo II, fol. 33 r. y v.

54

A. 1189, Noviembre 10 R. Alfonso IX

KARTA QUAM FECIT ADEFONSUS REX LEGIONE DE HEREDITATIBUS QUAS DEDERAT PATER SUUS, UIDELICET, PASSARIM, CHANO, CASAL DE FORAMONTANOS, BURGUM DE LEPORARIO ET CONSTANTIM

XLIX

[Christus Alfa y Omega]. In Dei nomine, ego Adefonsus Dei gratia rex Legionem et Galleciae per istud scriptum semper ualiturum, notum facio uniuersis presentibus et futuris, quod concedo et confirmo Deo et monasterio Sancte Marie de Superada et uobis domne Fernande eiusdem cenobii abbas et toti uestri conuentui in perpetuum, quicquid pater meus rex domnus Fernandus predicto monasterio preconcessit, uidelicet Passarin in Temeens, Chanaos et unum casale in Foramontanos et in monte Roso burgum de Leboreiro, et in Goioso Constantin. Hoc facio autem ob remedium anime mee et patris mei et quia particeps esse desidero in orationibus et beneficiis que in ipso loco memorato Domino exhiben-

tur. Si quis igitur tam meo genere quam de alio contra hoc spontaneum factum meum uenire modo aliquo attemptauerit, iram Dei et maledictionem habeat et regiam indignationem incurrit et si quid inuaserit duplet et pro ausu temerario regie uoci M[le] Morabetinos persoluat.

Facta carta aput Ciuitatem Ruderici IIII° idus nouembris, era millesima CC[a] XX[a] VII[a]. Ego rex domnus Adefonsus hanc kartam roboro et confirmo *[sig. rodado incompleto]*.

Petrus Conpostellanus archiepiscopus confirmat, Manricus Legionensis episcopus cf., Willemus Cemorensis episcopus cf., Vitalis Salamanticus episcopus cf., Petrus Ciuitatensis episcopus cf., comes Gumet tenens Transtamar et Monteroso cf., comes Froila tenens Farum et Asturias cf., Petrus Garsie tenens Uillam Francam et Beriz cf., Iohannes Fernandi regis signifer cf., Garsia Lupi tenens Salamancam et Albam cf., Rudericus Petri tenens Maioricam et Taurum cf.

Tumbo II, fol. 33 v.

55

A. 1160, Mayo 3 P.

KARTA QUAM FECERUNT PETRUS UAASQUIZ ET PELAGIUS NOGARIA DE UILLA DE FORAMONTANIS, DE HEREDITATE SANCTI LAURENCII

L

[Christus Alfa y Omega]. In nomine sancte et indiuidue Trinitatis genitoris, geniti atque paracliti, amen. Scriptum est et legitur, legendo auditur, audiendo creditur atque credendo, illud euangelicum a quibusdam fidelibus proposse agitur, scilicet: «datae elemosinam et omnia munda sunt uobis». Item: «abscondite elemosinam in sinu pauperis et ipsa orabit pro uobis ad Dominum, quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum». Quo circa nos quidam homines uidelicet Petrus Uahasquiz et Pelagius Nugueira una cum germanis ac matre sua, Fernandus Quintihat et sua sobrina, Iohannes Pelaiz et Fernandus Suariz de uilla que uocatur Foramontanis, facimus Deo et Sancte Marie Superaddi et uobis domno Egidio eiusdem loci abbati priorique uestro domno Martino omni quoque conuentui ipsius loci, tam presenti quam futuro, cartam donationis et testamentum firmitatis de hereditate nostra quam habemus in Sancto Laurentio, id est una leira pro remedio animarum nostrarum atque parentum nostrorum. Et ego Quintila Arias dono uobis

supradictis quartam de ipsa leira, tam pro Deo quam precio nominatim IIII^{or} solidos. Si quis uero ex parte nostra uel extranea uenerit et hanc cartam donationis et testamenti infringere temptauerit, in primis sit maledictus et excommunicatus et cum Datan et Abiron in inferno sepultus, et pariat uobis illam hereditatem triplatam insuper et regie parti C. solidos.

Facta carta donationis atque testamenti sub era millesima C^{a} LX^{La} VIII^{a} et quot V° nonas maii. Regnante rege domno Fernando in Legione, in Gallecia et in Asturiis. Comes domnus Fernandus in Aranga et in Monte Roso. In Compostella ⟨electus⟩ Fernandus cognomento Curialis. Petrus Singuniz Auriensis sedis episcopus. Nos omnes hereditatis donatores in hac karta manus nostras *[sig.]*.

(1.ª col.) Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Petrus ts., Lupus conuersus ts.

(2.ª col.) Pelagius cf., Martinus cf., Fernandus cf.,

Petrus presbiter qui notuit *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 34 r.

56

A. 1161, Abril 13 P.

KARTA QUAM FECIT PETRUS UAASQUIZ DE HEREDITATE DE UNA LEYRA QUE UOCATUR DE ALUITU

LI

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini. Ea que uenduntur aut comparantur aut donantur uel contramutantur litteris propriis adsignantur ne obliuioni posteritate tradatur. Idcirco ego Petrus Uelasqui dono atque concedo Deo omnipotenti et monasterium Sancte Marie de Superaddo et omni conuentui eiusdem loci tam presenti quam futuro, meam portionem integram quam habeo uel habere debeo in una leira que uocatur de Aluito et est pernominata octoua porcionem ob remedium anime mee et parentum meorum. Ego Quintia Arie et uxor mea Tota Lugildi et omnis uox nostra damus de ipsam cortinam de Aluito quartam portionem per kartam uenditionis pro precio asignato IIII^{or} solidos, et accepimus in robore unum prandium. Ego Iohannes Pelagii et Odrozia Pelagii et Guntrode Iohanni et Pelagius Nugarie et Maria Pelagii et Marina Pelagii et omnis uox nostra, damus atque concedimus te omni-

potenti et Beate Marie Superaddi, de ipsa cortina de Aluito, VIII^{am} portionem integram, pro animabus nostris et sic fit media pars. Et alia media pars habent eam fratres pro uoce regali et sic fit integram. Item ego Pelagius Nuguarie et omnis uox mea, dono atque concedo ob remedium anime mee et parentum meorum III^{am} de una leira in Fontanelas et ita confirmo. Ego Suarius Ruderici dono aliam terciam de ipsam leira de Fontanelas pro uno ligone, et quod magis est pro remedio anime mee et ita confirmo. Ego Marina Pelagii similiter dono de ipsa leira III^{am} partem pro remedio anime mee. Eciam aditio uobis totam meam porcionem de Barrarios ubicumque eam inueneritis usque in Sanctum Laurentium. Ego Suarius Ruderici dono in Fontanelas meam portionem de IIIes leiras pro uno solido et pro uno ligone et ita confirmo, Ego Enxemena Suari una cum suprina mea Gontrede similiter damus nostras porciones de tres pro uno solido, de duas leiras in Fontanelas pro una taleiga de centeno ualente I° solido et ita confirmo, Qui ita uiderunt et audierunt plurimi fuerunt testes ts. et cf. Pelagios qui notuit *[sig.]*.

Et hoc nostrum factum maneat semper firmum apud predictum monasterium.

Facta carta donationis et uenditionis sub era I^{a} C^{a} LX^{La} VIII^{a} et quot idus aprili. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Aluitus ts., Petrus cf., Iohannes cf., Hordonius cf. Et hoc factum per iussionem frater Luppi magister ipsius grangie, qui etiam ts. et cf. Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 34 r. y v.

57

A. 1162, Mayo 1 P.

KARTA QUAM FECIT PETRUS RAPINADI DE HEREDITATE DE PASSARIM
LII

[Christus Alfa y Omega]. In nomine sancte et indiuidue Trinitatis genitoris geniti atque paracliti. Vnde ego Petrus Rapinadi cognomento Fuinaz, una cum uxore mea domna Urracha Fernandi et filiis et filiabus nostris et omnis uox nostra, facimus Deo omnipotenti et beate Marie Superaddi et uobis domno Egidio abbati et omni conuentui ipsius loci, tam presenti quam futuro, kartam donationis de hereditate nostra quam hodie habemus uel habere debemus in monte Pasarim infra terminos

uestros per quos sunt hodie adsignati et marcati, quantum nobis condecet inter nostros germanos uel heredes, ut ab hac die et deinceps habeatis eam iure perpetuo. Hoc donum damus et confirmamus pro animabus nostris et parentum nostrorum, ut partem habeamus in uestris piis orationibus, et in robore dedistis nobis unum bouem obtimum Item Ego Petrus Aluari similiter dono pro remedio anime mee unam leiram in Passarim. Ego Rudericus Suarii et uxor mea Sancia Arie damus ibi in monte Passarim unam leiram per cartam uenditionis pro precio unius iuuencule obtime et in robore VII coras et quod magis est pro animabus nostris. Ego Luzus Arie et omnis uox mea dono ibi in monte Passarim meam portionem integram infra terminos uestros, pro pretio X solidos et pro remedio anime mee et hoc nostrum factum maneat semper firmum. Si quis uero ex parte nostra uel aliena uenerit et hanc cartam donationis et uenditionis et confirmationis et testationis inrrumpere presumpserit, in primis sit maledictus et excomunicatus et cum Datan et Abiron in inferno sepultus et pro ausu temeritatis persoluat ad predictum monasterium CCC solidos et quantum in calumpnia miserit in duplo similiter componat.

Facta carta sub era I[a] CC[a] et quot kalendas maii. Qui presentes fuerunt: Petrus ⟨ts.⟩, Iohannes ts., Ranamirus ts., Stephanus cf., Garsia cf., frater Lupus cf., Pelagius qui notuit *[sig.]*.

Tumbo II, fols. 34 v.-35 r.

58

Sin fecha

PORTIONES HEREDITATIS DE FORAMONTANIS

Item. Ego Maria Fernandi una cum filiis meis damus per cartam uenditionis, nostram portionem de Foramontanos pro VI solidos et est pernominata III[a] de una VIII[a] et IIII[a] de alia VIII[a].—Ego Suarius Petri et uxor mea [Maria] Pelagii damus ibi in [Fora]montanos III[a] de una VIII[a] per cartam uenditionis pro pretio IIII[or] solidos. Ego Pelagius Maza dono ibi in Foramontanos VI[a] portionem de una VIII[a], pro remedio anime mee.—Ego Gontrode Iohannis dono meam portionem de Barral cuan sua directura pro remedio anime mee et ut me defendatis et induatis unum quemque annum de una tunica uetusta.—Ego Martinus Godestei et presbiter de Teimaes dono meam portionem de Barral de Fora-

montanos et de Barrarios, usque ad uillam, in pignore pro III solidos.— Ego Suerius Ruderici dono ibi meam portionem que mihi conuenit de Maria Pelagii pro II solidos per cartam uenditionis et IIII[a] pro integram haberet tam fratres pro uoce regali per auctoritatem domni Fernandi regis et per manum Martini Fernandi et pro me acepit a fratribus pro deliberatione et pro carta regis LX[La] solidos.

Tumbo II, fol. 35 r.

59

A. 1163, Junio 1 P.

KARTA QUAM FECERUNT MARTINUS DIDADI ET PELAGIUS MUNIZ ET ALII MULTI DE HEREDITATE DE QUINTI

LIII

Quod circa nos quidem homines uidelicet Martinus Didaz de Ollarios et Pelagius Moninci et uxor sua Maria Didaci et Didacus Iohannis et Pelagius Barba et uxor sua Marina Roderici et Iohanne Quintiaz et uxor sua Maria Petriz et Suarius Petriz et uxor sua Maria Pelaiz, et Petrus Arias et Diago Arias et Gontrode Arias et Pelagius Martiniz et omni uoci nostre, damus per cartam uenditionis fratribus Superaddi, fratri Luppo magistro grangie Sancti Laurentii de Temanes, in presentia honesti testimonii et ecclesie huius, porciones nostras integras quas hodie habemus uel habere debemus in souto de Quinti, cum omnia sua bona intus et foris, per omnes suos terminos antiquos et accepimus inde precium assignatum per bonos homines, scilicet, ego Martinus Diaz VI solidos et Pelagius Muninz una secure et unos sotulares, et quod maius est, donamus pro animabus nostris; et Didacus Iohannis una capa et una saya de nouis pannis; et Pelagius Barba VI solidos; et Iohannes Quintiaz VI solidos; et Suario Petriz VI solidos; et Petrus Arias dedit suam racionem in pignore pro XXX[a] solidos, et Diago Arias VI solidos, et quod nobis et uobis satis bene complacuit, et de precio nichil remansit indebitum set totum completum est, et illud soutum uobis est integrum. Et hoc nostrum factum de amborum parte maneat semper firmum euo perhenni secula cuncta. Si quis uero ex parte nostra uel extranea uenerit et hanc cartam uenditionis et donationis et subpignorationis infringere temptauerit, in primis sit maledictus et excommunicatus et cum Datan et Abiron in infernum sepultus et quantum in calumnia miserit in duplo componat, et pro ausu temeritatis quingentos solidos uoci Superaddi persoluat.

Facta karta uenditionis et donationis uel subpignorationis sub era Iª CCª Iª et quotum kalendas iunii. Nos omnes heredes supranominatos in hac carta uenditionis manus nostras roboramus *[sig.]*.

Qui presentes fuerunt: Iohannes testes, Petrus ts., Martinus ts., Pelagius cf., Martinus cf., Fernandus cf., Pelagius qui notuit *[sig.]* et cf.

Tumbo II, fol. 35 r. y v.

60

1162, Julio 1 P.

Item ego Arias Pelaiz cognomento Garza, dono meam porcionem de hereditate de Turcia monasterio Superaddi, iure perpetuo, ob remedio anime mee et parentum meorum.

Ego Arias Fernandiz una cum sororibus meis et omni uoce nostra, damus porciones nostras de hereditate de Sandos, cum omnia sua bona pro anima de matre nostra, et in robore accepimus duas sayas ueteras et est porcio prenominata media VIIIª integra.

Ego uxor de Roderico Ueremudiz similiter dono meam porcionem de souto de Sandos pro remedio anime mee et parentum meorum, ut maneat iure perpetuo apud Superaddum. Era Mª CCª et quotum kalendas iulii. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Martinus ts.

Tumbo II, fols. 35 v.-36 r.

61

A. 1179, Enero 13 P.

PACTUM DE SECARIA
LIIII

Hoc est pactum et placitum firmissimum atque conuenientia que stabilita sunt et fuit et est et erit in perpetuum, inter monasterium Superaddi et monasterium de Ossaria, quorum nomina monachorum presentium sunt hec: Ex parte monasterii Superaddi abbas bone memorie domnus Egidius, prior domnus Fernandus Petri, Nuno Cota, frater Lu-

pus, frater Pelagius Caluus et omnis uox Superaddi. De parte uero Ussarie hec sunt nomina: abbas domnus Sancius uir religiosus, Arias Munionis, Petrus Abbadinus et Guter Munionis et Uelascus Ordonii et omnis uox Ussarie. Inde est quod utriusque partis pactum statuere facimus atque firmamus in quingentis aureis roboratum super saltum de Secaria ut fratres Superaddi habeant in ipso saltu iam dicto exitum et pascum et ligna cedere ad opus quodcumque uoluerint facere sibi necessarium et utile domui, castaneas quoque ibi colligere et omnia necessaria de ipso saltu accipere sicut mos extitit ab antiquo tempore in diebus domni Adefonsi imperatoris, et hoc fratres mos uidelicet iam dictum et antiqum renueret. Fratres enim de Ossaria negauerunt populationem quam fecerant in Lagares, tali saluo pacto ut in perpetuum non faciant in Lagares populationem neque in istis temporibus neque in futuris, nullam etiam populationem in omni giro Sancti Laurentii faciant unde nostras uineas et nostram grangiam damna patiantur, tam in hereditatibus nostris quam in omnibus que ad grangiam spectari dinoscuntur, ullam inferant uim uel iniuriam. Et hoc stabilitum et inuiolatum fuit pactum in ecclesia scilicet de Temanes, ut ab hac hora et die simus fidelis et amici in fide et caritate siue secundum Deum, siue secundum seculum in omnibus negociis quibus fuerimus preocupati ad inuicem. Qua propter inter nos iurgium inter nos seu discordia quod absit euenerit, in capitulis nostris pacem debemus reformare pro ut ratio iuste deposcerit. Si qui uero utriusque partis, uidelicet aliter fecerit, ad partem alteram debet reddere penam pacti quam superius taxauimus inter nos. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Pelagius Iohannis qui notuit et ts. et cf. *[sig.]*. Era M^{a} CC XVII^{a} et quotum idus ianuarii.

Tumbo II, fol. 36 r.

62

A. 1187, Mayo 7 P.

PACTUM DE SECARIA
LV

Hoc est pactum et conuenientia inter fratres de Ursaria et fratres Superaddi super saltum de Siccaria ab illa deuassada quam fecit domnus Sancius abbas usque ad illam diuisionem quam domnus Garsia abbas dedit Samonensibus. Istum terminum debent habere communiter fratres Ursarie cum fratribus Superaddi et proposse defendere et custodire. Qui

presentes fuerunt: Iohannes Pelagii ts. cf., Arias Odoarii ts. et cf., Petrus Laurus ts. cf., Goterrius ts. cf., Iohannes monachus ts. cf., Superaddi, frater Lupus ts. et cf., Martinus monachus Ursarie ts. et cf., frater Pelagius ts. et cf., Petrus monachus Usarie scripsit et cf., Ego Garsia Ursarie abbas et ego Fernandus Superaddi abbas, una cum conuentibus nostris hoc placitum quod fieri iussimus roboramus et confirmamus *[signa]*. Era M[a] CC[a] XX[a] V et quot nonas maii.

Tumbo II, fol. 36 r. y v.

63

A. 1175, Enero 23 P.

PACTUM DE CENSU QUEM DEDIT DOMNA ELDARA
LVI

Ego Adefonsus Auriensis ecclesie episcopus una cum conuentu canonicorum, facimus placitum firmissimum in mille aureis roboratum, uobis domno Egidio Superatensi abbati et ecclesie uestre conuentui, ut nichil de censu illo quemcumque donna Eldara pro anima sua uestre legauit ecclesie a uobis uel a successoribus uestris amodo exigamus. Testes sunt: domna Tarasia cum filio Martino Fernandi et filiabus suis et abbas Sancius de Ursaria et abbatissa de Boueda domna Maior. Episcopus Auriensis una cum conuentu confirmant *[sig.]*. Era M[a] CC[a] XIII[a], X° kalendas februarii.

Tumbo II, fol. 36 v.

64

Sin fecha

DE CASILI DOUGENDI
LVII

Ego Iohannes Roderici sobrinus fratris Pelagii de hospicio Superaddi, teneo in prestimonium kasal Dougendi de Buual et debeo ipsum dare ad finem meum monasterio Superaddi.

Tumbo II, fol. 36 v.

65

Sin fecha

Noticia de hereditatibus de domna Godina Guimaraz de Flamoso et de Monte Nigro et de Cauto de Luco et Monte Nigro. De Sancto Cucufato de ecclesia de media III[a]; et de Leli de media III[a]; de Francos VI[a]; de Mourinz de Villa de media VI[a]; de Tourum et de Honori IIII[a]; de Petra Fita IIII[a]; de Sancta Maria de Franquina, de media IIII[a]; de Sanpricion tantum sicut et domna Godina et Luppus Petri neptus de Godina Guimare de istis hereditatibus quantum est post uocem domne Gudine dat ex inde suum directum et cf. *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 36 v.

66

A. 1174, Marzo 18 P.

INCIPIT LIBER DE CARTULIS ET POSSESIONIBUS DE GRANGIA RECANEDA

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Custos est memorie recordatio scripture. Hec enim preterita representat, presentia roborat, ueritas titulum semper declarat. Et ideo sub Christi nomine ego Petrus Rapinadici, cognomento Fumaz, et uxor mea Orraca Fernandi, una cum filiis et filiabus nostris et omnis uocis nostre, facimus kartam donationis siue testationis et confirmationis Deo omnipotenti et beate Marie semper Uirginis, ceterisque sanctis quorum reliquie recondite manent in citerio Superaddo. Et uobis patri et abbati domno Egidio omnique uestro conuentui eiusdem loci, tam presenti quam futuro, de mea hereditate de Rogitorio cum omni uoce et directura sua quantum in ea habeo uel habere debeo. Et est porcio pernominata medietas minus VIII[a], et habet iacentia in terra Buualis, secus flumen Minei, concursus eius ad ecclesiam Sancti Iacobi de Karrazedo, subtus alpe Salzede. Do itaque eam cum omni iure suo intus et foris, cum cognitis piscariis in illo flumine de Minio, uidelicet: ex Pinna Alba in

antea, de tercia quinta. Et ex illo cachone de Remolino usque ad regarium de Pinna Mala, medietatem quomodo obtinuerunt eam antecessores mei, per terminos et diuisiones suas antiquas, scilicet, per illum regarium de Pinna Mala usque ad riuulum Minii et quomodo se diuidit de Replenata et inde per illam Castaninam, et inde per ueredam de Barreo, et inde ad illum pensum de illis piscariis fluminis Minii. Ab hac die et deinceps, iure hereditario eam possideatis et pro ut uolueritis disponatis, uendatis, donetis, commutetis, lucretis. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica secularisue persona, hac meam donationem siue testationem sciens contra eam temere uenire temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat, et pro temerario ausu parti uestre uel uoci D morabitinos persoluat, et quod inuaserit in quadruplum reddat. Et hec karta testamenti semper maneat inconuulsa, euo perenni, secula cuncta, amen.

Facta karta apud Superaddo XV kalendas aprilis, era I^{a} CC^{a} XII^{a}. Ego Petrus Rapinadiz, cognomento Fumaz et uxor mea Urraca Fernandi et omnis uox nostra in hac karta quam fieri iussimus manus nostras proprias roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Arias ts., Didacus ts., Nuno Cota cf., Petrus Martini confessus cf., frater Lupus cf., Arias Nuniz cf., Petrus Muniz cf., et ceteri plures qui uiderunt et audierunt ts. et confirmant *[sig.]*. Fernandus Petri qui notuit ts. et cf. *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 37 r.

67

A. 1174, Junio 26 P.

ITEM DE CAMBIA NOSTRA CUM ABBATE SANCTI ANTONINI DE THOCAS, DE KARTA DE RECANEDA

[Christus]. In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Littera hec loquetur ueritatem cum nos defecerimus omnes. Nouerit igitur presens etas omniumque secutura posteritas, quod ego abbas domnus Iohannes monasterii Sancti Antonini de Tocis, cum consilio et consensu omnium nostrorum fratrum eiusdem loci, facimus kartam commutationis firmissimam in perpetuum ualituram, uobis abbati domno Egidio Sancte Marie Superaddi, omnique uestro conuentui eiusdem loci, de illa nostra hereditate de Rugitorio cum omni uoce et directura sua, quantum in ea

habemus uel habere debemus, et est medietas et VIII[a], et iacet in terra Buualis secus flumen Minii concursus eius ad ecclesiam Sancti Iacobi de Carrazedo, et subiacet monti Salzede. Damus itaque eam uobis pro alia uestra hereditate que iuxta nos est illam, scilicet, quam uobis Urraca Petri in Palaciis de Ollariis dedit. Et illa acquisiuit eam cum uiro suo Menendo Pelagii, de domno Triliato, sicut in carta sua loquitur. Et sciendum memorieque commendandum, est quod in omnibus diebus uite regis domni Fernandi pro posse uestro, remota omni occasione, nobis eam semper pagare debetis. Set si forte, quod absit, ut interim aliquis tam seuus princeps superuenerit qui sua improbitate eam nobis tollat, et uos omnino nequiueritis de forti manu eius eam eripere, tunc in alia nobis placcabili hereditate uel CCC[tis] denariorum solidis pagare nobis curetis. Nos, uero, uobis damus illam nostram iam dictam hereditatem cum omni iuri suo, intus et foris, cum cognitis piscariis in illo flumine de Minio, uidelicet, ex Pinna Alba in antea de III[a] V[a]. Et ex illo cachone de Remolino usque ad regarium de Pinna Mala, medietatem quomodo obtinuerunt eam antecessores nostri, per terminos et diuisiones suas antiquas, scilicet, per illum regarium de Pinna Mala usque ad riuum Minii, et quomodo se diuidit de Replenata, et inde per illam Castaninam, et inde per ueredam de Barrio, et inde ad illum pensum de illis piscariis fluminis Minii. Ab hac die et deinceps, iure hereditario eam possideatis et prout uolueritis disponatis, uendatis, donetis, commutetis. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica secularisue persona, hanc nostre commutations *(sic)* cartam sciens contra eam temere uenire temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat, et pro temerario ausu parti uestre uel uoci D morabitinos persoluat, et quod inuaserit in quadruplum reddat, et hec carta semper maneat inconuulsa.

Facta carta apud Superaddum VI kalendas iulii, era I[a] CC XII[a]. Qui hec omnia uiderunt et audierunt:

Alfonsus Ranemiri ts., Didacus cognomento Infans ts., Iohannes Petri ts., Petrus frater ts., Pelagius Iohannis ts.,

Iohannes uocato Butinel cf., Fernandus Iohannis cf., Petrus Castella cf., Pelagius Martini cf., Pelagius Odoarii cf., Martinus Pelagii cf.,

Ego abbas domnus Iohannes in hac carta manu mea roboro *[sig.]*.

Arias Gundissalui notuit, Fernandinus transcripsit.

Tumbo II, fols. 37 r.-38 r.

68

A. 1177, Septiembre 28 P.

DE PISCARIIS DE BEECHAM ET DE HEREDITATE DE ROGITORIO

[Christus]. In nomine Domini Nostri Ihesu Christi, amen. Predecessorum patrum auctoritate firmatum est ut ea que memorie mandarentur litteris quoque commendarentur. Ea propter ego Martinus Fernandi uobis domno Egidio, abbati Superaddi, et omnibus fratribus eiusdem loci, facio cartam uenditionis de piscariis de Beecan, quantum attinet ad uocem regis. Quas piscarias dedit mihi dominus rex Fernandus cum regalengos Sancti Pelagii de Ruuiolos, uilla nominata Carrazedo, deditque mihi piscarias et iam dictum regalengum per cartam, ut habeam, uendam uel commutem, aut quicquid de eo mihi facere placuerit, liberum mihi sit et omni posteritati mee in perpetuum. Do, itaque, predictas uobis domno Egidio, abbati Superaddi, et fratribus eiusdem loci, pro uno equo appreciato in L morabitinos, ut ab hac die possideatis piscarias illas, uendatis, commutetis, uel quicquid de ipsis facere uolueritis uos et successores uestri, iure perpetuo. Similiter dono uobis IIII^{a} porcionem integram de hereditate de Rogitorio ad monte et ualle per ubi eam inueneritis, pro uno libro breuiario de totius anni circulo obtimo, appreciatum in solidos C et permanet in ecclesia Sancti Iacobi de Karrazeda. Predictam hereditatem dono pro predicto libro ut ab hac die habeatis eam per cartam uenditionis iure perpetuo amen. Si quis autem tam de meo genere quam de alieno, hoc meum factum irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignationem incurrat, et pro temerario ausu D^{os} aureos persoluat, et quod inuaserit uobis in quadruplum reddat et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta in Superaddo IIII° kalendas octobris, era I^{a} CC XV^{a}. Qui presentes fuerunt:

(1.^{a} col.) Oueccus Sancii presbiter cf., Suerius Pelaicii cf., Aluarus Pelaici cf., Luzo Arias miles cf., Petrus Rapinadiz miles cf.,

(2.^{a} col.) Petrus ts., Martinus ts., Iohannes ts.

Fernandinus, monachus indignus, scripsit.

Tumbo II, fol. 38 r.

69

A. 1176, Marzo 1 P.

DE HEREDITATE DE RECHANEDA

[Christus]. Sub Christi Nomine. Ego Iohannes Ouekici et omnis uox mea, facio Deo omnipotenti et beate Marie semper Uirginis ceterisque sanctis quorum reliquie recondite manent in ecclesia Sancte Marie Superaddi et uobis abbati domno Egidio et omni conuentui eiusdem loci, tam presenti quam futuro, cartam testamenti siue donationis et confirmationis, de mea hereditate quam habeo auorum et parentum meorum in uilla quam uocitant Rechaneda, que est in terra Buualis, secus flumen Minii, concurrentia ad ecclesiam Sancti Iacobi de Carrazeda, subtus alpe Salzede. Dono et concedo IIII^{tam} partem porcionem integram de ipsa uilla Rechaneda, ob remedio anime mee et parentum meorum, ab cibos infirmorum predicti monasterii parare. Dono et concedo ibi casas, casales, petras, montes, fontes, plantatus, siue omnia bona que ad eundem locum et hereditatem pertinent uel pertinere debent per suos terminos et locos antiquos, ubicumque sua uox uadit, intus et foris, ut habeatis, possideatis, uestram uoluntatem de ea faciatis, euo perenni, secula cuncta. Si autem aliquis, ex mea parte uel extranea, contra meum placcabile factum ad rumpendum uenerit uel uenerim, quisquis ille fuerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno dimersus, et quantum calumpniauerit in quadruplum componat, et pro temerario ausu mille solidos exsoluat. Et hoc meum factum maneat firmum.

Facta kartula testamenti seu donationis et confirmationis in era I^{a} CC^{a} XIIII^{a} et quot kalendas marcii. Ego Iohannes Ouequici in hac kartula testamenti quam fieri iussi, manus meas roboro *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Domnus Petrus Garsie cf., Petrus Fernandi miles cf., Martinus Fernandi cf., Petrus Rabinadici cf., Oueccus presbiter cf., et omnes filii ecclesie Sancti Iacobi de Karrazeda confirmant qui hec uiderunt, audierunt unanimiter.

Luzo Arie qui presens fuit cf., Iohannes ts., Nuno ts., Munio ts., Fernandinus, monachus peccator, scripsit.

Tumbo II, fol. 38 v.

70

A. 1176, Marzo 1 P.

DE HEREDITATE DE RECHANEDA

[Christus]. In Dei Nomine. Nos Petrus Petri et Uiuian Petri et Fernandus Petri, una cum sororibus nostris et omnis uox nostra, uobis abbati domno Egidio, monasterii Superaddi, omnique conuentui eiusdem loci, tam presentibus quam futuris. Insimul facimus scripturam testamenti et kartam uenditionis et confirmationis de nostra porcione integra, uidelicet, medietatem integram de ipsa uilla de Rechaneda, cum omnibus suis directuris, casas, casales, petras mobiles uel inmobiles, montes, fontes, plantatus, uineas exitus aquarum cum eductilibus earum, introitus et exitus, siue omnia bona que ad eandem hereditatem pertinent uel pertinere debent, per suos terminos et locos antiquos ubicumque sua uox uadit, intus et foris et sicut aui et bisaui nostri eam habuerunt. Ita uendimus uobis et concedimus pro precio cum sua robore, uidelicet, solidos D^{os} de Aniouins, quod utrique parti bene complacuit et totum completum est. Et habet iacentia in territorio Buualis, secus flumen Minii, concurrentia ad aulam Sancti Iacobi de Carrazedo, subtus alpe Salzede. Ita ut ab die et tempore sit predicta hereditas de iure nostro abrasa et in uestro iure et dominio tradita atque confirmata, uestramque uoluntatem de ea faciatis, euo perhenni, et secula cuncta. Si autem, aliquis ex nostra parte uel extranea, contra hoc nostrum factum ad rumpendum uenerit uel uenerimus, quod absit, quisquis fuerit, sit maledictus ex parte Dei et duplet in quadruplum quantum in contempsam miserit, et pro temerario ausu solidos duomilia exsoluat et hoc nostrum factum maneat inconuulsum.

Facta kartula uenditionis quam fieri iussimus manus nostras roboramus, in era I^{a} CC^{a} XIIII^{a} et quot kalendas marcii. Nos superius nominati in hoc scriptum manus nostras roboramus.

(1.^{a} col.) Domnus Petrus Garsie cf., Martinus Fernandi miles cf., Petrus Fernandi cf., Petrus Rabinadiz cf.,

(2.^{a} col.) Luzo Ąrie ts., Oueccus presbiter ts., Omnes filii ecclesie Sancti Iacobi unanimiter ts., Martinus ts., Rodericus ts., Suarius ts. *[sig.]*.

Tumbo II, fols. 38 v.-39 r.

71

A. 1176, Marzo 1 P.

DE RECHANEDA

[Christus Alfa y Omega]. Initium scripti fiat sub Nomine Christi. Ego domna Toda Ouekici, una cum filia mea et nepotibus meis et omnis uox nostra, uobis abbati domno Egidio, monasterii Superaddi et omni conuentui eiusdem loci, tam presenti quam futuro. In simul facimus scripturam testamenti et kartulam uenditionis et confirmationis de nostra porcione integra quam habemus auorum nostrorum, in uilla que uocitant Rechaneda, in territorio Buualis, secus flumen Minii, concurrentia ad aulam Sancti Iacobi de Carrazedo, subtus alpe Salzede. Uendimus uobis quartam integram de ipsa uilla de Rechaneda, tam casas quam casales, montes, fontes, petras mobiles et inmobiles, plantatus, introitus et exitus, siue omnia bona que ad eandem hereditatem pertinent uel pertinere debent, per suos terminos et locos antiquos ubicumque sua uox uadit, intus et foris, totum damus uobis et concedimus pro precio quod de uobis accepimus cum sua robore, uidelicet, solidos CC^{os} L^{a} de Angouinis, quod utrique parti bene complacuit, et totum completum est. Deinceps habeatis eam firmiter et faciatis de ea totam uestram uoluntate in secolurum secula. Si autem aliquis ex nostra parte uel extranea contra hoc nostrum placcabile factum ad rumpendum uenerit uel uenerimus, quisquis fuit, sit maledictus et in quadruplum componat quantum in contempsam miserit, et pro temerario ausu solidos mille exsoluat, et hoc nostrum factum maneat firmum.

Facta kartula uenditionis sub era I^{a} CC^{a} XIIII^{a} et quot kalendas marcii. Ego domna Toda Ouekici, una cum filia mea et nepotibus meis, in hac kartula quam fieri iussimus manus nostras roboramus. Domnus Petrus Garsie miles cf.,

(1.^{a} col.) Martinus Fernandi miles cf., Petrus Fernandi miles cf., Petrus Rabinadici cf., Luzo Arie, Ouecus presbiter cf.,

(2.^{a} col.) Qui presentes fuerunt: Martinus ts., Rudericus ts.,

(3.^{a} col.) Iohannes ts., Munio ts.,

Et omnis filii ecclesie Sancti Iacobi pariter cf.,

Fernandinus quasimonachus indignus scripsit *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 39 r. y v.

72

A. 1176, Marzo 1 P.

DE HEREDITATE DE RECHANEDA

[Christus]. In Nomine Domini, amen. Ea que uenduntur uel donantur, austoritate bonorum hominum de litteris confirmantur. Iccirco nos filii de Maria Fernandici, uidelicet, Fernandus Moninci et Petrus Moninci et Odoarius Moninci et omnis uox nostra, uobis abbati domno Egidio, monasterii Superaddi et omni conuentui eiusdem loci, presentis et futuris, insimul facimus scripturam testamenti et cartam uenditionis et confirmationis de VIII[a] integra de hereditate de Rechaneda, que est in terra Buualis, concurrentia Sancti Iacobi de Carrazedo, in ripam fluminis Minii, subtus montem Salzede; damus eam uobis cum omnibus suis directuris, intus et foris, casas, casales, plantatus, uineas, montes, fontes, petras, bouzas, siue omnia bona que ad eandem hereditatem pertinent uel pertinere debent, per suos terminos et loca antiqua, ubicumque sua uox uadit, totum uendimus uobis pro precio cum sua robore, pernominatum solidos C[m] de Aniouins, quod utrique parti bene complacuit, et totum completum est. Nunc et a modo habeatis eam liberam firmiter et faciatis de ea totam uestram uoluntatem, euo perenni et secolorum secula. Si autem aliquis ex nostra parte uel extranea, contra hoc nostrum placcabile factum ad rumpendum uenerit uel uenerimus, quisquis fuerit, iram Dei omnipotentis incurrat, et cum Datan et Abiron sit cruciatus in inferno, et quantum inuaserit duplet, et pro temerario ausu solidos CC[os] exsoluat et hoc nostrum factum maneat firmum.

Facta karta uenditionis in era I[a] CC[a] XIIII[a] et quot kalendas marcii. Qui presentes fuerunt:

(1.[a] col.) Iohannes ts., Martinus ts., Rodericus ts.,

(2.[a] col.) Petrus Rapinadici cf., filius eius Martinus Petriz, Ouecus Sancii cf., Luzus Arie, Fernandus Oariz cf.,

(3.[a] col.) Fratre Luppus Petri conversus *[corregido sobre* confersus] cf. frater Martinus Pelaici cf., frater Martinus Sardinia cf., Et omnes filii ecclesie Sancti Iacobi.

Et sciendum est quod predicta VIII[a] porcione habemus eam ex parte auie nostre domne Tode Ouequiz. Et alia VIII[a] retinuit ea pro se et pro filia sua Goyna Fernandi. Unde similiter fecit donationem monasterii Superaddi pro solidos C[m] *[sig.]*.

Tumbo II, fols. 39 v.-40 r.

73

A. 1177, Marzo 1

DE HEREDITATIBUS DE PINNA MALA

[Christus]. Sub Christi Nomine. Ad hoc rei ordo describitur ut ueritas in posterum clarius pateat. Nos omnes heredes, uidelicet de Pinna Mala et de Rogidorio et de Rechaneda et de Salto de Rogidorio et in monte de Passarin. In primis pro Dei amore et pro precio [± 8] quod inde accepimus, facimus cartam donationis siue uenditionis et confirmationis, uobis abbati domno Egidio monasterii Superaddi et omni conuentui eiusdem loci, presentibus et futuris, uidelicet nos Suarius Pelagii et Iohannes Pelagii et Aluarus Pelagii et Maria Pelagii et Guntrode Pelagii, filii de Pelagio Aluardan et de Maria Iohannis. Insimul uendimus inde nostras porciones integras cum omnibus bonis suis de Pinna Mala pro solidos VIIII^{en}. Item nos Petrus Iohannis et Pelagius Iohannis et Gudina Iohannis, filiis de Iohanne Fanon et de Azenda Petri, similiter uendimus nostras porciones integras cum omnibus suis bonis de Pinna Mala pro solidos XI et medium. Item nos Petrus Pelaici et Fernandus Pelagii, filii de Maria Petri, similiter uendimus nostras porciones integras cum omnibus suis directuris de Pinna Mala pro solidos III. Et ego Petrus Guimare de Fonte Arcada, una cum uxore mea, damus et concedimus omnem porcionem nostram de Pinna Mala pro XVIII° denarios. Et similiter ego Garsia Pelagii de Lausada et omnis uox mea, uendo et concedo IIII^{am} porcionem integram de Pena Mala cum omni sua directura pro solidos VIIII^{en} et quod magis est do pro remedio anime mee. Item ego Lupus Luz et omnis uox mea, uendo porcionem meam de casale de Rogidorio cum omni directura sua, uidelicet de nona V^{a} sua porcio integra pro XVIII denarios. Et similiter ego Toda Iohannis et Toda Martini, insimul uendimus nostras porciones integras de Rogitorio cum omni sua directura, uidelicet de VIIII^{a} II^{as} V^{as} pro solidos III^{bus}.—Et ego Toda Guimare, una cum uiro meo Sancio Sancio Iohannis, insimul uendimus nostram porcionem de Rogitorio, scilicet de VIII^{a} V^{a}, integra pro XVIII° denarios. Similiter ego Fernandus Rvgel *[corregido sobre* Rogel] et omnis uox mea, dono et concedo pro remedio anime mee, meam porcionem integram de Rechaneda cum omnia sua bona et de Rugitorio cum suis directuris im perpetuum.—Et ego Didacus Iohannis et ego Maria Petri, una cum uiro

meo Petrus Guimare, damus nostras porciones integras cum omnibus directuris suis de uilla de Rechaneda, pro animabus nostris, in perpetuum. Similiter ego Aluarus Suarii, filius de Suario Iohannis, una cum matre mea Guntrode Muninci et omnis uox mea, damus per cartam uenditionis unam leyram integram de uilla de Rechaneda et in salto de Rugitorio nostram porcionem de alia leira. Et in monte de Passarin, nostra porcione integra pro solidos. VIII°, et in robore una taleiga de casteneis.

DE ROGITORIO ET DE PASSARIN

Et ego Didacus Iohannis et omnis uox mea, dono et concedo monasterio Sancte Marie Superaddi totam meam porcionem in Rogitorio et in omnibus locis qui ibi pertinent in ipsa grangia in circuitu. Similiter et in Passarin ob remedio anime mee, ut habeatis eas in perpetuum. Et haec hereditates habent iacentia in terra Buualis concurrentia Sancti Iacobi de Karrazedo, discurrente fluuio Minii, subtus alpe Salzede. Damus itaque atque concedimus cum omnibus suis appenditis et directuris, ut ab hac die et deinceps iure hereditario predictas hereditates possideatis et omne uelle uestrum de eis faciatis, in secula seculorum, amen. Si autem aliquis, ex nostra parte uel extranea, contra hoc placcabile factum nostrum ad rumpendum uenerit uel uenerimus, quisquis fuerit, sit ille maledictus et excommunicatus, et cum Datan et Abiron in inferno cruciatus et quantum calumniauerit, duplet, et pro temerario ausu morabitinos CCC^{os} exsoluat. Et hoc nostrum factum maneat firmum imperpetuum.

Facta karta donationis et uenditionis siue confirmationis in era I^{a} CC XV^{a} et quot kalendas marcii. Nos superius nominati in hac carta quam fieri iussimus manus nostras roboramus *[signa]*. Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Petrus ts., Martinus ts., Petrus Rabinadiz cf., filius eius Martinus Petri cf., frater Martinus Sardina cf., Ouecus Sancii cf., Luzo Arie cf., Fernandus Odoariz cf., frater Lupus Petri cf., frater Martinus Pelagii cf., et ceteri plures et omnes filii ecclesie Sancti Iacobi de Carrazedo unanimiter cf. *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 40 r. y v.

74

A. 1185, Mayo 12 P.

DIUISIONES INTER PASSARIM ET ECCLESIAM SANCTI IACOBI DE CARRACETO

A. B. C. ... T

Era M^{a} CC XX^{a} III^{a} et quotum IIII° idus maii. Hoc est pactum et placitum firmissimum quod factum est inter abbatem domnum Fernandum de Superaddo et fratres noue militie Sancti Iacobi super diuisiones et terminos de Passarin et hereditatem que pertinet ad ecclesiam de Carrazedo et inter Rechanedam et Carrazedo, de alia parte contra Minium, ut nulla sit amodo inter nos contrarietas, neque transeamus hos terminos, quos posuimus inter nos, excepto pro pastu et pro curtare quod necessarium fuerit in locis qui non seruantur ad laborandum, et pro istis terminis statuendis inter nos, et pro regalengo quod erat infra terminos et hereditatem de Rechanada in loco qui dicitur Figueiredo, necnon et pro pace de decimis, de quibus querebantur predicti fratres Sancti Iacobi. Ego Fernandus dictus abbas Superaddi cum conuentu eiusdem loci, damus sepe dictis fratribus CC solidos et de precio nichil remanet ad paccandum. Si quis igitur, ex utralibet parte, hoc pactum irrumpere teptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et pro ausu temerario, parti cui damnum irrogauerit, mille solidos pectet et quod inuaserit duplet.

(1.^{a} col.) Adefonsus Auriensis episcopus cf., Fernandus abbas Armentarie cf., Munio Fernandi cf., Petrus Garcie cf., Petrus Fumaz cf.,

(2.^{a} col.) Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Didacus ts., Iohannes ts., Fernandus ts.,

Domnus Fernandus magister militie Sancti Iacobi cum fratribus suis hoc pactum roborat et confirmat.

Domnus Fernandus abbas Superaddi cum conuentu suo roborat et confirmat, frater Luppus in grangia Sancti Laurentii magister roborat, frater Fernandus magister in Rechaneda, Martinus Fernandi comendator in Carrazedo, Sancius Fernandi comendator in Gallecia, Fernandus Petri *[sig.]* scripsit Iacobita.

Tumbo II, fols. 40 v.-41 r.

NOTA: El folio 40 está incompleto y después hay dos cortados, pero la numeración sigue en el siguiente, sin contar los que faltan.

75

A. 1033, Febrero 13 P.

DE UILLA DE CANARIA

[Christus Omega y Alfa]. In Dei Nomine. Ego Pelagius [± 6] una cum filiis meis in bona pace ac uoluntate uobis comiti Munio Roderici et comitisse domna Eximena facio cartam uenditionis de uilla Canaria quam habui de patre meo Atane et de matre mea Trastina et iacet ipsa uilla in loco predicto Canaria, sub Sancto Iacobo de Amonegia, et inde uenit per uillam Nuni et inde per Barueitelo et diuidit cum uilla Onegildi et inde uenit per Tininos Fanenti, discurrente riuulo Ulia, deinde uenit ad locum ubi prius cepit. Damus uobis de ipsis uillis medietatem integram, terras cultas et incultas, arbores fructuosas et infructuosas, petras mobiles et inmobiles, exitus montium cum pascuis atque paludibus, sedes molendinorum, aquas secessum et recessum simulque accessum, uel quantum homini prestandum est, quomodo ipsas uillas parentes mei obtinuerunt in iure suo, damus uobis de ea, medietatem integram. Et accepimus de uobis precium quod nobis bene complacuit, et de precio apud uos nichil remansit indebitum. Habete eam firmiter uos et omnis posteritas uestra in seculum seculi. Et si quis homo contra hanc cartam ad irrumpendum uenerit uel uenerimus, pariat uobis ipsam uillam duplatam uel tripl⟨ic⟩atam uel quantum uobis uisum fuerit melioratam, uos que eam possidete in perpetuum.

Facta carta uenditionis die quodum idus februarii, in era LXX I^{a} post millesima. Ego Pelagius una cum filiis meis proprias manus in hac carta *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Anserigu ts., Tanoy ts., Didacus ts., Fernandus scripsit.

Tumbo II, fol. 42 r.

76

A. 1165, Diciembre 24 R. Alfonso VII

DE CASALI DE FAENTE

[Christus Alfa y Omega]. In nomine Domini amen. Quanto diuitiis et possessionibus quisque uidetur affluere, tanto de his que possidere Deo et ueris Dei cultoribus pro salute anime sue et peccatorum suorum remisione, largius debet impendere. Ea propter ego Adefonsus Dei gratia totius Hispanie imperator, una cum uxore mea domna Rica et cum filiis meis Sancio et Fernando regibus, facio cartam donationis et textum firmitatis, Deo et monasterio Sancte Marie de Sobrado, Deo et uobis domno Gili abbati et omnibus successoribus uestris eiusdem monasterii, de illo casale qui erat hermus, de Fahente et fuit casa de comite Reimundo, dono et concedo ipsum casale cum suo monte et cum suo lauoradio, ut habeatis et possideatis uos et omnes successores uestri eiusdem monasterii iure hereditario imperpetuum. Et hoc meum factum semper sit firmum. Si uero aliquis homo, ex meo genere uel alieno, hoc meum factum rumpere temptauerit, sit maledictus a Deo et excommunicatus et cum Iuda Domini traditore in inferno damnatus, et insuper pectet regie parti mille morabitinos.

Facta carta in Legione VIIII° kalendarum ianuarii, era Mª C^{a} LXXXX^{a} III^{a} et quotum. Imperante ipso Adefonso, ipso imperatore, Tholeto, Legioni, Gallecie, Castelle, Nagere, Saragocie, Baecie et Almarie. Et tunc domnus Iacinctus, sancte Romane ecclesie cardinalis, legatus in Hispania. Comes Barcilonie et Sancius rex Nauarre uasalli imperatoris. Ego Adefonsus Dei gratia totius Hispanie imperator hanc cartam quam fieri iussi propria mea manu roboro atque confirmo *[Sig. imperatoris anagrama:* SIGNUM IMPERATORIS].

(1.^{a} col.) Rex Sancius filius imperatoris cf., Infantissa domna Sancia germana imperatoris, Comes Almanrricus tenens Baeciam cf., comes Poncius maiordomus imperatoris cf., Nunus Petri alferiz imperatoris tenens Montor.

(2.^{a} col.) Rex Fernandus filius imperatoris cf., Pelagius Compostellanus archiepiscopus, Comes Rudericus Petri cf., Ueremudus Petri frater eius, Aluarus Petri cf., Adrianus notarius imperatoris per manus Iohannis Fernandi cancellarii scripsi hanc cartam.

Tumbo II, fol. 42 r. y v.

77

A. [1161], Septiembre 2 P [1].

DE UILLA DE INSULA ET DE UILLA DE FAENTE

[Christus Alfa y Omega]. Inter cetera misericordie opera helemosina precipue commendatur a Domino qui ait: «Sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum.» Et in alio loco: «date helemosina et omnia munda sit uobis». El item: «date et dabitur uobis». Qua propter ego Petrus Suarii et uxor mea Urraca Luppi et omnis uox nostra, facimus cartam testationis Deo et beate Marie et uobis domno Egidio Dei gratia Superaddi abbati, et omni conuentui eiusdem monasterii, de nostra hereditate quam habemus in Uilla Faente et in Uilla Insula, damus et concedimus eam integram per terminos suos, prout poteritis eam inuenire, et hoc facimus propter remissionem peccatorum nostrorum et parentum nostrorum et ut participes simus omnium omnium bonorum que in eo monasterio facta fuerint usque in finem, quia tale precium inde querimus. Istam hereditatem damus et concedimus ut habeant seniores Superaddi qui ibi seruituri sunt Deo, tam presentes quam futuri, in secula cuncta amen. Quod si aliquis, ex parte nostra uel aliena extranea scilicet uenerit, et hanc testationem nostram rumpere uoluerit, in primis sit excommunicatus et maledictus sicut in uestro romano priuilegio sonat et pariat uobis supradictis senioribus Superaddi illam hereditatem in simili loco duplatam et insuper mille solidos.

Facta carta testationis sub era M[a] C[a] XC[a] et quodum IIII° nonas septembris. Regnante domno rege Fernando in Legione et in Gallecia. Comes domnus Fernandus tenens Monte Rosum et Trauam. Martinus archiepiscopus a Compostella eiectus, Fernandus Curialis ibi electus. Iohannes Lucensis episcopus. Ego Petrus Suarii et uxor mea domna Orracha Lupi cum fi *[sig.]* liis et filiabus nostris hanc scripturam roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Ordonius ts., Fernandus ts., Munio ts., Petrus ts.

Tumbo II, fols. 42 v.-43 r.

[1] Sin duda hay un error en la fecha. En 1152 no es rey de León Fernando II. Lo mismo ocurre con el arzobispo de Santiago D. Martín, depuesto arbitrariamente por el rey después del 31 de enero de 1160. Desde el 13 de febrero de 1161 aparece «electo de Compostela» Fernando Curiales, hasta 21 de septiembre del mismo año. Debe, pues, haberse omitido el numeral IX en la era y ser 1199. Véase López Ferreiro, *España sagrada*, y Julio González, *Fernando II*.

78

A. 1152, Febrero 1

DE HEREDITATE DE PENELA

[Christus Alfa y Omega]. Inicium scripti maneat sub nomine Christi. Non est enim dubium, set a multis manet notissimum et non paucis declaratum, ecce quomodo hereditas de Penela, quam dedit domna Urraca Luppi una cum filiis et filiabus suis domno Giloni Sancii pro homicidio de sua filia, pro C^{m} solidis Andegauensium, et domnus Gil Sancii dedit predictam hereditatem domno Iohanni episcopo Lucensis, tali pacto, quod concessit illi uinum bibere in quadraginta diebus, quibus penitentiam tenebat in recluso pro ecclesia Sancte Marie de Oural, quam dirupit cum comite domno Roderico Aluari. Et episcopus domnus Iohannes dedit ipsam hereditatem supranominata de Penela, cum omni sua directura, huc utraque et illuc, cum suis terminis et locis antiquis, monasterio Sancte Marie Superaddi pro C^{m} solidos et pro remedio anime sue, iure hereditario in perpetuum, et fratres Superaddi dederunt in roboratione in perpetuum domno Fernando Adefonso et uxori sue domne Lupe Fernandi XXX^{a} soldadas de uino et duos arietes, ut ab hac die et deinceps maneant predicta hereditas de Penela iure hereditario apud Superaddum in perpetuum. Et hoc nostrum factum maneat semper firmum.

Era M^{a} CLX^{La} et quotum kalendas februarii. Qui presentes fuerunt:

(1.^{a} col.) Archidiaconus Iohannes Roderici cf., Suarius Folinus cf., Iohannes Arie decanus cf.,

(2.^{a} col.) Petrus ts., Arias ts., Martinus ts.,

(3.^{a} col.) Martinus cf., Arias Petri cf., Petrus Arie cf.,

Et ceteri qui uiderunt et audierunt de comitatu de Monte Roso ts. et cf.

Petrus qui notuit *[sig.]* ts. et cf.

Tumbo II, fol. 43 r.

79

A. 1153, Octubre 1 P.

DE HEREDITATE DE PENELA

Era M^{a} C LX^{L}I, quotum kalendas octobris. Cedula et padula dicimus et qui uiderit uel audierit uera esse credat. Unde postea predicte hereditatis de Penela orta fuit intentio inter domna Luppa Fernandi et fratres Superaddi quam domnus Iohannes Lucensis episcopus dederat monasterio Superaddi pro C^{m} solidis Andegauensium et pro remedio anime sue, iure hereditario, in perpetuum. Super hanc hereditatem facta est compositio utrisque partis, ut in aspectu uiri sui domni Fernandi hoc etiam intuitu iustitie scilicet Fernandi Adefonsi iam dicta hereditas sicut ipse decreuisset ambe partes ita se haberent, et procul dubio sic fieret. Unde factum est quod domnus Fernandus Adefonsus libitu suo, ad capitulum Superaddi ⟨uenit⟩ et facti sunt familiares uir uidelicet et uxor domna Luppa Fernandi totius capituli generaliter Superaddi. Inde ⟨est quod⟩ sepe dictam hereditatem cum suis directuris, monasterio Superaddi iure perpetuo tradiderunt, tali pacto ut seruicium pro animabus eorum exsoluant, sicut pro duobus fratribus suis, post obitum ipsorum. Et hoc nostrum factum inde semper maneat firmum euo perhenni amen. Hoc fuit confirmatum in capitulo Superaddi, in presentia domni Egidii abbatis et conuentu eiusdem loci.

Ego Fernandus Adefonsus et uxor mea Lupa Fernandi cum filiis et filiabus nostris in hoc manus nostras roboramus *[sig.]* siue confirmamus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Iohannes Fernadi cf., Arias ts., Petrus qui notuit ts. et cf., Velascus Fernandi cf., Lupus Petri cf., Munio Fernandi cf., Petrus Arie cf., Fernandus Arie cf.,

Et hanc agnitione in solidos quingentos roboramus nos et uox nostra ut ita fiat post discessum nostrum.

Tumbo II, fol. 43 r. y v.

80

A. 1163, Junio 1 P.

ITEM KARTULA DE UILLA INSULA

[Christus]. Ea que uenduntur aut donantur uel contramutantur ne posteris obliuione tradantur post memoria temporum litteris adsignantur. Iccirco ego Iohannes Petri et uxor mea Aragonte Didaci et filii nostri et omnis uox nostra facimus kartulam uenditionis et confirmationis, de hereditate nostra propria quam habemus, uel habere debemus, in Uilla Insula, territorio Monte Roso, ubi uocitant Fahente, subtus alpe Fontanelo, discurrente riuulo Ulia, prope domus orationis Sancti Martini de Faente. Damus atque concedimus quantam in ipsa uilla habemus ganantiam que dicitur Insula, de auolentia et de ganantia, intus et foris, cum omnibus suis bonis, uobis patri et abbati domno Egidio Sancte Marie Superaddi et omni conuentui uestro, tam presenti quam futuro, pro precio ad hoc stabilitum et certe definitum, scilicet LXX^{a} solidos et quod nobis et uobis bene complacuit, et de precio nichil remansit apud uos in debitum, uos dedistis et nos recipimus. Et hoc nostrum factum semper maneat firmum. Ita ut ab hodierno die uel tempore sit predicta hereditas de iure nostro abrasa et in uestro dominio tradita atque confirmata, euo perhenni amen. Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo, de propinquis nostris uel extraneis, contra hoc nostrum spontaneum factum ad dirumpendum uenerit uel uenero, tunc infra pariat uobis ipsam hereditatem duplatam et triplatam, et pro ausu temeritatis, predicto monasterio persoluant C solidos.

Facta cartula uenditionis et confirmationis sub die kalendas iunii, era M^{a} CC I^{a} et quotum. Ego Iohannes Petrici et uxor mea Arogonti Didaci et omnis uox nostra in hac cartula uenditionis et confirmationis manus nostras roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt:

(1.^{a} col.) Arias Petri cf., Micahel cf., Palayol cf.,

(2.^{a} col.) Nuno Lana cf., Munio Lana cf., Petrus presbiter cf.,

(3.^{a} col.) Petrus ts., Pelagius ts., Martinus ts. *[sig.]*.

Et ceteri plures qui uiderunt et audierunt et cf.

Tumbo II, fols. 43 v.-44 r.

81

A. 1172, Agosto 1 P.

DE UILLA INSULA ET DE SANCTO TIRSO ET DE PETRAFICTA ET DE AMOGEA ET DE ALIIS LOCIS

[Christus]. Sub Christi nomine, ego Nunio Petri cognomento Lana et uxor mea Maior Pelagii et filii ac filie nostre, facimus kartam testamenti siue donationis, Deo omnipotenti et Beate Marie Uirgini, ceterisque sanctis, quorum relique recondite manent in monasterio Superaddi et uobis patri et abbati domno Egidio et omni conuentui eiusdem loci, tam presenti quam futuro omnique uoci uestre, de nostra hereditate, nostra propria, quam hodie habemus uel habere debemus in territorio Monte Roso, subtus alpe Fontanelo, discurrente riuulo Ulia, concurrente ad aulam Sancti Saluatoris de Uilla Nuni, loco predicto ubi uocitant Insula. Damus atque concedimus quantam hereditatem habemus in ipsa Uilla Insula cum omnibus suis bonis intus et foris, huc utraque et illuc, cum omni accessu uel recessu per suos terminos antiquos, ubicumque eam accquirere potueritis, usque ad granum sinapis ut ap⟨v⟩t supradictum monasterium sit ab hodie et deinceps, iure perpetuo in seculorum secula. Et ego Nuno Petri delibero mee uxori nomine Maiori Pelagii pro tota sua directura de Uilla Insula meam hereditatem de Petrafita de Asma et meam porcionem de Amoega et de Sancto Tyrso cum totis suis directuris; et insuper dederunt fratres Superaddi ipsi Maiori medias de duabus sarracenis et medium unius pulli et pro illis casis fecerunt alias ad ipsam Maiorem in Sancto Tyrso et cunctum apparatum sue domus que fratribus conueniebat, et III[a] pars sui panis, et sic dimisit eam in pace. Et hoc facimus pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, et ut participes simus uestrarum orationum. Et ego Nuno promitto obseruare uestrum hordinem dum uita uixero et sicut fecit ipse uiuus et mortuus permansit uobiscum in sepultura. Nostrum inde factum maneat firmum semper in secula cuncta amen. Inde est, quod si aliquis ex parte nostra uel extranea uenerit, et hanc testationem siue donationem et confirmationem nostram rumpere uoluerit, in primis sit maledictus et excommunicatus, sicut in uestro priuilegio sonat, et pariat uobis fratribus et senioribus Superaddi, illam hereditatem duplatam, et insuper pro ausu temerario D[os] solidos.

Facta karta testationis, donationis confirmationis era Mª CCª Xª kalendas augusti. Abbas domnus Egidius qui presens fuit et hoc iussit et uidit et audiuit, confirmat *[sig.]*.

Et ceteri plures uicini et filii ecclesie Beati Martini testes et cf. *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 44 r. y v.

82

A. 1171, Mayo 1 P.

DE HEREDITATE DE INSULA

[Christus]. Ego Toda Roderici dicta abbatissa, et priorissa domna Onega Ildefonsi et sorores nostre monasterii Orree et totius uocis nostre, damus fratribus Superaddi nostram hereditatem quam habemus in Uilla Insula, cum toto bono suo, pro Xᴸ solidos Andegauensium et ganauimus ipsam hereditatem de Nuno Petri, cognomento Lana, ayo domini regis Fernandi pro remedio anime sue siue sepulture sue, et sicut eam ganauimus et in dominio nostro obtinuimus, sic damus iam dictam hereditatem atque concedimus ut ab hac die in sempiternum iure perpetuo, apud monasterio Superaddi ut sit sua sicut et est et erit in secula cuncta amen. Ego Toda Roderici abbatissa una cum priorissa domna Onega Ildefonsi, manus nostras roboramus. In era Mª CCª IXª, kalendas maii. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Froila Petri cf., Martinus ts., Petrus ts. *[sig.]*.

Et Nuno Petri ganauit hanc hereditatem supratаxatam de Flammua Moninci et Chamua Muninci acquisiuit eam de Iohanne Reiriguiz pro arris de suo corpore sicut resonat in uetera carta, qualiter illam acquisiuit. Fernandus iacobita scripsit.

Tumbo II, fol. 44 v.

83

A. 1176, Septiembre 1 P.

DE FAENTE ET DE ARIOZOO, CAHENRIA, ALDOSENDI, MONTELIOS

[Christus]. Sub Christi nomine. Ego Pelagius Roderici, cognomento Kameria, una cum filio meo Petro Pelagii et uniuersis uocis nostre, facimus kartam testamenti et confirmationis atque donationis, Deo Omnipo-

tenti et Beate Marie Uirgini ceterisque sanctis quorum reliquie recondite manent in monasterio Superaddi, uobis patri et abbati domno Egidio et fratribus eiusdem loci, tam presentibus quam futuris, dono atque concedo meam hereditatem quam habeo circa uestram grangiam de Faente Riazoo, usque ad grangiam integre et de Cahenria et de Aldosendi ac de Montelios, de omni porcione mea III[a] partem integram ubicumque eam inuenire potueritis, huc utraque et illuc, cum omni accessu uel recessu in omnique parte, ut ab hac die istas hereditates permaneant iure perpet⟨v⟩o predicto monasterio in seculum perhenne. Et hoc factum nostrum maneat firmum. Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de parte nostra uel extranea, qui hoc nostrum factum confringere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus et quantum in calumpniam miserit in duplo componat et pro ausu temerario pectet D solidos predicto monasterio.

Facta karta testamenti et confirmationis ac donationis quod fieri iussimus manus nostras proprias roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Aloytus ts. *[Sig.]* robor Fernandi, Petrus Fernandi cf., Petrus Iohannes cf., Nuno Cota cf., Petrus Ouequiz cf. Era I[a] CC[a] XIIII[a] kalendas septembris.

Tumbo II, fol. 44 v.

84

A. 1180, Abril 26 P.

DE INSULA

[Christus]. Sub Christi nomine, Nos Fernandus Munionis et Odoarius Munionis et Petrus Munionis, filii Munionis Ruderici et Marine Fernandi et omnis uox nostra, uobis abbati domno Egidio monasterii Sancte Marie Superaddi et omni conuentui eiusdem loci tam presenti quam futuro, insimul facimus textum scripture firmissimum, et cartam donationis et uenditionis et de omni hereditate nostra de Insula quam habemus parentum nostrorum. Et ipsa, scilicet, hereditas habet attinentia in territorio Monte Roso, subtus alpe Fontanelo, discurrente fluuio Ulia prope domum orationis sancti Martini de Faente, concurrente ad aulam Sancti Saluatoris de Uilla Nuni. Inde est quod uendimus uobis predictam hereditatem de Insula, quantum ibi habemus uel habere debemus, per illum portum de Nuni ac per alios terminos suos locosque antiquos,

intus et foris, ubicumque sua uox uadit cum omni bono suo, totum uendimus uobis ad integrum pro precio cum sua robore uidelicet C^{m} XX^{i} V^{e} solidos fortis monete, quod utrique parti satis complacuit et totum completum est. Qua propter, ab hac die et tempore sit prefata hereditas de iure nostro ablata et in dominio uestro tradita atque concessa, uendatis, donetis, possideatis, omne uelle uestrum de ea faciatis, euo perhenni secula cuncta. Si autem aliquid ex nostra parte uel extranea, contra hoc nostrum factum irrumpere temptauerit, quod fieri minime credimus, quisquis fuerit, iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda traditore sit damnatus in infernum et quantum inuaserit in duplum componat et regie uoci D solidos exsoluat et hoc nostrum factum maneat firmum.

Facta kartula uenditionis sub era M^{a} CC XVIII et quotum VI° kalendas maii. Nos supranominati in hac cartula quam fieri iussimus manus nostras roboramus *[sig.]*.

(1.ª col.) Qui presentes fuerunt: Munio ts., Martinus ts., Rodericus ts.,

(2.ª col.) Prior Fernandus cf., Nuno Cota cf., Sancius Petri cf., Iohannes archipresbiter cf.,

(3.ª col.) Petrus Arie cf., Fernandus Arie cf., Petrus Bispo cf., Et alii plures unanimiter cf.

Tumbo II, fols. 44 v.-45 r.

85

A. 1180, Mayo 1 P.

DE INSULA

[Christus]. Sub Christi nomine. Nos insimul uidelicet ego Exemena Nunonis una cum uiro meo Giraldo Petri, ego Marina Nunonis una cum uiro meo Sancio Odoarii et omnis uox nostra, uobis abbati domno Egidio monasterii Superaddi et omni conuentui eiusdem loci, tam presenti quam futuro, facimus textum scripture firmissimum et cartam donationis atque uenditionis de omni hereditate nostra de Insula, quam nos habemus de nostro patre Nuno Lana, filio de Petro Lana et domne Heluire. Uendimus uobis predictam hereditatem nostram, portionem integram, tam de auolentia quam de ganantia siue comparationis cum omni bono suo, intus et foris, et per illum portum de Nuni atque aliis suis terminis antiquis, ubicumque sua uox uadit, intus et foris. Et habet iacentia in terri-

MINISTERIO DE EDUCACIÓN Y CIENCIA - BIBLIOTECA -

torio Monte Roso, subtus alpe Fontanelo, discurrente riuulo Ulia, prope domus orationis Sancti Martini de Fahente, concurrente ad aulam Sancti Saluatoris de Uilla Nuni. Set ego Exemena Nuni do uobis porcionem meam octauam scilicet integram prefate hereditatis Insule. Et ego Marina Nuniz do uobis aliam integram octauam pro precio cum sua robore solidos X^{La} Andegauensium. Et ego Exemena Nuniz accipio precium cum sua robore solidos LX quod nobis et uobis bene complacuit et totum completum est. Deinceps habeatis eam firmiter faciatisque de ea totam uestram uoluntatem in seculorum secula. Si autem aliquis ex nostra parte uel extranea contra hoc nostrum placcabile factum ad rumpendum uenerit uel uenerimus, quisquis fuerit sit ille maledictus et cum Datan et Abiron in inferno cruciatus, et quantum inuaserit duplet et pro ausu tali solidos D^{os} regie uoci exsoluat, et hoc nostrum factum maneat firmum.

Facta karta uenditionis in era I^{a} CC^{a} XVIII^{a} et quotum kalendas maii. Et ego Exemena Nuniz et germana mea Marina Nuniz insimul cum maritis nostris et omni uoce nostra in hac karta quam fieri iussimus manus nostras roboramus *[sig.]*.

Qui presentes fuerunt:

(1.^{a} col.) Petrus ts., Munio ts., Rudicus ts.,

(2.^{a} col.) Prior domnus Fernandus cf., Nuno Cota cf., Sancius Petri cf., Petrus Arie cf.,

(3.^{a} col.) Fernandus Arie cf., Petrus Bispo miles cf., Iohannes archipresbiter cf.

Tumbo II, fol. 45 r. y v.

86

A. 1182, Febrero 1 P.

DE AUTARIO ET DE CORUIS

[Christus]. Sub Christi nomine, Ego Pelagius Petri et uxor mea Maria Pelagii et omnis uox nostra uobis fratribus Superaddi et uniuerse uoci uestre facimus cartam uenditionis de nostra porcione hereditatis de Autario, cum omni sua directura, scilicet, hereditate quam appellant de Coruis in terminis de Fahente. Inde est quod damus uobis predicte hereditatis quartam porcionem integram pro precio nominato solidos L^{a} et in robore unum sestarium annone, quod nobis et uobis satis placuit et de precio nichil remansit reddendi.

Facta karta uenditionis et confirmationis era I[a] CC[a] XX[a], kalendas ianuarias. Qui presente fuerunt:

(1.ª col.) Petrus ts., Martinus ts., Arias ts.,

(2.ª col.) Dominicus presbiter cf., Iohannes Pelagii cf., Petrus Ramiri cf., Fernandus Uelasqui cf.,

[Sig.] Fernandus scripsit et cf.,

DE AUTERO Et ego Iohannes Pelagii dono in pignore medietatem mee porcionis de Auteyro pro V[e] solidos a Sancto Martino in Sancto Martinum, tali pacto, scilicet, pacto quod si uendere uel subpignorare ipsam hereditatem uoluero fratribus de Fahenti debeo subpignorare et non aliis.

Tumbo II, fol. 45 v.

87

A. 1180, s. m.- s. d.

DE UILLA ENGILLDI

[Christus]. Sub Christi nomine. Ego Fernanda Muninci et omnis uocis mee facio kartam testationis et confirmationis Deo omnipotenti et Beate Marie semper Uirgini et ceteris sanctis quorum reliquie recondite manent in monasterio Superaddo uobis patri et abbati domno Egidio, et uniuersis fratribus eiusdem loci, tam presentibus quam futuris, dono atque concedo meam porcionem de casale de uilla Engildi et est quinta integra cum omni sua directura, in omnibus partibus, ut ab hac die maneat iure perpetuo apud monasterio Superaddo; et adicio meam porcionem de hereditate laicali de Sancto Laurentio et de Berim et de leyra de Canaria III[a] et in Riazoo similiter sua directura que conuenit Petro Franco atque matri sue. Et hoc meum factum maneat semper firmum euo perhenni.

Facta karta testationis et confirmationis era M[a] CC XVIII[a]. Ego Fernanda Muninci cum filio meo Dominico ac omnis uocis nostre manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Arias ts., Petrus Iohannis et presbiter cf., Ordonius presbiter cf., Petrus Orco cf., et ceteri qui uiderunt et audierunt ts. et cf. *[Sig.]* Fernandus Sancte Marie et Sancti Benedicti monachus.

Tumbo II, fols. 45 v.-46 r.

88

A. 1180, Mayo 1 P.

DE CANEYRA ET DE AUTERO

[Christus]. Initium scripti fiat sub nomine Christi. Inde est quod ego Iohannes Lana et omnis uox mea uobis abbati domno Egidio, monasterii Sancte Marie Superaddi, et uniuerso conuentui eiusdem loci, tam presentibus quam futuris et omni uoci uestre, ob remedium anime mee ac parentum meorum, facio kartam testamenti siue donationis ac confirmationis, de hereditate mea propria, quam habeo uel habere debeo, auorum parentumque meorum, habens iacentia in territorio Monte Roso, uilla uocitata Caneyra, cum omnibus atinentiis suis, sicut hac in die meo iure teneo et tenere debeo, sic delibero et do eam atque concedo iam dicto monasterio, tam de auo[lentia] quam de ganantia siue de comparatione per terminum de Morele et inferius, et aliam meam hereditatem de relinquo illam filio meo Guilelmo Iohannis determinata tercia pars de Autario et in Fahente, ubi habitat Petrus episcopus, una seruiciia integra. Predictas hereditates habeat tam in uita sua quam in morte, sine suos iermanos, et in tota mea hereditate habeat directuram suam cum suis fratribus, tali scilicet pacto, ut in tota uita sua lucretur eas et in obitu suo statim Superaddi fratres accipiant, tam pro me quam p[ro] ipse, similiter et iermani sui mando quod faciant, tam illi quam omne semen eorum, quod post ip[s]os nascetur in perpetuum. Ego Guilelmus mando totam meam hereditatem Superaddo atque confirmo, sicut pater meus facere percepit, ita patris sicuti matris et ab hoc die, maneat iure perpetuo sepe dicto monasterio. Et hoc nostrum factum firmum permaneat. Si autem aliquis, de parte uel extranea, contra hoc nostrum factum ad rumpendum uenerit uel uenero, qualiscumque persona fuerit, sit maledictus et excommunicatus, careat uisu, auditu, fiat surdus et mutus, et cum Iuda traditore Domini in inferno cruciatus, ac pro ausu temerario predicto monasterio pectet D^{os} solidos et quantum in calumniam miserit, duplo uel triplo in simili loco componat.

Facta karta testamenti donationis et confirmationis era M^{a} CC^{a} XVIII^{a} kalendas maii. Nos supra nominati in hac carta testamenti quam fieri iussimus manus nostras roboramus *[sig.]*.

Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Arias ts., Petrus Arie miles cf., Lupus Nuniz cf., Pelagius Nuniz cf., Fernandus Nuniz cf., Nuno Iohannis cf., frater Dominicus cf., frater Martinus magister cf., frater Pelagius Maurus cf., Pelagius Iohannis qui uidit et audiuit cf.

Tumbo II, fol. 46 r. y v.

89

A. 1180, Mayo 1 P.

DE UILLA INSULA

Ego Dominico Didaci et Iohannes Didaci et Pelagius Didaci et Iohannes Didaci et heredes sui dederunt fratribus Superaddi suam hereditatem de uilla Insula que ad eos conuenit pro XXX[a] VI solidos et in robore una taleiga de milio. Sub era millesima CC[a] XV[a] III[a] kalendas maii.

Tumbo II, fol. 46 v.

90

A. 1168, Enero 19 P.

DE INSULA

Ego Pelagius Fernandi et uxor mea Maria Pelagii et omnis uocis nostre, facimus cartam uenditionis de hereditate nostra propria, quam habemus uel habere debemus in uilla que dicitur Insula et fuit de patre ac matre et cuiusdam mulieris nomine Gonza, sexta de uno casale et VI[a] de alio, et dedistis mihi precium [pro] illis casalibus X solidos, ut ab hac die maneant iure perpetuo apud monasterium Superaddum.

Era millesima CC[a] VI, XIIII kalendas februarii.

Tumbo II, fol. 46 v.

91

Sin fecha, P.

DE CAHEYRA

Ego Marina Roderici una cum filio meo Petro Franco de Caheneyra et omnis uocis nostre, facimus pactum et placitum in solidos C^{m} roboratum de nostra hereditate quam habemus in Cahneira, ut fratres Superaddi teneam eam tali pacto, ut filius meus Petrus uiuat in illa dum uita uixerit, et non uendat nec subpignoret eam nec accomodet nullo homini, et si semem non habuerit ab obitum suum relinquat eam Superaddo iure perpetuo. Fratres uero uero *(sic)* debent eum adiuuare in uictu et uestitu et protectione, ita in uita quomodo in morte, ad morandum cum eis secundum cum hordo noster permiserit, nobis uendere, nobis subpignorare debet. Et hoc nostrum factum maneat semper firmum.

Tumbo II, fol. 46 v.

92

Sin fecha

DE LINARE DE RIAZOO

Ego Nuno Iohannis et Petrus Iohannis damus fratribus Superaddi nostram porcionem de linare de Riazoo, et fuit testatio de Golmaro, quam atestauit Sancte Marie de Kasdanaya pro XX^{i} denariis.

Ego Marina Iohannis et filii mei Iohannes Roderici et Christina et Marina damus nostram porcionem pro XXII solidos.

Tumbo II, fol. 46 v.

93

Sin fecha

DE INSULA

Ego Petrus Gordo et filia mea Maria et uir suus Munio Iohannis et omnis uocis nostre, damus per cartam uenditionis fratribus Superaddi, nostram porcionem de uilla Insula cum omni sua directura pro precio scilicet XIII solidos, et est nominata porcio unius casalis et IIII^{a}, et de alia medietate duas octauas et media.

DE INSULA

Ego Froila presbiter, filius Pelagii Froile, do meam porcionem de uilla Insula pro II solidos, et [± 18] dedit suam porcionem in uilla Insula, pro remedio anime sue.—Hereditas de Petro Cahneyra de uilla Insula quam tenemus in pignore pro XII solidos, Nuno Coyra dedit ei solidos VII et fratres V solidos.

DE INSULA

Ego Pelagius Cahneyra dedi⟨t⟩ fratribus Superaddi suam porcionem trium leirarum in uilla Insula pro II solidos, et sua soror Mancha dedit suam porcionem in uilla Insula pro remedio anime sue.

DE UILLA NUNI ET DE INSULA

Ego Petrus Ramiri et presbiter dono meam porcionem de uilla Nuni, et omnium gentium mearum pro III^{i} solidos et II° quartarios de centeno et de IIII^{or} leiras et tota alia mea porcio et de mea gente de uilla Insula misit eam in pignore pro III solidos ut teneant eam III annis de ianuario in ianuario.—Mulier de Róderico Didaz dedit Sancte Marie Superaddi una leira sub ripa pro remedio anime sue.

DE INSULA

De Reirigu de Insula. Ipse habuit III filios nomine eius: Petrus Reiriguiz et Didacus Reiriguiz. De Petro Reiriguiz nati sunt Iohannes Petri et Pelagius Petri.

Ego Iohannes Petri dono meam porcionem pro media de una equa et pro uno boue, hec est tercia integra.—[D]e Didaco Reirigo nati sunt Iohannes Didaci, et ipse Iohannes Didaci dedit suam porcionem pro precio V solidos et pro uoce unius hirci quem furatus est fratribus de Fahenti. Et est pernominata IIII^{a} porcio de hereditate Didaci Reiriguiz.

De Pelagio Reiriguo natus Didacus Pelagii. Accipe suam III^{a} de Pelagio Reiriguiz insimul cum III^{bus} quartis que remanent hereditatis de Didaco Reirigo, et diuidant eam VIII° filii de Didaco Pelagii inter se. Et de ipsis VIII° filiis habemus inde porcionem de Aragunti Didaci et de uxore de Petro Saluadoriz pro animabus eorum. Et Iohannes Didaz dedit fratribus terciam partem hereditatis de Didaco Pelagii, hec est medietas integra.

DE INSULA

Ego Munio Manaa et uxor mea Maria, filia de Petro Gordo, damus atque concedimus nostram porcionem de uilla Insula, de illo casale de Petro Gordo, IIII^{a} integram et aliarum trium partium suam porcionem, quantum conuenit inter suos heredes pro precio scilicet XIII solidos.

Tumbo II, fols. 46 v.-47 r.

94

Sin fecha

DE PETRA ALBA ET DE CORUOS

Ego Pelagius Petri et uxor mea Maria Pelagii damus nostram porcionem dos Coruos, IIII^{a} porcionem pro L^{a} solidos et in robore I^{o} sesterum annone. Iohannes Lana dedit XXX^{a} solidos, et fratres de Faenti XX^{i} solidos.—Ego Petrus Fernandi et uxor mea Marina Roderici et omnis uocis nostre damus pro animabus nostris Superaddo, nostram porcionem de agro de Petra Alba.

Tumbo II, fol. 47 r.

95

Sin fecha

DE HEREDITATE DE AUTEYRO

Ego Dominicus Pelagii et presbiter, filius Pelagii presbiteri de Autario, dono in pignore meam porcionem de Autario, medietatem mee porcionis, pro duobus panibus, et sunt IIII^{or} anni pro X solidos et in fossadeyra I solido.

Tumbo II, fol. 47 r. y v.

96

Sin fecha

DE UILLA INSULA

Ego Pelagius Faba et germana mea Marina Grande et omnis uocis nostre, damus Sancte Marie Superaddi pro animabus nostris, nostram porcionem de uilla Insula cum omni sua directura, intus et foris.—[S]imiliter dono ego Ueremudus de Kangas totam meam porcionem pro remedio anime mee de Uilla Insula intus et foris.—[S]imiliter ego Maria Ferraria, uxor de Dominico de Autario, dono meam porcionem de uilla Insula, pro remedio anime mee, Sancte Marie Superaddi et in robore accepi unam ouem.

Tumbo II, fol. 47 v.

97

A. 1192, Enero 1 P.

DE CAHNEYRA

Era millesima CC XXX^{a} et quodum kalendas ianuarias. Ego Lupus Nuniz dono atque concedo, pro remedio anime mee, monasterio Superaddi, meam porcionem hereditatis de Cahneyra et est porcio nominata IIII^{a} integra de uoce patris mei Nunonis Coyre. Qui presentes fuerunt: Frater Martinus magister, frater Petrus Froile.

Tumbo II, fol. 47 v.

98

A. 1163, Enero 1 P.

DE CANARIA

[Christus]. In Dei nomine, Ego Heldoncia Petri, tibi Iohanni Petri et tue uxori Sanciae Fernandi, in Domino Deo eterno salutem amen. Ideo placuit mihi bone pacis uoluntate, ut facio ego Heldoncia Petri, tibi Iohanni Petri et uxori tue Sancie Fernandi, kartam uenditionis, sicut et facio, hereditatis mee proprie quam habui ex patre meo Petro Lana, siue de auolentia siue de ganantia, quantam habui inter meos fratres, IIII[a] integra per terminos suos et locis antiquis, kasas, kasales, terras cultas et incultas, petras mobiles et inmobiles, cursus aquarum, sedes molendinorum, accessum uel recessum, siue quantum omne est ad prestandum. Et iacet ipsa hereditas in loco dicto Canaria, de Maurelo a aiusu discurrente ad aulam Sancti Iacobi, inter duos montes quos uocant Monte Roso et Sumio, regnante domino rege Fernando in Legione et Gallecia. Episcopus Iohannes Lucensis, archidiaconus Petrus iudex, et accepimus de uobis precium XII solidos bone monete, precium quod nobis et uobis bene placuit, et de ipso precio aput uos nichil remansit indebitum set completum est. Inde est quod, ab hac die et tempore, de meo iure sit abrasa et in uestro iure ac dominio tradita atque confirmata et uestra perpetim habitura. Et si aliquis homo ad dirumpendum uenerit uel uenerimus, pariant ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et quantum a uobis fuerit meliorata.

Facta kartula uenditionis quod est quotum die kalendas ianuarias. Petrus ts., Fernandus ts., Munio ts. Era millesima CC I[a].

Tumbo II, fol. 47 v.

99

A. 1063, Enero 1 P.

DE AMO⟨RA⟩RIA

[Christus]. In Dei nomine. Ego filius Petri Luz, tibi Iohanni Petri Iohanni Petri *(sic)* facio in Domino Deo eterno salutem amen. Inde est quod placuit mihi bone pacis uoluntas, ut ego filius de Petro Luz, tibi Iohanni Petri, kartulam uenditionis sic facimus de hereditate nostra pro-

pria quam habui patris mei Petri Luz siue de auolentia siue de ganancia, scilicet medio de ipso kasale de Amoraria, medium de ipso kasale per suos terminos et locis antiquis, accessum uel recessum, uel omne quod est ad prestandum. Et accepi hereditatem in loco cui dicunt Sendin, discurrente ad aulam Sancti Cipriani, inter duos alpes: Monte Roso et Sumio; et accepimus de uobis precium VI denarios, una capa parda et XII denarios, precium quod nobis bene placuit, et de ipso precio apud uos nichil remansit indebitum set omne completum est, ita ut de hodie de nostro iure sit rasa et in uestro iure et dominio tradita atque confirmata et perpetim habitura.

Facta karta uenditionis quod est quotum kalendas ianuarias, era I[a] C I. Petrus ts., Pelagius ts., Munio ts.

Tumbo II, fols. 47 v.-48 r.

100

A. 1120, Noviembre 6 P.

DE CANARIA

[Christus]. In Dei nomine. Ego Iulia Suilaz, tibi Ramiro Moninci et uxori tue Goine Pelagii in Domino Deo eterno salutem, amen. Inde est quod placuit mihi bone pacis uoluntate ut facerem tibi Ramiro Moninci et uxori tue Goyne Pelagii kartulam uenditionis, sicut et facio, de hereditate mea propria quam habeo, auorum et parentum meorum, uel de ganantia; et iacet ipsa hereditas in territorio Dorue, uilla uocitata Canaria et Amonegia, concurrente ad aulam Sancti Saluatoris de Uilla Nuni; do eam uobis atque concedo cum omni iure suo, et accepi de uobis precium unam uaccam et unam pellem cordariam mulierile et unum porcum et VII[em] quartarias de secunda, precium quod nobis bene complacuit; et de ipso precio apud nos nichil remansit indebitum, set omne completum est, ita ut a presenti die et tempore sit ipsa hereditas de meo iure ablata et in tuo iure tradita. Habeatis illam tam uos quam omnis posteritas uestra in perpetuum, amen. Si quis tamen, quod fieri minime credo, contra hanc cartam uenditionis ad dirumpendum uenerit uel uenerimus, pariant uobis ipsam hereditatem duplatam uel triplatam, uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura.

Facta karta uenditionis die quod est VIII idus nouembris, era M[a] C L VIII. Petrus ts., Iohannes ts., Munio ts., Fernandus Iacobita scripsit.

Tumbo II, fol. 48 r.

101

A. 1122, Octubre 9 P.

DE SANCTO TYRSO

[Christus]. In Dei nomine, Ego Hero Riquiaz et uxor mea Azenda Gondiuayz tibi Petro Lane et uxori tue Heylo Godesteici in Domino Deo eterno salutem amen. Ideo placuit mihi bone pacis uoluntate ut facerem tibi Petro Lane et uxori tue Heylo Godesteici cartulam uenditionis sicut et facimus, de medietate de uilla Uillare de Sancto Tysso, do uobis atque concedo, intus et foris, et siue quantum homini est ad prestandum in ipsa hereditate de Uillar, medietatem do uobis; et accepi de uobis precium una uacca, scilicet, apreciata in VIIII^{em} modios et una capa et I^{m} modium de centeno et unum sextarium salis et duas ouelias, precium quod mihi bene placuit; et de ipso precio nichil remansit indebitum, set omne completum est; et ita ut ex presenti die et tempore sit ipsa hereditas de iure meo abrasa et in uestro dominio et iure tradita atque confirmata. Habetis illam liberam et quietam et omnis posteritas uestra post uos usque in seculum, et una leyra de Cancelada integra. Si quis tamen, quod fieri minime credimus, contra hanc cartulam uenditionis ad dirumpendum uenerit uel uenerimus, pariat uobis ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et quantum a uobis fuerit meliorata, et uos perpetim habituram.

Facta kartula uenditionis die quod est quotum VII° idus octobris, era M^{a} C^{a} LX. Ego Hero Riquiaz legere audiuimus et manus nostras in hac kartula uenditionis roboramus *[sig.]*. Adefonsus ts., Pelagius ts., Ero ts.

Tumbo II, fol. 48 r. y v.

102

A. 1160, Febrero 23 P.

DE CANARIA

[Christus]. In Dei nomine, ego Heldoncia Petri, que sum filia de Petro Lana, uobis germano meo Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi, in Domino Deo eternam salutem, amen. Placuit mihi bone pacis

uoluntate ut faceremus uobis Iohanni Lane kartulam uenditionis, sicut et ego facio, de hereditate mea propria quam habeo de meo patre Petro Lana et matris mee Heluira Nuniz atque acquisitionis mee. Et iacet ipsa hereditas in territoria Dorra, subtus castro de Monegia, pernominata Canaria, sub aula Sancti Iacobi de Amonegia, discurrente riuulo Ulia. Ego Heldoncia Petri do uobis quantum ibi habeo in ipsa uilla Canaria; quantum ibi habuit meus pater et mater mea et mei aui, tam de acquisitione quam comparatione, siue cum illa leyra quam pater meus ganauit uel acquisiuit in illa uilla de Mourele, siue etiam cum illis agris de Canales, ab illa uilla de Mourele Aluiu, habeas tu, firmiter usque in finem secula cuncta amen, ubicumque illam potueris inuenire, per terminos suos et loca antiqua. Et accepi proinde in precium solidos X IIII et unum ceramen uiado et unam pellem cordariam et VII cubitos de lencio et unam camisiam, precium quod nobis et uobis bene complacuit. Et si aliquis homo de mea parte uel extranea istam kartam ad dirumpendum uenerit uel uenerimus, pariant uobis ipsam hereditatem duplatam uel triplatam uel quantum a uobis fuerit meliorata, et uos perpetim habitura.

Facta karta uenditionis die quod erat VIII° kalendas marcii, era M^{a} C^{a} LX^{L}VIII. Ego Heldoncia Petri uobis Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi in hac carta uenditionis manus nostras roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Petrus ts., Pelagius ts.

Tumbo II, fol. 48 v.

103

A. 1165, Febrero 22 P.

DE CANARIA

[Christus]. In Dei nomine. Ego Azenda Martini tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi, facio kartam uenditionis de hereditate mea propria quam habeo patris et matris mee et auorum meorum, et iacet ipsa in territorio Dorra, subtus castro de Amonegia, uilla pernominata Canaria de Iusaa et iacet sub aula Sancti Iacobi de Amonegia; do uobis quantum mihi atinet uel competit inter meos fratres uel heredes, ubicumque illam potueritis inuenire, per suos terminos et loca antiqua, et accepi de uobis precium solidos XIIII^{or} et una tunica uel saya, precium quod nobis et uobis bene complacuit, habeatis ipsam iam dictam hereditatem in secula cuncta. Si aliquis uero homo ex parte mea uel extranea istam kartam ad dirumpendum uenerit uel uenerimus, pariant uobis

ipsam hereditatem duplatam uel triplatam uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura.

Facta karta uenditionis die quod erat VIII° kalendas marcii, era M[a] CC III. Ego Azenda Martini uobis Iohanni Lane et uxori uestre Sancie Fernandi in hac karta uenditionis manus nostras roboramus *[sig.]*.

Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Fernandus ts., Petrus ts., Michel cf.

Tumbo II, fols. 48 v.-49 r.

104

A. 1172, Marzo 1 P.

DE FERRAYRUS

[Christus]. In Dei nomine. Ego Marina Nora cum filiis meis Petro et Pelagio Marina et Gontina, tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi in domino Deo eterno salutem amen. Placuit nobis pro bone pacis uoluntate ut faceremus tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi kartam uenditionis, sicut et facimus de propria mea hereditate quam habeo de patre meo Pelagio Barragan et de mea ganancia et auorum meorum, tam de conparato siue de contramuttato. Iacet autem ipsa hereditas inter monte Magale et Monte Roso, uilla uocitata Ferrayrus, que iacet sub aula Sancti Cipriani martiris, discurrente riuulo Ulia; damus uobis quantum ibi habemus de ecclesario et laicario omne ius nostrum, quantum nobis atinet ubicumque eam inuenire potueritis per terminos suos et loca antiqua. Et accepimus pro illa in precium XX[i] V[e] solidos in denariis probate monate, precium quod nobis et uobis bene complacuit, et de ipso precio apud uos nichil remansit indebitum; habeatis uos et posteritas uestra usque in sempiternum. Et si aliquis homo ex parte nostra uel extranea ad irrumpendum uenerit uel uenerimus, pariant uobis ipsam hereditatem duplatam uel triplatam uel quantum uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura.

Facta karta uenditionis die quod erit quot kalendas marcii, era M[a] CC[a] X[a] [± 6]. Ego Marina Nora una cum filiis meis Petro et Pelagio, Marina et Gontina tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi in hanc kartulam uenditionis manus nostras roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Pelagius ts., Petrus ts., Fernandus ts., Fernandus peccator scribsit.

Tumbo II, fol. 49 r.

105

A. 1163, Febrero 22 P.

DE LAMA MALA

[Christus]. Sub Christi nomine. Ego Petrus Rubicundus de Ansar et uxor mea Eldara, tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi, facio kartam uenditionis de una leyra terre quam habeo de mea ganancia et iacet sub aula Sancti Cipriani, ubi dicunt Lama Mala et est in seminatura IIIes sexteiros, et accepi pro illa VIIes solidos bonorum denariorum, precium quod nobis set uobis bene complacuit. Et si aliquis homo de parte mea seu extranea ad dirumpendum uenerit uel uenerimus, pariat uobis ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et quantum ipsa leyra a uobis fuerit meliorata, uosque eandem perpetim habituram.

Facta karta uenditionis die quod est quotum VIII° kalendas marcii, era M^{a} CC I^{a}. Ego Petrus Rubicundus et uxor mea Heldara tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi in hac karta uenditionis manus nostras roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Petrus ts., Munio ts.

Tumbo II, fol. 49 r. y v.

106

A. 1163, Abril 24 P.

DE SINDINE ET DA MOREYRA

[Christus Alfa]. Sub Christi nomine. Ego Petrus Causa Mala, tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi facio kartam hereditatis mee proprie quam habeo ex patre meo et matris mee et mee ganancie, atque auorum meorum, que iacet in territorio Asma et in territorio Dorra, inter monte Niuego et Monte Roso, uilla uocata Sindini, iacens sub aula Sancti Cipriani et Sancte Marie de Oliueto, et est nominata de ipso kasare da Moreira medietas integra ubicumque illam poteritis inuenire,

suis terminis et locis antiquis; et accepit proinde in precium unam capam apreciata in X^{cem} solidos et I solido de bonis denariis, precium quod nobis et uobis bene placuit, et de ipso precio apud uos nichil remansit indebitum. Si uero aliquis de nostra parte uel extranea hoc nostrum factum adirumpendum uenerit uel uenerimus pariant uobis ipsam hereditatem duplatam uel triplatam seu quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura.

Facta karta uenditionis die quod erat VIII° kalendas maii. Ego Petrus Causa Mala tibi Iohanni Lane et uxori uestre Sancie Fernandi in hac karta uenditionis manus nostras roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Petrus ts., Rodericus ts. Era M^{a} CC^{a} I.

Tumbo II, fol. 49 v.

107

A. 1172, Abril 24 P.

DE SINDIN ET DE FERREYROS

[Christus Alfa y Omega]. In Dei nomine. Ego Iohannes Didaci, qui sum filius Didaci Guimare et Exemene Petri de Fratee, tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi in Domino Deo eterno salutem amen. Placuit mihi bona pacis uoluntate ut facerem tibi Iohanni Lane et uxori tue Sancie Fernandi kartam uenditionis sicut et facimus de hereditate mea propria quam habeo de meo patre Didaco Guimare, quam habuit sui patris et sue matris atque auorum suorum, tam de ganantia quam de comparatione siue de commutatione, et iacet ipsa hereditas in territorio Asma et Dorra, inter duos montes Niuego et Monte Roso, uilla uocitata Sindin et alia ubi dicunt Ferreiros, et iacet sub aula Sancti Cipriani; do uobis de quanto pertinet patri meo Didaco Guimare ecclesiastice iuris et laicalis et de ganantia auorum III^{a} integra per ubicumque illam potueritis inuenire, suis terminis et locis antiquis. Et pro ipsa hereditate accepimus precium ego Iohannes Petri cum sorore mea Exemena Petri, qui uenimus in sua uoce, Iohannis Petri XXX^{a} solidos denariorum bonorum, precium quod nobis et uobis bene complacuit. Et de ipso precio apud uos nichil remansit paccandi, habeatisque uos firmiter usque in secula cuncta. Si autem aliquis homo ex parte nostra uel extranea ad irumpendum uenerit uel uenerimus, quomodo pariant uobis ipsam here-

ditatem hoc est duplatam uel triplatam, seu quantum a uobis fuerit meliorata uosque eam perpetim habitura.

Facta karta uenditionis sub era M[a] CC[a] X[a] et quotum VIII kalendas maii. Ego Iohannes Petri qui uenio in uoce mei sobrini Iohannis Didaci et Exemene Petri que sum aia mater uobis Iohanni Lane et uxori uestre Sancie Fernandi in hac karta uenditionis manus nostras roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Iohannes ts., Rodericus ts.

Tumbo II, fols. 49 v.-50 r.

108

Sin fecha, P.

GENEALOGIA SARRACENORUM SANCTE MARIE SUPERADDI

Frater Pelagius Ribeira duxit de Portugalia Ali petrarium; et ipse maurus habuit uxorem nomine Zamoranam et genuerunt filios et filias, Marinan Suarit et Petrum Gil et Thomam et Iohannem Gateira, et iste Iohannes natus est de alio mauro nomine Mafumate quem duxerat fater Pelagius de hospicio. De Marina Suarii et de Adam natus est Petrus Adam, ferarius, de alio marito Iohanne Petri, dictus Galafri, qui fuit filius de Mafumate quod duxit abbas Martinus furnario natus est Iohannes Iohannis et Fernandus Iohanni scilicet anbo ferrarii. De alio homine habuit unam filiam quam uocauit Mariam de Ganantia. De Petro Gil pelitario natus ⟨est⟩ Iohannes Petri ferrarius et Ouxuana, uxor de Iohanne Gateira. De Thoma pelitario nata est Maria Thomas, uxor de Dominico, teixilano. De Iohanne Gateira, pelitario, nata est Marina Iohannis, dicta Gateira, et alia filia nomine Miragla. Thomas antequam baptizaretur, uocabatur Gali et Petrus Gil Papum, et Iohannes Gateira, Mosarichi. Ista est generatio de Ali, petrario, et de uxore sua Zamorana. Frater Menendus Uelasquit emit Ali Muogo, textor, qui postea dictus est Laurentius in baptismo. De isto et de uxore sua Stephania natus est Iohannes Laurentii, textor, et Uitalis Laurentii, textor, et Lupa. De Iohanne Laurentii et de uxore sua Maria Martini, filia de Bofada, natus est Micahel et alius paruulus. De Uitale et de uxore eius Maria Petri, filia de Petro Nigro de Faro, qui fuit filius de Mafumate, natus est Iohannes Amorosu et alia filia paruula. De Lupa et de marito suo Laurentio, nate sunt tres filie, et de Matheo nati sunt duo filii Iohannes et

alia paruula.—De Mafumat, quem duxit abbas Martinus secum, natus est Petrus Petri de Faro, dictus Nigrus, et uocabatur ante babtismum Oleias, et Iohannes Petri Ferra, qui uocabatur Galafre, et Mateus qui dicebatur Zaquti.—De Petro Nigro de Faro, natus est Petrus Petri de Faro et Maria Petri, uxor de Uitale.—De Iohanne, ferrario, et de Marina Suarit, quod superius diximus. De Matheo quem superius diximus. Ista est casada de Mafumeti furnario.—Domnus Didacus Uelasquit duxit Pedruchi, petrarium, et iste genuit Martinum Porra, qui ante babtismum uocabatur Lupi, et fuit filius de una muliere que uocabatur Cornadessa. Iste Martinus Porra habuit uxorem galegam de ingenuo genere, et genuit ex ea Marian Martini et Petrum et Iohannem et aliam paruulam.—Fratre Menendus Uelasquit duxit Ciprianus Dente, qui post baptismum ita dictus est, et habuit uxorem nomine Maiorem, sic post babtismum uocatam, et genuit Onegam Cipriani et Mariam Cipriani, Mariolam cognomento.—De Maria Cipriani natus est Iohannes, teixilanus, et Maria Petri, uxor Petri Iohannis, furnarius de Reparade, et Orracha Petri, uxor de Martino de Feria, galego.—Frater Menendus Uelasquit emit Ali Gurdu in uilla de Touru, et iste Ali habuit uxorem nomine Fatima Regannada, et ambo pagani mortui sunt; habuerunt tamen unam filiam nomine Hobonam, que post babtismum uocata est Maria Iohannis, et unum filium cui inposuerunt in babtismo nomine Michael.—Hobona habuit maritum nomine Ualentiam, qui in babtismo Martinus Pelagii uocatus est, et habuerunt duos filios et unam filiam. Dominicus Martini, teixilanus, et Maria Martini et Iohanninus Martini.—Dominicus habuit uxorem, filiam de Thomas, et genuit unam filiam: Maria Dona, uxor de Iohanne Fernandit, carpentarii. Iohannes Fernandi, carpentarius, iermanus de Martino Porra, fuit filius de Pedruchi et de Axilina, qui in babtismo Mariam Petri uocata est; et ista Maria Petri habuit unam filiam nomine Mariam Iohannis, filiam de Iohanne Palunbo, petrario galego.—Bofada et uxor sua Zeina fuerunt de patre donni Petri Uele, et dederunt illos fratribus Superaddi sui filii de domno Uela et Uelascus Fernandi de Portugal; iste Bofada genuit tres filios: Eluira Arie et Martam Martini et Laurentium. De Eluira et de Martino, uitrario, natus est Iohannes de Deus et Petrus Belu et Iordanus; de alio homine nomine Iohanne Caluo, carpentario galego, nati sunt duo filii.—De Maria Martini natus est Fernandus et Michael et Petrus Dunzel.—De Laurentio nate sunt tres filie: Amorossa et Maria et alia.—De Petro Ordonii nata est Maria Ordonii, et isto Petro Ordonii dederunt cartam ingenuitatis, set non filie.—De Maria Ordonii, natus est Fernandus Munit, filius de Munione Argeiru, galegu.—De Fernando Nigro qui prius uocatus est Mafumate, natus est Martinus Fernandi et Eluira Fernandi.—De Eluira Fernandi

natus est Petrus de Meira, filius de patre galego. De Martino Fernandi et de una muliere de Regaria et galega, natus est unus puer paruulus. De Mafumate, texilano, qui in babtismo uocatus est Martinus Menendi, quique etiam postea conuersus factus est, nata est Marina Broca. De ista Marina nata est Maria Petri, filia de uno homine galegu, et alia filia de Iohanne Galafre, ferrario, et alia filia de alio patre galegu, et uocatur ipsa filia Zebula.—Iohannes Zada, zarpentarius, uenit de Portugalia et habuit unum filium de muliere galega, et uocatur Petrus Maurus. Petrus Lufas, sutor, fuit filius de Orracha Uetula et genuit Iohannem Petri, sutorem, et Martinum et Michahelem et Mariam Petri. Isti fuerunt filii de supradicto Petro Lufas et de matre galega. De Hahanxi et de Zeina natus est Guilelmus Arias. De Guilelmo Arias et de una galega, nata est Serra, et Iohannes Guilelmi et Petrus Guilelmi.

(De letra moderna): Esta es una memoria de varios esclavos que los Principes fundadores y reedificadores, y mas Donatarios dieron a este Monasterio de S. Maria de Sobrado, para labrar y beneficiar las tierras del Monasterio que como en Hespaña auia tantas guerras y escaramuzas con los moros, de los que cogian en ellas y quedaban esclavos, hacian tambien donación, y como hacienda del monasterio se pone aqui su memoria y estos esclauos habitaban estos lugares junto al Monasterio, y se casaban y muchos de ellos tomaban y exercitaban algunos officios como herreros, zapateros y otros tales porque no todos eran necessarios para las labores del campo. Y para el monasterio eran vtiles en otros ministerios.

Tumbo II, fols. 50 r.-51 r. (el 51 v., en blanco)

109

A. 1226, Marzo 2. Alfonso IX

DE LEPORARIO

Quam certa res est tam fragilis quam putribilis. Iccirco ego Adefonsus Dei gratia rex Legione et Galletie instrumentum incautationis burgi de Leporario necnon et donationis regie uocis in eodem burgo et in terminis eius monasterio de Superaddo facte a bone memorie rege domno Fernando, patre meo, ad perpetuam rei memoriam et ut donatio ipsa robur obtineat perpetue firmitatis et confirmationis, sub bulla plumbea,

de uerbo ad uerbum feci presentibus adnotari. Tenor autem instrumenta incautationis et donationis predictarum est iste: *Karta de domno rege Fernando et filio eius.*

KARTA DE DOMINO REGE FERNANDO ET FILIO EIUS

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Quam catholicorum regum est sancta loca et personas religiosas diligere ac uenerari et pro earum meritis amplis ditare muneribus ac largis ampliare beneficiis, ut dantes temporalia eterna ualeant adipisci. Iccirco ego rex domnus Fernandus una cum filio meo rege domno Adefonso incauto Deo et Sancte Marie de Superada, et uobis domno Fernando abbati eiusdem loci et omni conuentui et successoribus ibidem cohabitantibus, quicquid habetis et habebitis in burgo de campo Leporario uel in terminis eius, et do et firmiter concedo, uobis quicquid in ipso predicto burgo et in terminis eius ad regiam pertinet, uocem, tan caritellum quam auliciam siue uocem cum omni fiscu regali et cum omnibus regalibus directuris per suos terminos et diuisiones antiquas, sicut diuiditur per ipsum pontem de Furelos et per Ollarios et per terminos de Herosa et per portum de Bouibus et per portum de Paambra et per terminos de Uasadria et per Pinol et inde per Uimianzum, sicut redit ad prenominatum pontem, sicut concluditur mons Leporarios cum omni giro suo. Hanc autem incautationis et donationis incartationem facio ob remedium anime mee et parentum meorum et pro bono seruicio quod in ipso prefato monasterio iugiter Domino exhibetur, cuius partem Deo largiente desidero promereri. Si quis igitur tam de meo genere quam de alio, hoc factum meum irritare uoluerit, iram Dei omnipotentis habeat et cum Iuda in inferno perpetuo particeps fiat et quicquid de his, que uobis concedo, per uiolenciam inuaserit, predicto monasterio in triplum persoluat, et pro temerario ausu et diruptionem regii facti V^{e} M^{a} solidos regie parti pectare cogatur, karta autem cunctis diebus firma ac stabile permanente. Que facta est apud Zemoram VI^{to} kalendas octobris, sub era M^{a} CC^{a} XX^{a} III^{a}. Regnante rege domno Fernando Legione, Galletia, Asturiis et Extremadura. Ego rex domnus Fernandus una cum filio meo rege Domno Adefonso hoc scriptum, quod fieri iussi, proprio signo roboro et confirmo. Petrus Compostellanus archiepiscopus cf., Adefonsus Auriensis episcopus cf., Rudericus Lucensis episcopus cf., Rabinadus Minduniensis cf., Bertrandus Tudensis episcopus confirma, Bertrandus Tudensis episcopus cf. *(sic)*, Fernandus Astoricensis episcopus cf., Manricus Legionensis episcopus cf., Rudericus Ouetensis episcopus cf., Willelmus Zemorensis episcopus cf., Vitalis Salamantinus episcopus cf., Petrus Ciuitatensis epis-

copus cf., Arnaldus Cauriensis episcopus cf. *[Sig. rodado de Fernando II.]*

Comes Petrus dominans in Asturiis et Salamanca et Ciuitate Roderici cf., comes Gomez in Trastamaro et Monte Nigro ac Monte Roso cf., comes Adefonsus in Astorica et Bergido cf., Rodericus Lupi domini regis maiordomus cf., Poncius Uele domini regis signifer cf., Veremudus Aluari dominans in Limia cf., Fernandus Gascon in Maiorica cf., Fernandus Arie in Castrelo de Ueiga et Uilla Regis cf., Pelagius Tabladellus cf., Odoarius dictus Triladus, Fernandus Osorii cf., Pelagius Subredina cf., Lupus de Mena cf.,

Petrus Uele Compostellanus archidiaconus et domini regis cancellarius scribi fecit et cf., Froila per manum domni Petro Uele scripsit et cf., Magister Bernardus domini regis notarius per manum domni Petri Uele cf.

Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei, ausu temerario, contrahire; quod si presumpserit iram Dei omnipotentis et regiam indignationem se nouerit incursurum, et in penam sue temeritatis eidem monasterio mille morabetinos exsoluat. Carta nichilhominus in suo robore permanente.

Datum apud Fresnum Uetulum era M^{a} CC^{a} LX^{a} IIII^{a} et quot VI° nonas marcii. *[Sig. rodado de Alfonso IX.]*

Bernaldo existente Compostellano archiepiscopo, Iohannes Ouetensis episcopo, Roderico Legionensis episcopo, Petro Astoricensis episcopo, Laurentio Auriensis episcopo, Stephano Tudensis episcopo, Martino Mindoniensis episcopo cf., Micahele Lucensis electo cf., Martino secundo Cemorensis episcopo cf., Gundisaluo Salamanticensis episcopo cf., Lombardo Ciuitatensis episcopo cf., Geraldo Cauriensis episcopo cf.

Infante domno Petro maiordono domini regis tenente Legionem, Taurum et Zamoram, Extrematuram et Trasserra cf., donno Martino Sancii, signifero domini regis tenente Limiam et Sarriam et Thoronium cf., domno Roderico Gomez uasallo regis, tenente Transtamar, Montem Nigrum et Montem Rosum, dono Roderico Gunzaluez tenente Asturias cf., domno Roderico Fernandet de Ualdorna tenentem Astoricam et Maioricam, domno Aluaro Roderici tenente Infantaticum cf., domno Petro Petri magistro scolarum Auriensis canonico et Compostellano existente domini regis cancellario, de cuius mandato Dominicus Fortunii de Benauento scripsit.

Tumbo II, fols. 52 r.-53 r.

110

A. 1164, Marzo 28 P.

DE LEPORARIO ET RODERICO MONICI ET DE [U]XOR

Sub Christi nomine, ego Rudericus Moninci et uxor mea Guntrode Pelaz et omnis uoci nostre, cum magna cordis deuotione, pro remedio anime nostre parentumque nostrorum, tam precedentium quam sequentium, integros animos totoque consilio, nemine cogente, facimus kartulam testamenti et textum scripture firmitatis Deo omnipotenti et Beate Marie semper Uirgini ceterisque sanctis quorum reliquie recondite manent in monasterio de Superaddo et uobis patri et abbati domno Egidio ceterisque monachis ibidem Deo seruientibus, tam presentibus quam futuris, uitam sanctam ducentibus, de nostra casa propria quam habemus uel habere debemus in Burgo que uocitant Hospitale de monte Leporario cum omni suo accessu uel recessu, intus et foris, cum suas directuras, huc utraque et illuc, ut sit in iure prefati monasterii ad opus uestimentorum et uituum monachorum uel helemosinarum pauperum uel luminarium ecclesiarum usque in sempiternum diem, tali conditione ut alugario de ipsa casa habeamus nos in nostra uita, et quisquis de nobis primum obierit sua medietate de illa renda de casa sit in potestate monasterii et alia medietate obtineat qui uiuus fuerit in uita sua, et ad obitum sui liberam et quietam remaneat illa casa cum omni sua bona prefati monasterii euo perhenni et seculi seculorum amen. Ita ut ab hodierno die et tempore, de iuri nostro sit predicta casa abrasa et in uestro dominio tradita atque confirmata, habeatis eam firmiter et omnis posteritas uestra. Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de pars nostra uel de extraneis contra hoc nostrum factum spontaneum ad irrumpendum uenerit uel uenero, cuiuscumque qualitatis sit, tam ecclesiastica quam secularis persona, in primis sit maledictus et excommunicatus, et cum Iuda Domini traditore participium in eterna dampnatione, et pro ausu temeritatis predicto monasterio persoluat C^{m} morabetinos aureos et quantum in comtempsam miserit, duplet, et hoc nostrum factum maneat semper firmum.

Facta kartam testamenti et confirmationis sub die quod est era M^{a} CC^{a} II^{a}, V^{o} kalendas aprilis. Ego Rudericus Moninci et uxor mea Gon-

trode Pelaz et omnis uoci nostre, in hac cartulam testamenti, quod fieri iussimus, manus nostras proprias roboramus. Qui presentes fuerunt: Arias Petride cf., Odoarius Afonso cf., Veremudus Affonso cf., Petrus Ouequiz cf., Odoarius presbiter cf., Rodericus Afonso cf.

Et ceteri plures qui uiderunt et audierunt ts. et cf., Petrus ts., Martinus ts., Arias ts.

Pelagius qui notuit et cf. *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 53 r. y v.

111

A. 1172, Febrero 11 P.

In nomine Domini amen. Ego Rodericus Nunonis uxorque mea Guntroda Pelagii cum omnis liberis nostris, uobis abbati domno Egidio Sancte Marie Superaddi omnique conuentui eiusdem loci, facimus kartam uenditionis firmissimam in perpetuum ualituram, de illa nostra domo quam fecimus et habemus in illo hospitali Leporarii. Damus itaque eam uobis pro precio nostro tam corporum quam animarum, uidelicet, partem uestrarum orationum et beneficiorum, et insuper CC^{os} solidos bonorum denariorum, prefatam domum cum omni augmento suo omnique exitu et ortulo, cum omni uoce sua, intus et foris, in quacumque parte uel monte aut loco exeunt alie domus illius Burgi, ita et ista libere et audacter exeac in undisque in undisque *(sic)* partibus nulloque homine proibente. A modo iure hereditario eam possideatis et omne uelle uestrum ex ea faciatis. Si quis igitur tam de meis quam de alienis, contra hanc cartam irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat et pro temerario ausu parti uestre uel uoci mille solidos persoluat, et hec carta semper maneat ualida.

Facta carta apud Superaddum IIII° idus februarii. Ego Rodericus Nunonis et uxor mea Guntroda Pelagii cum omnibus liberis suis in hac carta quam fieri iussimus manibus propriis *[sig.]*. Sub era M^{a} CC^{a} X^{a}. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Arias ts., Pelagius ts., Iohannes Petri cf., Pelagius Caluus cf., Petrus Oueci cf., Froila Petri cf., Petrus Pelagii cf., Froila Froile, Arias qui notuit.

Tumbo II, fol. 53 v.

112

A. 1205, Agosto 2 P.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Fernandus Roderici miles et sorores mee Sancia Roderici et Maria Roderici, filii, scilicet, Roderici Nuniz de Uasadria, et omnis uox nostra, vobis domno Fernando, monasterii Sancte Marie Superaddi priori et uniuerso eiusdem monasterii monachorum conuentui et uoci uestre, grato animo et spontanea uoluntate, dimittimus et abnuntiamus seu quitamus uos et iam dictum uestrum monasterium de tota calumpnia qua uos calumniabamur et inquietabamur in uoce de Leboreiro que nobis pertinet ex parte iam dicti patris nostri. Promittimus, etiam, uobis quod omni tempore defendamus et amparemus uos cum hac donationem quam uobis donamus pro remedio animarum nostrarum et patris nostri parentumque nostrorum et propter etiam ut participes essemus uel simus in omnibus orationibus et beneficiis uestris in perpetuum. Quod nisi non compleuerimus, persoluamus uobis C^{m} solidos et hoc scriptum permaneat semper in robore firmum.

Facto scripto die IIII nonas augusti, sub era M^{a} CC^{a} X^{La} III^{a}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Petrus Petri monachus cf., Veremudus Ordonii monachus cf., Munio Raucus conuersus cf., Ouecus Froile conuersus cf., Petrus presbiter de Leboreiro cf., Fernandus Roderici cf., Martinus Uermuiz cf., Adefonsus Petriz cf., Pelagius Godesteiz cf., Suerius Petri de Berredo cf., Lupus sobrinus Marine Salma cf.

Tumbo II, fols. 53 v.-54 r. (el fol. 54 r., parte en blanco)

113

A. 1173, Enero 11 P.

DE BURGO DE ALPALAZ DE SANCTO TIRSSO

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Nouerit igitur presens etas omniumque sequtura posteritas, quod ego Rodericus Godestei, commendator Gallecie, iussione et consilio magistri nostri Petro Fernandi magistri Iacobitane ordinis, facimus kartam uenditionis firmissimam in perpetuum ualituram, uobis abbati domno Egidio Superaddi omnibusque

fratribus eiusdem loci, de domo nostra quam habemus et quodam milite nostro uidelicet Odoario Suaride in illo burgo Sancti Tyrsi et stat inter domum Carrezedi et domum Templariorum militum, et in fronte eius domus Munionis Falisce, et quarta integra est ab omni domo. Damus itaque eam uobis pro precio, scilicet, CCC XXX^{a} solidos bonorum Anguinorum, ut ab hac die et deinceps iure hereditario possideatis et prout uolueritis disponatis, uendatis, donetis, commutetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostre uenditionis cartam sciens contra eam temere uenire temptauerit, iram Dei omnipotentis cum apostolica indignatione incurrat. Et pro temerario ausu parti uestre uel uoci mille solidos persoluat, et hec carta semper maneat inconuulsa.

Facta karta uenditionis apud Superaddum III° idus ianuarii, era M^{a} CC^{a} XI^{a}. Et quia pene obl[i]uioni deditus fui, quod cum precio superscripto scribere debueram, non scripsi, uidelicet, quidam canis ex nobili origine qui uulgo dicitur halanus, hunc dedistis nobis et nos accepimus tamquam C solidos dedissetis. Ego Rodericus Godestei, commendator Gallecie, iussione magistri nostri Petri Fernandi in hac carta uenditionis quam facere iussi manu propria roboro. Quorum presentes fuerunt hec sunt nomina:

(1.^{a} col.) Nuno Suarii cf., Rodericus Suarii cf., Fernandus Suarii cf., Petrus Froile cf., Houecus Froile cf., Petrus Munionis, comitis filius cf., Garsia Menendi commendator militum, ubi magister non est cf., Munio Petri cognomento Falisca cf., Garsia Gundisalui cf., Pelagius Iohannis cf., Petrus cognomento Francus cf.

(2.^{a} col.) Rodericus Godestei est signum hoc gestat contra Dei inimicum cf., Petrus Fernandi magister Iacobitanorum militum cf. *[signo con espada y concha santiaguista]*, comes domnus Rodericus cf.,

(3.^{a} col.) Garsia Gundisalui cf., Pelagius Iohannis cf., Petrus cognomento Francus cf., Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts.,

[Sig.] Arias Gundisalui anotauit.

Tumbo II, fol. 54 v.

114

A. 1173, Enero 22 P.

KARTULA DE ALPALAZ

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Hec littera uera ueritatem loquetur cum fratribus nostris, cum nos defecerimus. Igitur ego Iohannes Roderici et omnis uox mea, facio cartam uenditionis firmissi-

mam in perpetuum ualituram, uobis abbati domno Egidio Superaddi omnibusque fratribus eiusdem loci, de X[a] parte omnis illius domus que fuit Hodoarii Suaridis et stat inter illam domum Carrezedi et domum militum Templi, et coram illa de alia parte casa Munionis Falisce stat, et est in illo burgo Sancti Tirsi. Do, itaque, eam coram multis legitimis testibus pro precio uidelicet C solidos bonorum denariorum quos apellabant Anghuuinus. Ab hac die et deinceps illam suprascriptam meam decimam partem uos eam habeatis et iure hereditario possideatis, uendatis, donetis, commutetis et omne uelle uestrum ex ea faciatis. Si quis igitur in futurum tam de meo genere quam de alieno hanc uenditionis cartam irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat et pro temerario ausu parti uestre uel uoci CCC solidos persoluat et hec carta semper maneat inconuulsa.

Facta karta apud Superaddum XI kalendas februarii, era M[a] CC[a] XI[a]. Ego Iohannes Roderici in hac karta uenditionis manu propria roboro. Quorum presentes fuerunt hec sunt nomina: Petrus ts., Pelagius ts., Rodericus ts., Fernandus ts.

(1.[a] col.) Abbas domnus Guterius Sancti Facundi cf., Dominicus Felicis Sancti Facundo cf., Martinus Crispus cf., Dominicus Saluatoris cf., Martinus Kalaboe cf., Mauricius cf.,

(2.[a] col.) Petrus Salma cf., Iohannes Poutam cf., P. cognomento episcopus cf., Rodericus Uetulus cf., Martinus Francus cf., Pirroth cf.

Arias Gundisalui anotauit *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 55 r.

115

A. 1174, Enero 18 P.

KARTULA DE ALPALAZ

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Quantecumque uenditionum aut donationum scripte sunt carte, ad hominum scripte sunt utilitatem, ut per recordationem earum, obliuionis incommoda non sentiant. Iccirco ego Rodericus Petri et presbiter cum filiis omnique uoce mea facio kartam uenditionis uobis abbati domno Egidio Superaddi omnibusque fratribus eiusdem loci, de illa mea casa quam habeo in illo Burgo Sancti Tyrsi, de omni domo IIII[a] integra et stat in capite supradicti Burgi et subter eam domus Nunonis Guntilli et casa Roderici Suarii

stat in fronte, ex alia parte uie francorum. Do, itaque, eam pro precio uidelicet DCC L solidos bonorum Anghuuinorum. Ab hac die et deinceps iure hereditario eam possideatis et pro ut ut *(sic)* uolueritis disponatis, uendatis, donetis, commutetis et omne uelle uestrum ex ea faciatis.

Si quis igitur infuturum tam de meo genere quam de alieno hanc uenditionis cartam irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis, cum regia indignatione incurrat et pro temerario ausu parti uestre uel uoci mille solidos persoluat et hec carta semper maneat inconuulsa.

Facta carta apud Superaddum XV kalendas februarii, era M[a] CC[a] XII[a]. Ego Rodericus Petri et omnis uox mea in hac carta manu mea roboro. Quorum presentes fuerunt hec sunt nomina: Petrus ts., Pelagius ts., Martinus ts.

(1.[a] col.) Alfonsus monachus cf., Petrus Iohannis olim prior Superaddi cf., prior Nonnus Dominicus cf., Pelagius Hospitale cf., Pelagius Caluus cf.,

(2.[a] col.) Petrus Salma cf., Iohannes Poutam cf., Petrus Bispu cf., Rodericus senex cf., Martinus Francus cf., Pirrote cf.,

Arias Gundisalui anotauit *[sig.]*.

Tumbo II, fol. 55 r. y v.

116

A. 1165, Abril 24 R. Fernando II

DE ALPALAZ

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Ego domnus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex, tibi Odoario Suarii pono in pignore illud medium casale regalengum, quod est Sancti Uicencii de Aquis Sanctis et iacet in Burgo de Alpalacio, teneas, ergo, illud de me in pignore pro L[a] morabetinos quos tibi debeo pro uno equo quem quem *(sic)* mihi uendisti et ego dedi Garsie Zapata et quando dedero tibi illos L[a] morabetinos deliberetis mihi meum casale, et si uolueris in eo facere casam, cuntes quantum ibi expenderis et ego dem tibi totum precium quod in eo opere expenderis et tu deliberes mihi ipsam meam domum sine omni interdictum. Si quis igitur prefatam domum accipere presumpserit nisi prius tibi dederit L[a] morabetinos pectet tibi uel uoci tue centum.

Facta karta in Sancto Iacobo VIII kalendarum magii, era M[a] CC[a] III[a]. Regnante rege domno Fernando Legione, Toleti, Extremadura, Gallecia et Asturiis. Ego domnus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore cf. *[sig. rodado]*.

(1.[a] col.) Petrus Mendoniensis episcopus cf., Iohannes Legionensis episcopus cf., Gundisaluus Ouetensis episcopus cf., Fernandus Astoricensis episcopus cf., Stephanus Zemorensis episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf.

(2.[a] col.) Comes Gunzaluiz maiordomus regis cf., comes Aluarus in Sarria cf., comes Pontius in Legione, comes Petrus in Asturiis, comes Ramirus in Berit cf., Ramirus Ponti signifer regis cf.

Tumbo II, fols. 55 v.-56 r.

117

Sin fecha, P. (¿1157-1188?)

DE ALPALAZ

In Dei nomine. Ego Roderico Torto una cum uxore mea Godina et cum filiis meis, uobis Munio Petriz et uxori uestre Onega Martinci, in Domino Deo eternam salutem, amen. Placuit mihi bone pacis uoluntas, nullis quoquegentis imperio nec suadentis articulo, set propria mihi accessit uoluntas, ut facerem uobis cartulam uenditionis de illa casa quam habeo in isto Burgo Sancti Tirsi de parte de mea muliere et de mea ganancia, et comparaui illam de Pelagio Luzio et de Petro Salma et de sua matre, meo precio et meis denariis in concilio Sancti Tirsi, et uendo uobis ipsa casa atque concedo totius domus ex utraque parte, de quarta medietate, de quinque octauas et mediam, et accepi precium a uobis quod mihi bene complacuit, centum XX[i] solidos de Angeuinis, et de precio apud uos nichil remansit indebito. Et in isto precio, ego Roderico Torto concedo uobis Monio Petriz aliam gananciam in ista casa, quam comparaui de Porrete, id est, VI[a] de portione de Petro Giramam. Et de precio aput uos nichil remansit indebito, ita ut de hodie die et tempore, de meo iure abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata, habeatis uos et omnis posteritas uestra euo perhenni et secula cuncta, amen. Quod si aliquis homo hunc nostrum factum irrumpere uoluerit, istam casam duplet uobis et uoci regis D[os] solidos fortis monete pariat.

Et ego Iohanne Golofe una cum uxore mea Maria Diaz, uendo uobis Monio Petriz in ista casa mea partem integram, uendo uobis et concedo et a uobis precium quod nobis bene complacuit accepi, id est XVIII solidos de Angeuenis et de precio apud uos nichil remansit indebito, habeatis, et posteritas uestra euo perhenni et secula cuncta amen. Regnante rege Fernando. Diego ts., Petro ts., Iohanne ts., Marches cf., Odoarius Suariz cf., Rodericus notuit et cf.

Tumbo II, fol. 56 r.

118

Sin fecha, P. (s. XII)

DE CASA DE ALPALAZ

In Dei nomine. Ego Toda Iohannes, tibi Munio Petriz et uxori tue Onega Martinici in Domino Deo eternam salutem amen. Placuit mihi propria mea uoluntate ut facerem tibi kartulam uenditionis de illa casa quam hebeo in isto Burgo Sancti Tirsi cum filiis de Ramiro Traela, et ganaui de uiro meo Pelagio Giramam in meas arras et concedo uobis ibi totam meam portionem, id est VI[a] de medietate de una casa; de uobis precium accepi quod mihi bene complacuit, id est L[a] solidos de Angeuinis et unos sotulares in robore, et de precio apud uos nichil remansit indebito, habeatis uos et posteritas uestra euo perhenni et secula cuncta, amen.

Tumbo II, fol. 56 r.

119

Sin fecha, P.

In Dei nomine. Ego Azenda Cayma Terra, uobis Munio Petrici, mitto meam portionem quam habeo in ista casa de Burgo in pignore super XXX[a] solidos de Angeuenis quos de uobis accepi et super facturam quam uos misistis in ipsam casam ut teneatis firmiter sine calumpnia totam meam portionem, id est, octaua de media de una casa et semper habeatis ad proficuum uestrum usque uobis reddidero istos XXX[a] solidos, et totam facturam quam misistis in ipsam casam.

Tumbo II, fol. 56 v.

120

A. 1173, Diciembre 30 P. (o 30 Mayo)

DE ALPALAZ

In era M^{a} CC^{a} XI^{a}, III° kalendas ianuarii, ego Munio Petriz, una cum uxore mea Onega Martinz et omnis uox nostra, facimus textum donationis Deo et Beate Marie et uobis abbati Superaddi nomine Egidio et omni conuentui uestro, tam presenti quam futuro, de illa nostra casa quam habemus in illo Burgo Sancti Tirsi de Palatio quam comparauimus per nostrum adheratum et definitum, scilicet, a Roderico Torto et ad Petro Giraman, dedimus C^{m} XX solidos de Angeuinis et tota nostra factura siue opus huius domus, et ad Iohanne Gulofe pro tota sua portionem XVIII solidos et nostrum opus siue factura; ad Toda Iohannes pro tota sua portione X^{La} solidos, et in robore unos sotulares et uno iantare et nostrum opus; ad Osinda Cayma terra pro tota sua portione LX solidos et nostrum opus; ad Maria Moura pro tota sua portione LXX^{a} solidos et nostrum opus; ad Roderico Mansaro pro tota sua portione X solidos et nostrum opus; ad Legegundia dedimus super sua portionem XXX^{a} solidos et nostrum opus; ad Maria Giramaa dedimus super sua portione V solidos et nostrum opus; ad Martino Beyzo super sua portione XI solidos et nostrum opus; ad Marina Salma super sua portione, nostrum opus siue factura. Et hoc est medietate unius domus, damus atque concedimus pro remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum. Ita tamen quod in uita nostra possideamus eam et per singulos annos reddamus uobis de ipsa casa unum morabitinum aureum ad illa romaria de Pascha et ad obitum nostrum uos eam habeatis liberam et quietam in secula cuncta. Si uero, ego uoluero uitam meam mutare, uos me recipiatis, ad obitum, uero, amborum sic faciatis pro nobis sicuti pro uno monacho, etiam si uoluero ire in peregrinatione, uos acomodetis mihi unam equitaturam. Si uero, quod absit, paupertas mihi euenerit, uos mihi subueniatis et quicquid deinceps lucratus fuero in hac domo, uobis do atque concedo. Si quis tamen, quod fieri minime creditis, aliquis homo de nostra parte uel de extranea ad irrumpendum uenire uel uenero, quicquid fuerit, pariat illam domum duplatam uel triplatam et pro ausu temeritatis pariat solidos mille et hoc nostrum factum semper maneat firmum.

Facta karta donationis sub era Mª CCª XIª et quot IIIº kalendas iunii. Ego iam dictus Munio Petriz et uxor mea Onega Martinizi in hac karta manus nostras roboramus *[sig.]*. Rudericus Suariz cf., Odoarius Suariz cf., Marquis cf., Petrus ts., Iohannes ts., Pelagius ts., Petrus clericus, scripsit.

Tumbo II, fols. 56 v.-57 r.

121

A. 1225, Junio 29 P.

DE ALPALAZ

In Dei nomine. Notum sit presentibus et futuris quod ego domnus Gil Oarit et uxor mea domna Maria Fernandi una cum filiis et filiabus meis, Deo et Beate Marie et omnibus sanctis Dei et uobis abbati dompno Henrico et conuentui de Superaddo, damus pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, mediam de illa casa de uilla de Alpalaz, de qua iam uos mediam habebatis ex donatione patris mei domni Oarii Suariz, et nos modo in presenti damus et iure hereditario concedimus uobis in perpetuum istam aliam medietatem quam uos tenebamus, tali pacto quod de redditibus ipsius medietatis quam nos damus omni anno bona pitancia fiat conuentui in die Sancti Spiritus de pane et uino et piscato, et ipso die pro nobis anniuersaria commemoratio fiat in conuentu. Et sequenti die celebretur pro nobis missa. Et est sciendum etiam quod istam nostram donationem non debetis nec potestis aliquo modo uendere uel subpignorare uel alio modo alienare, set semper ab ista die et deinceps sit in potestate monasterii quam ad faciendam pitantiam quam supra diximus. Si autem ipsa casa per incendium uel per ruinam deperierit, debetis eam reparare ut pitantiam de ea fiat. Si quis autem tam ex nostra parte quam ex uestra istud pactum nostrum fregerit, uel contra illud aliquo modo uenerit Cᵐ morabetinos aduerse parti exsoluat, et quicquid inuaserit uel minus fecerit de his que supradicta sunt in duplum restituat et insuper sit maledictus et iram Dei omnipotentis incurrat. Facta karta era Mª CCª LXª IIIª et quotum IIIº kalendas iulii. Qui presentes fuerunt: Petrus Fernandi filius eorum cf.

(1.ª col.) Martinus Fernandi filius eorum cf., Petrus presbiter de Aruidron cf., Martinus Sclauo, Petrus Petri de Paradela cf., Rodericus Uemudi de Parriga cf.

(2.ª col.) Iohannes Didaci subprior cf., Iohannes monachus cf., Rodericus Nuni subcellerarius cf., Martinus Roderici cellerarius cf., frater Iohannes conuersus cf. Et alii quam plures monachi et conuersi.

Martinus scripsit.

Tumbo II, fol. 57 r.

122

A. 1213, Abril 4 R. Alfonso IX

DE MILIDE, DE DOMINO REGE AFONSUS DE DECIMA DE MILIDE

In Dei nomine amen. Ego A[defonsus] Dei gratia rex Legionis et Gallecie per hanc cartam notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris quod do et in eternum concedo Deo et enfermarie monasterii de Superaddo totam decimam partem omnium redituum qui in uilla de Milidi, quam modo de nouo populamus in Castro, ad regiam partem, spectant, tam de portatico et calumpniis, quam de omnibus aliis rendis, sic quod ipsa enfermaria totum habeat ab hac die in pace et quiete sicut habebat ante quando burgum de Milide erat populatum. Hoc autem facio pro remedio anime mee et animarum patris mei et auorum, et quia in orationibus et obsequiis que in predicto monasterio de Superaddo Deo iugiter exibentur, eo largiente partem desidero promereri. Quicumque igitur contra hoc factum meum et donationem uenire modo aliquo atemptauerit, iram Dei habeat et regiam indignationem incurrat et si quid inuaserit in duplum componat, et pro ausu temerario regie uoci in penam mille morabetinos persoluat, carta nichilominus in suo robore permanente.

Facta karta apud Lucum IIII^{a} die aprilis, era M^{a} CC^{a} L^{a} I^{a}. Petro IIII^{a} Conpostellano archiepiscopo, Ruderico Lucense episcopo, Suerio Tudense episcopo, Pelagio Minduniense episcopo, Iohanne Ouetense episcopo.

Domno Petro Fernando regis uasallo existente tenente Asturias et Legionem, domno Petro Guterii regis maiordomo existente, domno Garsia Guterii regis signifero existente, domno Iohanne Fernandi tenente Montem Rosum et Trastamar. Gundisaluus Pelagii regis notarius scripsit, domno Henrico abbate de Superado et domno Petro Iohannis priore et domno Uermudo Petri enfermario existente.

Tumbo II, fol. 57 r. y v.

123

A. 1156, Febrero 12 P.

DE MILIDE

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus sanctisque martiribus et Beate Marie semper uirginis et omnibus reliquiis que in Superado recondite sunt uobisque dompno Egidio gratia Dei ecclesie Sancte Marie Superadi abbati, priori domno Petro omnique uestro conuentui, ego Menendus Roderiquiz, cognomine Temporaneus, et uxor mea Exemena Didaz et omnis uox nostra unionem et subiectum seruitium in Christo. Quam in magnis, maioribus, maximisque peccatis nos erga Deum esse cognoscimus parum helemosinarum nostrarum in sinibus uestris abscondere uolumus. Testante scriptura: «abscondite helemosinam in sinu pauperis et ipsa orat pro uobis ad dominum, quia sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum». Ac per hoc, ego Menendus Roderiquiz et uxor mea Exemena Didaz et omnis uox nostra, facimus uobis supradictis testamentum scriptumque firmitatis de una media casa in uilla Melidi, et alia medietas est de Uermudo Moninz, domusque illa de nostra est emptione et emimus eam de Uermudu Petriz pro nostro pleno precio, et iacet illa casa secus caminum, de una parte est casa Petri Iohannis et de alia, casa de Froila Ordoniz atque Iohanne Odoariz, et est territorio Auiancos, concurrente ad aulam Sancte Marie, damus uobis cum omni suo iure, concedimus atque testamus, ut uos et uox uestra semper possideatis. De nobis uel de subsequentibus si quis quod fieri non credo uenerit et hunc testationis firmamentum irrumpere uoluerit, in primis sit excommunicatus et maledictus, et pariat uobis Superaddi dominis illam casam duplatam uel triplatam in tali simili loco et insuper D solidos, sicut in uestro romano priuilegio resonat. Facta karta testationis sub era M^{a} C^{a} LX^{La} IIII^{a} et quot II° idus februarii. Imperator Aldefonsus in Laione et in Toleto, filius eius Sancius in Castella, alius filius eius Fernandus rex in Gallecia. Comes Rodericus senior in Monte Roso, comes Gondisaluus senior in Traua et in Aranga, Odoarius presbiter ts., Iohannes Godesteiz cf., Rodericus Moninz cf., Qui presentes fuerunt. Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fols. 57 v.- 58 r.

124

A. 1199, Junio 30 P.

DE MILIDE

In Dei nomine, ego Pelagius Pelagii et uxor mea Marina Pelagii et omnis uox mea, uendo uobis abbati domno Bernardo et Fernando priori et toti conuentui Superaddi, nonam partem de una plaza de Milide, et de tercia parte eiusdem place duas quintas et mediam pro CC et XXX[a] et VII solidos et VI denariis. Et iacet ista plaza inter domum fratrum Hospitalis et domum de Nuno Gualmam, in directum de magna domo Superaddi.—Similiter ego Fernandus Pelagii et uxor mea Iuliana et omnis uox mea uendo uobis medietatem quinte eiusdem plaze pro XX et VII solidos et VI denarios.—Similiter ego Petrus Fernandi uendo uobis unam quintam predicte plaze pro L[a] et V solidos, et de toto isto precio nichil remansit apud uos. Concedimus itaque uobis nos supradicti, scilicet, Pelagius Pelagii et Fernandus Pelagii et Petrus Fernandi et omnis uox nostra quicquid habemus in iam dicta plaza pro nominato precio, ut habeatis eam et possideatis in pace, et faciatis de ea quicquid uobis placuerit. Quicumque igitur contra hanc uenditionem uenerit et factum nostrum frangere temptauerit, pectet uobis mille solidos, et sit maledictus in secula seculorum. Et hoc factum est in era M[a] CC[a] XXX[a] VII[a], II[e] kalendas iulii. Regnante rege domno Alfonso in Legione et in Gallecia. Comite domno Gomez tenente Trastamar et Montem Rosum. Domno Petro Suarii regente Compostellanam ecclesiam. Qui presentes fuerunt: *(1.[a] col.)* Pelagius Diaz presbiter cf., Rodericus Pelagii presbiter cf., *(2.[a] col.)* Petrius Petri clericus cf., Dominicus Regnaldi laicus cf., *(1.[a] col. fol. 58 v.)* Viuiam Muniz laicus cf., Fernandus Belam cf., Fernandus Ueremudi laycus cf., Rodericus Muniz laycus cf., Pelagius Papum laicus cf., Petrus Pelai laicus cf., Iohanne Regnaldi laycus cf., *(2.[a] col. fol. 58 v.)* Veremudus Pelagii maior cellerarius cf., Petrus Martini cellerarius cf., Petrus Iohannes succentor cf., Petrus Maurus conuersus cf.,

Ego Pelagius Pelagii et Fernandus Pelagii et Petrus Fernandi hanc cartam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus et pro robore accepimus tres arietes et duos caseos.

Pelagius Petri scripsit.

Tumbo II, fol. 58 r. y v.

125

A. 1165, Mayo 4 P.

DE MILIDE

Sub Christi nomine, ego Pelagius Ueremudi, cognomine Furtado, uobis abbati domno Egidio Superadi omnique conuentui eiusdem loci, facio cartam uenditionis de meo quinione quem habeo in illa uestra domo quam fecistis in uilla de Milide secus caminum et est sita inter casam de Petro Iohanni et casam de Froila Ordoniz atque de Iohanne Odoarii, et est XII[a] integra cum exitibus suis, et habui eam ex parte mee matris, modo eam uobis uendo propter precium rectum, scilicet, C. LXX[a] solidos bonorum Anguuinorum quos in pace dedistis et ego gratuito accepi. Amodo uos eam habeatis et iure hereditario possideatis et quicquid uoluntati uestre placuerit ex ea faciatis. Si quis quod omnino non credo contra hanc hanc cartam uenerit, qualiscumque fuerit, quantumqumque calumpniauerit dupliciter uobis uel uoci uestre paget, et insuper pro ausu D. solidos bone monete et hec carta semper sane obtineat robur. Facta est hec carta uenditionis sub era M[a] CC[a] III[a] et quod IIII° nonas maii. Ego Pelagius Ueremudi cognomine Furtado, in hac carta manibus meis *[sig.]*.

Qui presentes fuerunt hec sunt eorum nomina: Petrus ts., Odoarius clericus ts., Martinus ts., Martinus cf., Pelagius cf., Adefonsus cf., Arias qui notuit.

Tumbo II, fol. 58 v.

126

Sin fecha (hacia 1164), P.

DE MILIDE

Ego Pelagius Furtado et omnis uoci mee facio pactum et placitum et adligabile uerbum et scripturam firmitatis in solidos CC[os] roboratum, uobis domnus Egidius abbas una cum fratribus uestris Sancte Marie

Superadi, tam precedentium quam sequentium, et omnis uoci uestre, super mea ratione de illa casa de Milide que ego habeo uobiscum et dono et concedo uobis ut fundetis et faciatis ea sicut alia de uestro opus, tali pacto ut cunctis diebus uite mee habeat meam rationem de alugario que de ipsa casa exierit, scilicet XII^{a}, et de ipsa mea portione dono et concedo uobis et Beate Marie annuatim V^{e} solidos pro remedio anime mee cunctis diebus uite mee et ad meum obitum illa mea portione integra de ipsa casa cum tota sua directura, sit iure prefati monasterii Sancte Marie Superadi imperpetuum ad opus uituum et uestitum monachorum pro remedio anime mee parentumque meorum. Et uos debetis integrum officium persoluere pro remedio anime mee sicut pro I° fratre et in uestro beneficio conceditis michi societatem usque in finem. Et de hodie die non est in meam potestatem ipsa mea ratione de illa casa uendendi nec subpignorandi, nec donandi ad nullus homo nec in nulla alia parte. Extra quod debeo possidere tributum de ipsa casa in tota mea uita, quantum mihi euenerit in mea ratione quod est XII^{a} super V solidos, que ego dono uobis annuatim ut sint iure uestro de hodie die extrahendi sicut uestro debito. Et quod super est liberum et quietum habeam illum de tota uestra uoce sicut supra taxatum est. Et hoc meum factum maneat semper firmum. Et si tamen mentiosus fuerit et hunc placitum irrumpere uoluerit pariat pena placiti uobis uel uoci uestre quod superius resonat et de super careat ipsa mea XII^{a} de illa casa siue hac conueniencia. Ego Pelagius et omnis uoci mee in hoc placitum manus meas proprias roboro. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Arias ts., Hodoario capella cf., Arias Ueremuiz cf., Hodoario Ruderiguiz cf., Mon⟨i⟩o Odoariz cf., Regnaldus cf., Pelagius qui notuit et cf.

Tumbo II, fols. 58 v.-59 r.

127

A. 1164, Junio 22 P.

DE MILIDE

Era M^{a} CC^{a} II^{a}, X° kalendas iulii. Ego Didacus Hodoarici et uxor mea Maria Ueremuici et omnis uoci nostre, facimus pactum et placitum et adligabile uerbum et scriptura firmitatis in solidos CC^{os} roboratum, uobis domnus Egidius dictus abbas una cum fratribus uestris Sancte Marie Superaddi, tam precedentium quam sequencium et omnis uoci

uestre super nostra portione de illa casa de Milide que habemus uobiscum, que donamus et mandamus ut fundetis et faciatis ea sicut alia uestra de uestro opus, tali pacto ut in tota nostra uita habeamus nostra directura de alugario que de ipsa casa exierit, scilicet XII^{a}, et pro quo fundatis et facitis ea de uestro opus damus uobis de ipsa nostra porcione terciam partem integram, ut de hodie die sit iure prefati monasterio in perpetuum et alias II^{as} partes obtinebimus eas in nostra uita. Et ad nostrum obitum ipsa nostra portione integra de ipsa casa cum tota sua directura sit iure prefatum monasterium Sancte Marie Superaddi im perpetuum ad opus uituum et uestimenta monachorum pro remedio animarum nostrarum parentumque nostrorum, pro quo datis nobis parte et societate in uestro beneficio usque in finem. Et de hodie die non est in nostra potestate ipsa casa uendendi nec subpignorandi nec donandi ad nullus homo nec in nulla alia parte extra quod debemus possidere tributum de ipsa casa in tota nostra uita, quod est II^{a} partes de ipsa nostra XII^{a}, et alia III^{a} donamus ea uobis annuatim ut sit iure prefati monasterio de hodie die extrahendi sicut uestro debito, et ipsas nostras alias duas partes liberas et quietas habeamus eas de tota uestra uoce et hoc nostrum factum maneat semper firmum. Et si tamen mentiosi fuerimus et ita implere non uoluerimus pariamus pena placiti uobis uel uoci uestre quod superius resonat, et de super careamus ipsa nostra XII^{a} de illa casa siue hac conueniencia. Ego Didacus Odoariz et uxor mea Maria Ueremuiz hoc placitum manus nostras rouoramus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Arias ts., Hodoario Capela cf., Arias Ueremuiz cf., Odoario Roderiguiz cf., Regnaldus cf., Pelagius qui notuit et cf.

Tumbo II, fol. 59 r. y v.

128

A. 1164, Junio 22 P.

DE MILIDE

Era M^{a} CC^{a} II^{a}, X^{o} kalendas iulii. Ego abbas domnus Egidius una cum fratribus meis Sancte Marie Superaddi, tam precedentium quam sequencium et omnis uoci nostre facimus pactum et placitum et adligabile uerbum et scripturam firmitatis in solidos CC^{os} roboratum uobis Diago Odoarici et uxor uestra Maria Ueremuici et omnis uoci nostre

super uestra portione de illa casa de Milide que habetis nobiscum que donatis et mandatis ut fundemus et faciamus ea sicut alia nostra de nostro opus, tali pacto ut in tota uestra uita habeatis uestra directura de alugario que de ipsa casa exierit, scilicet, XII[a] ratione, et pro quo fundamus et facimus ea de nostro opus datis nobis de ipsa uestra portione terciam partem integram, ut de hodie die sit iure prefati monasterio in perpetuum, et alias duas partes debetis eas obtinere in tota uestra uita. Et ad uestrum obitum ipsa uestra portione integra cum sua directura sit iure prefatum monasterium Sancte Marie Superaddi imperpetuum ad opus uituum et uestitementum monachorum, pro remedio animarum nostrarum parentumque nostrorum et damus uobis partem et societatem in uestro beneficio usque in finem. Et de hodie die non est in uestra potestate ipsa casa uendendi, nec subpignorandi, nec donandi ad nullus homo nec in nulla alia parte, extra quod debetis possidere tributum de ipsa casa in tota uestra uita quod est II[a] partes de ipsa uestra XII[a], et alia III[a] donatis eam nobis annuatim in perpetuum, ut sit iure prefati monasterio de hodie die extrahendi sicut nostro debito. Et ipsas uestras alias II partes liberas et quietas habeatis eas de tota nostra uoce, sicut supra taxatum est. Et hoc nostrum factum maneat semper firmum. Et si tamen mentiosi fuerimus et ita implere noluerimus pariamus pena placiti uobis uel uoci uestre quod superius resonat et de super careamus ipsa uestra XII[a] de illa casa siue conuenientia. Nos iam supranominati in hoc placitum manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Hodoari Capela cf., Arias Ueremuiz cf., Odoario Ruderiguiz cf., Regnaldus cf., Pelagius qui notuit et cf.

Tumbo II, fol. 59 v.

129

A. 1167, Septiembre 5 P.

DE MILIDE

In Dei nomine, ego Didacus Odoarii uxorque mea Maria Ueremundi uobis abbati domno Egidii Sancte Marie Superaddi et omni conuentui eiusdem loci, facimus kartam uenditionis de nostro quinione quem habemus in illa uestra domo quam fecistis in uilla de Milide secus caminum et est sita inter casam de Petro Iohannis et casam de Froila Ordonii et de Iohanne Odoarii et est XII[a] integra cum exitibus suis et omni iure nos-

tro. Damus itaque uobis pro precio, id est LXXX^{a} solidos bonorum denariorum uidelicet Anguuinorum et ut simus participes in omnibus orationibus et beneficiis uestris tam presentium quam futurorum Dei uoluntate. Amodo uos eam habeatis et iure hereditario possideatis et omne uelle uestrum ex ea faciatis. Si quis igitur tam de nostro genere quam de alieno hanc cartam irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat, et pro temerario ausu parti uestre uel uoci D. solidos persoluat et quod inuaserit in quadruplum reddat et hec carta semper maneat inconuulsa.

Facta carta apud Superaddum nonas setembris sub era M^{a} CC^{a} V^{a}. Regnante rege Fernando in Legione, in Asturiis et in Gallecia. Archiepiscopo Martino recuperato presente anno in desiderata sibi Iacobitana ciuitate. Ego Didacus Hodoarii uxorque mea Maria Ueremundi hanc cartam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus. Testium confirmatiumque presentium nomina sunt hec: Petrus ts., Martinus ts., Pelagius ts., Hodoarius Ruderici et presbiter cf., Nuno Suarii cf., Rudericus Suarii cf., Arias qui notuit.

Tumbo II, fols. 59 v.-60 r.

130

A. 1164, Junio 6 P.

DE MILIDE KARTULA

Ea que uenduntur aut donantur uel contramutantur ne posteris obliuione tradantur pro memoria temporum litteris adsinantur. Idcirco ego Iohanne Diaz et uxor mea Marina Ueremuiz et filiis et filiabus nostris et omnis uoci nostre, facimus kartulam uenditionis et confirmationis de hereditate nostra quam habemus uel habere debemus in burgo que uocitant Milide, loco predicto inter casa de Petro Froilaz et de Pelagio Cantara, et est pernominata duodecima portione de una plaza de casa que ibi habemus cum alios heredes, scilicet Pelagio Furtado et Diago Odoarici, uobis patri et abbati domno Egidio Sancte Marie Superaddi et omni conuentui uestro, damus nobis uobis ipsa nostra duodecima de ipsa casa cum omni sua directura que ad illa casa pertinet integra, intus et foris, cum suas aquas uertes et cum sua cortina de horta pro precium quod de uobis accepimus pernominatum duos kauallos adpreciatos in LX^{a} solidos moneta obtima regis et que nobis et uobis bene complacuit,

uos dedistis et nos recepimus et de precium apud uos nichil remansit indebitum, set totum completum est. Ita ut ab hodierno die uel tempore sit predicta XII[a] integra de ipsa casa de iure nostro abrasa et in uestro dominio tradita atque confirmata euo perhenni et seculi seculorum, amen, et hoc nostrum factum semper maneat firmum.

Facta kartula uenditionis et confirmationis sub die quod est era M[a] CC[a] II[a], VIII idus iunii. Ego Iohanne Diaz et uxor mea Marina Ueremuiz et filiis et filiabus nostris, scilicet, Lopo et Fernando, Maiore, Eldonza, Maria et omnis uoci nostre in hac cartulam uenditionis et confirmationis manus nostras proprias rouoramus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Veremudus ts., Pelagio Cantara cf., Petro Froila cf., Pelagio Furtado cf., Petrus Ouequiz cf., Odoario Afonso cf., Veremudo Afonso cf., Diago Oariz cf. Et ceteri plures qui uiderunt et audierunt ts. et cf. Pelagius qui notuit et cf.

Tumbo II, fol. 60 r. y v.

131

Sin fecha, P. (s. XII)

KARTULA DE MILIDE

Ego Enxemena Didaci facio uobis domno Egidio Sancte Marie monasterio Superaddi abbati priorique uestro domno Martino omni quoque eiusdem loci conuentui, tam presenti quam futuro, annuncionem de illa casa de Milidi quam dedit uobis uir meus Menendus Ruderiguiz. Hanc autem annuncionem ideo uobis una cum filiis facio meis quaa accepi a uobis duos boues et unam uacam et unum pannum pro uestimento in precium pro illa renda quam inde accipere solebam. Et quantum de isto precio post mortem meam remanserit in uestram potestatem deueniat. Si quis uero ausus fuerit uobis calumpniam super illam casam facere siue extraneus siue propinquus fuerit quod non credo fieri talem uindictam de illo, accipite qualis scripta in illa carta sonat quam uobis Menendus Ruderiguiz uir meus fecit et post mortem suam apud uos relinquit. Ego Enxemena Didaci una cum filiis meis in hac anuncione manus nostras *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Pelagius ts., Petrus ts., Martinus cf., Petrus cf., Nuno cf.

Tumbo II, fol. 60 v.

132

A. 1140, Noviembre 9 P.

In Dei nomine. Ego Petrus Nunici una cum coniuge mea Maria Petrici, uobis Menendo Roderici, cognomento Temporaneo, et uxori tue Enxemene Didaci in domino salutem. Placuit nobis atque conuenit nullis quoquegentis inperio nec suadentis articulo, set propria nobis accesit uoluntas ut faceremus uobis kartulam uenditionis, sicut et facimus, de nostra kasa que habemus in uilla de Militi cum Uermudo Moninci per medium dum habuimus nos emta de Uermudo Petrici pro suo precio impleto, et iacet illa casa secus caminum et de una parte casa Petri Iohannis et de alia casa de Froila Ordonici atque Iohanne Odoarici, sub aula Sancte Marie de Milite, damus uobis illam cum suo directo atque concedimus, et accepimus a uobis precium una equa in solidos X^{L} et VI, unum bouem in solidos XX^{i}, una uaca in solidos XV et VIII modios de cibaria. Fiunt sub uno modios C^{m} et que nobis bene complacuit, et de precio apud uos nichil remansit indebito, ita ut de hodie die uel tempore de iuri nostro abrasa et in uestro sit tradita atque confirmata, habeatis uos firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto euo perhenni et secula cuncta. Et si aliquis homo de nostra parte uel extranea contra hunc nostrum factum uel scriptum ad isrumpendum uenerit uel uenerimus quomodo pectet quisquis fuerit illud quod inquietauerit in duplo et a parte regis solidos C^{m}.

Facta karta uenditionis era Mª C^{a} LXXVIII^{a} et quot V^{o} idus nouembris. Ego Petrus et uxor mea Marina et omni uox nostra uobis Menendo et uxori tue Enxemene et omni uoci uestre in hanc scripturam quam facere iussimus manus nostras *[sig.]*. Qui presentes fuerunt et sapitores fuerunt: Odoarius archidiaconus cf., Rudericus Moninci cf., Odoarius Moninci cf., Froila Ordonici cf., Gudesteus Uermuiz cf., Nunus Pelagii cf., comes F[ernandus] tenente Monteroso, Petrus Moninci maiorinus Auuancorum, Archiepiscopus Beringel tenens casa Sancti Iacobi, Adefonsus filius Reimundi atque regine Urrace totius Ispanie imperator sedente cum regina Beringela, Episcopus Gaidus Lucense sedis. Pelagius ts., Munius ts., Iohannes ts., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fols. 60 v.-61 r.

133

A. 1185, Marzo 1 P.

KARTULA DE MILIDE

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi. Ego Fernandus Nuniz, filius Nunonis Percussionis, filius scilicet Marina Didaz, filia de domna Chamua et omnis uox mea, grato animo et spontanea uoluntate ob remedium anime mee parentumque meorum, dono et offero Deo et Sancte Marie uirginis et uobis fratribus Superaddi et uoci uestre, omnem meam hereditatem quantam habeo uel habere debeo in burgo de Milidi ex parte iam dicte matris mee, ut libere habeatis et possideatis eam cum suis pertinenciis omnibus et directuris quecumque ad ipsam hereditatem pertinent, quam in domibus tam in cortinis seu in hereditatibus et in aliis pertinenciis in perpetuum. Eodem modo similiter do uobis et in perpetuum concedo omnem meam portionem et directuram quantam habeo in Uilarino tam in hereditate laicali quam in ecclesiasticali. Qui hoc irrumpere temptauerit, maledictionem Dei et mea incurrat et pariat solidos CC et hoc scriptum permaneat semper firmum in robore.

Facto scripto die kalendas Marcii, sub era M^{a} CC^{a} XX^{a} III^{a}. Regnante rege domno Fernando in Legione, domno Petro Suariz in Compostella archiepiscopo. Qui presentes fuerunt: Pelagius Furtadus de Uillarino ts. et cf., frater Rodericus ts., et cf., frater Martinus ts. et cf., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 61 r.

134

A. 1189, Agosto 6 P.

KARTULA DE MILIDE

Sub Christi nomine, ego Peironela Lugildiz mulier de Munio Ruderiquiz una cum filio nostro Ruderico Munis et omni uoci nostre, facimus kartam uenditionis ad fratres Superaddi de casa mea propria quam habemus in burgo que uocatur Melide, loco predicto est sita inter domum

que fuit de Guesteo Ueremudi et hodie est de Iohanne Petri de Toerici, et de alia parte domum de Martinus Cantara et fratrum suorum in directo de domo Iohanne Petri, et habemus eam ex parte auios nostros Godesteo Ueremudiz et Eilo Ueremudiz, et ego Peironela ganaui eam de uiro meo Iohanne Goestez probter meas arras, damus uobis de ipsa casa medietate integra cum suis aquis uertentibus et exitus et excessus cum omni uoce sua pro CCC solidos Turonensis et debetis me dare censum annuatim ad gens de Toeriz II solidos et que nobis et uobis satis complacuit, et de precio nichil remansit indebitum, et hoc nostrum factum maneat semper firmum.

Facta karta uenditionis et confirmationis in era M^{a} CC^{a} XX^{a} VII^{a} et quot VIII idus augusti. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Arias ts., Pelagius presbiter tenente ecclesia Sancte Marie cf., Fernandus presbiter cf., Dominico Reinaldiz cf., Martinus Moninz cf., Fernandus Pelagii cf., Viuiam cf., Iohanne Ueremudi cf., Ruderico[co] cf., et in robore duos arietes.

Tumbo II, fol. 61 r. y v.

135

A. 1164, Junio 22 P

DE MILIDE

Era M^{a} CC^{a} II^{a} et quot X^{o} kalendas iulii. Ego Didacus Hodoarii et uxor mea Maria Ueremudi et omnis uox nostra uobis abbati domno Egidio Sancte Marie Superaddi, omnibusque fratribus eiusdem loci, facimus pactum et placitum in CC^{tis} solidis roboratum super nostram portionem de illa casa de Milide quam uobiscum habemus et damus eam uobis ut faciatis illam insimul cum illa uestra de uestro opere, tali pacto ut in tota nostra uita habeamus nostram directuram de renda que rendauerit, et est cognita portio uestra scilicet XII^{a}, et de ipsa damus uobis III^{a} partem propter quod facitis eam de uestro opere et precio aliasque partes quas modo nobis restant qualiscumque uestri prius mortuus fuerit, suam partem relinquat superdicto monasterio, et alius ad suam mortem similiter. Et uos conceditis nobis partem in societatem omnium bonorum et orationum uestrarum tam presentium quam futurorum in perpetuum. Amodo non habeamus licenciam uendendi, donandi uel in pignore mittendi alicui semper uerbum uerum apud nos maneat incon-

uulsum. Ego Didacus Hodoari et uxor mea Maria Ueremudi et omnis uox nostra, hoc scriptum quod fieri iussimus proprio robore confirmamus. Qui presentes fuerunt: Hodoarius Capela ts., Arias Ueremudi ts., Hodoarius Roderiguis ts., Regnaldus ts., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 61 v.

136

A. 1185, Enero 13 P.

DE MILIDE

Sub Christi nomine. Ego Fernandus Nuniz et omnis uoci mee, facio karta donationis de omne meam hereditatem quam habeo uel habere debeo in uilla que uocitant Milidi, territorio Auiancis, et est pernominata Barrio et Quintanas, quarta portione de Barrio, et de Quintana VIII^{a}, ipsa quarta et octaua diuident eam in tercias: Chamua Iohannes et Petrus Iohannes et Ruderico Iohannes. De Chamua Iohannes nati sunt Marina Diaz et Petrus Diaz et Maria Odoariz et Iohannes Odoariz. De predicta hereditate dono atque concedo ad Sancta Maria de Superado tota mea portione et de meas germanas quanta conuenit ad matre nostra Marina Diaz, intus et foris, per ubi eam inuenire potueritis in omnes partes, pro quod me fecistis dimittere homicidio de meo cognato Iohanne petrario, et dedistis mihi Munio Louco et Pelagio Furtado et suas gentes ad Beigo per capitulo de Superado. Et fratres fecerunt cantare CCC^{as} misas pro illo mortuo. Adicio uobis tota mea ratione tam ecclesiastica siue in laicalia de Sancta Maria de Uilarino circa Superado cum omni sua directura, ut de hodie die has predictas hereditates maneant iure perpetuo aput Superado, et hoc meum factum maneat semper ratum.

Facta karta donationis et confirmationis sub era M^{a} CC^{a} XX^{a} III^{a}, idus ianuarii. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Martinus ts., Pelagius Furtado cf., Pelagius frater cf., Petrus confessus cf., prior Petrus Uistrariz cf., Pelagius subprior cf., Petrus Muninz cf., Pelagius qui notuit ts. et cf., et quod uidi et audiui et presens fui, et ceteri plures qui hoc uiderunt et audierunt ts. et cf.

Tumbo II, fols. 61 v.-62 r.

137

A. 1186, Agosto 15 P.

DE MILIDE

Ego Iohanne Ueremudi et uxor mea Marina Petriz et omni uox nostra facimus cartam uenditionis et confirmationis ad fratres Superaddi de nostra casa quam habemus in uilla de Milide et est pernominata medietate de una casa integra minus medietate de una VIII[a], et accepimus precium post ea CCC solidos et in rouore duos arietes, et hoc nostrum factum maneat semper firmum. Ego Roderico Caluo similiter dono meam portionem pernominata de VI[a], VI[a] pro XX III solidos et in robore I solidum. Et super portione de Pelagio quod est V[a] de medietate integra pro LX III solidos. Similiter et super portione de Petro Iordam quod est media VIII[a], XX[i] solidos. Qui presentes fuerunt: Pelagio Diaz cf., Fernando Iohannes cf., Sancio Iohannis cf., Petro cf. Era M[a] CC[a] XX[a] IIII[a], XVIII kalendas setembris. Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 62 r.

138

A. 1165, Abril 20 P.

DE MILIDE

Sub Christi nomine, ego Uiuian Muninz et meo iermano Roderico et omnis uox nostra a tibi Pelagio mercham et uxor tua Eio Petrit et uox uestra in Deo salutem, amen. Placuit nobis atque conuenit ut facerem uobis kartula uenditionis de ipsa nostra casa media et iacet in ipsa uilla de Milide iusta ipsa casa que fuit de Regnaldu et est de Iluira Garcia iusta ipsa astrata que uadit ad Sancti Iacobi, concurrente ad aulam Sancte Marie de Milidi, sub ipso castro iacet, et est territorio Auiancos, concurrente riuulo Uarazum, et accepimus de uos precium prenominato C solidos et media que uos fecistis a nobis et decimatione et pro roboratione una quarta de uino et unu pulpu et quod nobis bene complacuit, et de ipso precio apud uos nichil remansit indebito. Ita ut de hodie die

uel tempore de iuri nostro abrasa et in uestro iure et dominio sit tradita atque confirmata, habeatis uos firmiter et omnis posteritas uestra euo perhenni et secula cuncta. Si quis tamen de pars nostra uel de extranea contra hunc factum nostrum uenerit uel uenerimus ad irrumpendum fiat maledictus siue excommunicatus et cum Iudas traditore in inferno comdempnatus et cum Datam et Abiron in inferno luat pena. Ego Uiuiam et meo iermano Ruderico et omnis uox nostra a tibi Pelagio et uxor tua Eio et omnis uox nostra in hanc cartam manus nostras roboramus.

Facta karta uenditionis sub die quod erat era M^{a} CC^{a} III^{a} et quot XII° kalendas maii. Regnante in Legione rex Fernandi, in Monte Roso comes Gomez Gunzaluiz, saion in Sarantes Petru. In ipsa uilla de Milide uicarios Regnaldu, Ruderico Pelaez. Odoario ts., Martinus cf., Pelagius cf., Fuanus cf., Petrus ts., Munio ts., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 62 r. y v.

139

A. 1204, Enero 11 P.

DE MILIDE

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi. Ego Maria Pelagii, filia Pelagii Pelagii merchiam et Eio Catella, uobis abbati domno Pelagio et omni conuentui de Superaddo facio cartam uenditionis et confirmationis de octaua de una casa quam habeo uobiscum in Milide in cima de ipsa uilla, quam comparauit pater meus de Uiuiano Muniiz, ipsa octaua uendo uobis pro LXXX^{a} solidos, quia ista est pars mea ex supradicta comparatione patris mei, et ipsos denarios recepi ad domno Ueremudo cellerario domus uestre et indebito nichil remansit. Preterea sub tali conditione comparastis eam quod mater mea et germanus meus Dominicus Pelaez fecerunt uobis placitum pro hoc ipso ut suam partem non uendant aliis nec subpignorent, nec dent in helemosinam nisi uobis.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} X^{La} II^{a} quot III° idus ianuarii. Regnante rege domno Adefonso in Legione, domno Iohanne Fernandi tenente Monte Roso et Trastamar. Qui presentes fuerunt: Veremudus cellerarius Superaddi cf., Menendus monachus cf., Pelagius Didaci presbiter cf., Fernandus Porra cf., Dominicus Pelagiz cf., Pelagius Pelagiz cf., Rodericus Iohannis cf., Iohannes Iohannis cf., Rodericus Munii cf., Dominicus Petri cf., Thomas cf., Henricus qui notuit.

Tumbo II, fol. 62 v.

140

A. 1205, Agosto 16 P.

DE MILIDE

Ego Petrus Muniz dictus Loucu cum uxore mea Maria Petri et omnis uox mea uobis domno Ueremudo Pelagii cellerario monasterio Sancte Marie Superaddi et omnibus fratribus supradicti loci, facio kartam uenditionis de quarta de illa plaza et de domo que in ea est, que plaza est in burgo de Melide et iacet ipsa plaza super domum magnam de Superaddo que fuit de Roderico Suarit et habui illam quartam integram cum domo que in ea est de socero meo Petro Petri dicto Barete, qui fuit pater supradicte uxoris mee. Vendo igitur uobis illam quartam pro CCC^{os} L^{a} solidos, et in robore XXV solidos, dedistis mihi, et de precio et de robore ad pacandum apud uos nichil remansit, set totum mihi dedistis. Si quis igitur ex parte mea uel extranea hanc cartam uenditionis fregerit, pectet uobis ipsam plazam duplatam et parti regie M. solidos.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} X^{La} III^{a} et quot XVII kalendas septembris. Regnante rege A[defonso] in Legione et in Asturiis et in Gallecia. Gundissaluo Nunit tenente Monte Roso et medio de Transtamar. Petro Suarii archiepiscopo. Abbate in Superaddo domno Pelagio Ouequit. Qui presentes fuerunt: frater Petrus Iohannis cantor Superaddi, Petrus Iohannis qui scripsit. Petrus Suarii cf., Petrus Arteiru rex de Milide, Iohannes Odoarii, Pelagius Petri cf., Petrus Alfonsi Sancti Iuliani de Sala regis, Bela Barua, Iohannes de Uilar, Pelagio Pelagii, Martinus de Uilar, Petrus Codesso, Iohannes Penadu, Duram.

Tumbo II, fol. 62 v.

141

Sin fecha (s. XII)

DE MILIDE

Ego Petrus Muniz, dictus Loucu, uobis fratribus de Superaddo domno Ueremudo Pelagii cellerario, uendo uobis terciam partem de una plaza in burgo de Milide, et iacet in Corredaria ipsius burgi sub casa de Iohan-

ne Montario, pro X^{L} solidos et II solidos in roboratione. Similiter ego Peronela Pelagii uendo uobis predictis fratribus aliam terciam ipsius plaze pro X^{La} solidos et II solidos in roboratione. Similiter ego Petrus Petri dictus Cusqulas uendo uobis predictis fratribus aliam terciam predicte plaze pro X^{L} et IIII solidos. Similiter ego Martinus frater Hospitalis de Furelus uendo uobis cellerario domno Ueremudo Pelagii quinionem meum integrum quem habeo in una plaza que iacet iuxta predictam plazam in predicto loco pro III solidos et medio. Similiter ego Pelagius Didaci presbiter ecclesie de Melide uendo uobis portionem meam predicte plaze et fuerat data in helemosina, et ego eam uendo uobis pro III solidos et medio, quas misi in opera ipsius ecclesie. Ego Eluira Iohannes et Azenda Iohannes et Iohannes Iohannis uendimus portionem nostram de predicta plaza pro XXXII solidos. Similiter nos Odoarius Petri et Sebastianus Petri et Froila Petri et Orraca Petri, et ego Iohannes Muniz filius de Munio Petri, cum aliis germanis nostris et sororibus nostris uendimus uobis de predicta plaza portiones nostras integras pro L^{a} solidos et tres solidos in robore.

Tumbo II, fols. 62 v.-63 r.

142

A. 1189, Junio 14 P.

DE MILIDE

Sub Christi nomine ego Uiuiam Muninz et uxor mea Maria Muninz et omni uoci nostre facimus kartam uenditionis de nostra casa quam hodie habemus in burgo de Milide, que est sita super casa de Eluira Garcia de Cima de Uila in directo casa de Monio Odoariz, et accepimus precium pro ea CC X solidos et in rouore uno ariete de fratres Superaddi, et debent inde dare annuatim IIII solidos de renda ad Sancti Iacobi, et hoc nostrum factum maneat firmum iure perpetuo de media casa integra cum omnibus aquis uertentibus et exitus et recessus in omnique giro.

Facta karta uenditionis et confirmationis sub die quod est era M^{a} CC^{a} XX^{a} VII^{a} et quot XVIII kalendas iulii. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Arias ts., Pelagius Diaz presbiter ecclesie Sancte Marie cf., Fernandus Pelaez cf., Iohannes Ueremuiz cf., Dominico

Regnaldi cf., Ruderico Iohannes cf., Et ceteri plures qui ita uiderunt et audierunt ts. et cf. Bernardus cellerarius Superaddi qui notuit. Guter Muniz cf., Ego Rodericus Caluus dono per cartam uenditionis meam portionem de casa de Milide pro XX III solidos et III denarios, et in robore I solido.

Tumbo II, fol. 63 r.

143

A. 1189, Agosto 6 P.

DE MI[LI]DE

Sub Christi nomine, ego Munio Ruderici una cum uxore mea Peironela Lugildiz et filio nostro Ruderico Muninz et omni uoci nostre facimus kartam uenditionis ad fratres Superaddi de casa nostra propia quam habemus in burgo que uocatur Milide, loco predicto est sita inter domum que fuit de Gudesteo Uermuiz et hodie est de Iohanne Petriz de Thoeriz, et de alia parte domum de Martinus Cantara et fratrum suorum in directo de domo de Iohanne Petriz et abemus eam ex parte auios nostros Gudesteus Ueremudiz et de Eio Ueremuiz, et ego Peironela ganaui eam de uiro meo Iohanne Gudesteiz propter meas arras, damus uobis de ipsa casa medietate integra cum suis aquis uertentibus et cum exitus et recessus utraque et illuc cum omni uoce sua pro CCC solidos Turonensis, et in robore duos arietes, et que nobis et uobis satis bene complacuit, et de precium nichil remansit indebitum et debetis inde dare censum annuatim ad gens de Toeriz II solidos, et hoc nostrum factum maneat semper firmum.

Facta karta uenditionis et confirmationis in era M^{a} CC^{a} XX^{a} VII^{a}, VIII idus augusti. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Aluitus ts., Pelagius Diaz et presbiter tenente ecclesia Sancte Marie cf., Fernandus presbiter cf., Dominico Regnaldit cf., Martinus Muniz cf., Fernandus Pelaez cf., Viuiam cf., Iohanne Uermuiz cf., Rudericus Iohannes cf., Menendus Ruderiquit cf., Guter Muniz cellerarius emptor cf., Bernardus cf., Pelagius qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 63 r. y v.

144

A. 1202, Marzo 1 P.

DE MILIDE

In Dei nomine. Ego Iohanne Martini et uxore mea Maria Martini et omnis uox nostra uobis fratribus Superaddi, domno Ueremudo Pelagii uestiario et omni uoci uestre, facimus kartam uenditionis de portione integra domus nostre quam habemus in Melide, et est pernominata illa que iacet inter domum de Munio Ruderici et de Petro Touru et est de XXIIII quinionibus unum, et fuit illa domus de Martino Cantara. Damus itaque uobis supradictam portionem meam integram pro X solidos, ita ut ab hac die et deinceps possideatis et faciatis de ea quod uobis placuerit et in robore unum solidum accepimus. Si quis de parte nostra uel extranea hanc kartam infringere uoluerit sit maledictus et cum Iuda Domini traditore in inferno dampnatus et insuper ipsam domum duplatam et parti regie L[a] solidos pectet.

Facta karta uenditionis in era M[a] CC[a] X[L] et quot kalendas martii. Regnante rege Adefonso in Legione et domno Petro Suarii archiepiscopo regente Iacobitanam ecclesiam, et Gundisaluus Iohannis tenente Montem Rosum. Qui presentes fuerunt: Dominicus Regnaldus ts., Viuiam ts., Rodericus ts., Lupus Pelagii ts. et confirma. Petrus Pelagii ts. et cf., Fernandus Pelagii ts. et cf., Pelagius Pelagii ts. et cf., Rod[er]icus Munit ts. et cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 63 v.

145

A. 1205, Abril 16 P.

DE MILIDE

Era M[a] CC[a] X[La] III[a] et quot XVI kalendas maii. Verum est quod ego Gundisaluus Fernandi facio placitum in CCC solidos roboratum de media de una casa quam habeo in burgo de Milide, et pono eam uobis

fratribus Superaddi in pignore pro C et LXXX[a] solidos, tali conditione ut quando dedero uobis C LXXX[a] solidos detis mihi supradictam domum in pace, et quicquid de renda ipsius domus interim habueritis totum liberum pro anima mea habeatis, et si aliquid opus insupra dicta domo feceritis, expense diligenter computate, predicta domus pro eis ex parte uestra obligetur. Et si ego supradictus Gundissaluus Fernandi interim obiero antequam predicta domus extrahatur a pignore, remaneat uobis fratribus Sancte Marie Superaddi pro anima mea, et sciendum quod nunquam debeo sepedictam domum de iure uestro extrahere ut eam aliis hominibus tradam aliqua modo uobis inuitis, si uos eam emere uolueritis, et si aliquis homo ex parte mea uobis uim intulerit super predictam domum ego pro posse meo debeo uos defendere et si non potuero, portionem iam dicte domus que me contigit, liberam de me et de tota mea uoce in perpetuum habeatis, et de forcia quam uobis super ipsam domum fecerint ne respondeatis michi nec uoci mee. Et qui hoc placitum fregerit, penam supradictam alteri parti pectet et sit maledictus. Qui presentes fuerunt: Domnus Henricus prioris Superaddi ts., Veremudus Petri suprior, Veremudus Pelagii maior cellerarius, Martinus Roderici monachus ts., Fernandus Froile conuersus cf., Pelagius presbiter de Milide ts., Fernandus Porra ts. et cf., Pelagius Pelagiz ts. et cf., Fernandus Pelagiz ts. et cf., Petrus de Castaneda ts. et cf., Rudericus Muninz cf., Belam cf., Domus hec de qua loquimur in capite burgi de Milide et fuit de Munio Odoarii. Petrus Iohannis qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fols. 63 v.-64 r.

146

A. 1204, Febrero 8 P.

DE MILIDE

In Dei nomine. Ego Iohannes Iohannis et Azenda Iohannis, uobis domno Ueremudo Petri cellerario Superaddi et ceteris fratribus eiusdem monasterii facimus kartam uenditionis de una plaza in Melide que iacet in camino qui uenit de Oueto pro XXX[a] solidos et in robore XV denarios. Possidete eam uos et omnis uestra posteritas et facite de ea quod uobis placuerit euo perhenni secula cuncta. Siquis hanc cartam uenditionis fregerit, iram Dei omnipotentis habeat.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} X^{La} II^{a} et quot VI° idus februarii. Regnante rege Adefonso in Legione. Petru Suarii te regente Iacobitanam ecclesiam. Domno Iohanne Fernandi tenente Transtamar et Monte Roso. Domnus Pelagius Ouequit abbas Superaddi. Qui presentes fuerunt: Pelagius presbiter ts. et cf., Viuianus ts. et cf., Pelagius Pelaez ts. et cf., Fernandus Porra ts. et cf., Dominicus Pelaez ts. et cf., Veremudus Pelagii ts. et cf., Petrus Martini monachus ts. et cf., Iohannes Froile monachus ts. et cf., Domna Floria ts. et cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 64 r.

147

Sin fecha

DE MILIDE

Ego Marina Iohannis, filia Iohannis Roderiguit, uendo fratribus Superaddi octauam partem illius platee que iacet in directo domus que fuit Martini albergarii, ex altera parte camini pro XV solidos et in robore accepimus XII denarios, et de precio nichil remansit apud eos. Ego Iohannes Uelo, maritus eius concedo et confirmo. Ego Lupa Iohannis, filia ipsius concedo et confirmo. Qui presentes fuerunt: Pelagius ecclesie sacerdos Sancti Saluatoris ts. et cf., Petrus Roderiquit capellanus eiusdem ecclesie, Viuiam Munit, Pelagius Pelagii.

Tumbo II, fol. 64 r.

148

Sin fecha, P. (s. XII)

DE MILIDE

Hec est manda de me Sancio Petriz. In primis mando corpus meum Sancte Marie de Superado, et metum unam casam in Melide que stat ante casam de Munio Ruderiquiz et unum caualum bonum et VI equas et XII uacas et medietatem de uno molino in Melidi, et est sua renda XXV solidos, et de casa LX^{a} solidos annuatim, et decem modios de pane ad presens et XX^{ti} ad nouum. Et ego non habeo seniorem nisi abbatem domnum Egidium et mando ei meam luctuosam, caualum inselatum et scutum et lanceam et spatam et loricam et elmum et genolarias.

Tumbo II, fols. 64 r. y v.

149

A. 1220, Abril 17 P.

DE MILIDE

Era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a} et quot XV kalendas Maii. Hoc est pactum et placitum firmissimum in C^{m} morabetinos roboratum inter fratres Superaddi ex una parte et Nunum Ruderici cum uxore sua Orraca Iohannis ex altera. Ego Nuno Roderici cum uxore mea Orraca Iohannis et omnis uox nostra annuntiamus et quitamus tota buscam de demanda quam faciebatis in medietate de illo molendino quod dedit Iohannes Petri de Toeriz uobis fratribus monasterio Sancte Marie in Petus. Vos predicti fratres datis nobis duas partes de ipsa medietate, ut teneamus in uita nostra et ad obitum nostrum habeatis illas duas partes et unum casale nostrum quod habemus in ipsa uilla de Petus, cum omnibus pertinenciis suis prope et longe. Et si ego prefatus Nunu Roderici obiero ante uxorem meam Orracam Iohannis, ipsa debet tenere quartam de molendino cum toto supradicto casale. Et si ipsa Orraca Iohannis obierit ante me, predictum Nuno Roderici, ipse debet tenere terciam de medietate molendini et totum predictum casale, ita ut post mortem amborum illas duas partes de medietate molendini et iam dictum casale cum omni sua directura, uos predicti fratres habeatis iure perpetuo. De cetero quantum ego predictus Nuno Roderici acquisiero in predicto loco ab hac die et deinceps, debeo uobis uendere uel subpignorare uel elemosinam facere et non in alio loco. Set non debeo de quanto uos hodie in iure tenetis et habere debetis acquirere. Preterea ego Nuno Roderici quandiu potuero tenere comendam de ipso loco ad honorem et ad profectum uestrum debeo eam tenere et non alius. Et quando uenero ad ipsum locum pausare in domo uestra sine dampno uestro debeo pausare. Statum est etiam, quod si homo de uobis fratribus non tenuerit per se ipsum molendinum, debent fratres dare homine meo pro quanto alius dare uoluerit. Similiter ego Nuno Roderici debeo facere de mea parte. Promittunt etiam fratres domne Orrace Iohannis et mihi prefato Nuno Roderici partem in missis et in orationibus et in omnibus beneficiis et sepulturam ad obitum nostrum. Si quis hoc placitum fregerit, pectet aduerse parti penam placiti superius scripta. Qui presentes fuerunt: Petrus Martini presbiter ts., Lupus Petri de Sancto Cosmate ts., Petrus Froile miles ts., Petrus Co-

dessu ts., Martinus Martini ts., Rodericus Petri ts., Froila Martini ts., Martinus Petri ts., Hoarius Fernandit ts., Martinus Muniz ts., Petrus Martiniz cellerarius ts. et cf., Iohannes Martiniz cellerarius ts. et cf., Petrus Iohannis monachus ts. et cf., Frater Pelagius de Recaria ts. et cf., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fols. 64 v.-65 r.

150

A. 1221, Diciembre P.

DE MILIDE

In Dei nomine. Ego Iohannes Oariz una cum uxore mea, Sanctia Fernandi et filia mea Maria Iohannis et omnis uox mea, uobis abbati domno Henrico et fratribus Superaddi et omni uoci nostre uendo meam medietatem illius domus que fuit de Pascale de Dormiaa et stat subtus domus de fratribus ubi habitat Martinus Rainaldiz pro quingentis solidis in precio et in robore, ut ab isto die et deinceps de meo iure sit abrasa et uestro dominio sit tradita et in perpetuum confirmata. Si quis autem tam de genere meo quam de alieno hanc cartam quam fieri iussi irrumpere temptauerit a Deo sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et quantum inuaserit in duplo componat et uoci uestre D^{tos} solidos morabitinos exsoluat.

Facta carta in Milide ante concilium ipsius uille, era M^{a} CC^{a} L^{a} IX^{a} mese december. Regnante rege domno Alfonso in Legione et in Asturiis, in Galletia et Extrematura. P. Sancto Iacobo domno Petro Muninz archiepiscopo existente. Velasco Fernandi perticam tenente ipsius sedis. Qui presentes fuerunt: Pelagius Martinz de Castro ts., Pelagius Martini faber ts., Petrus Roderici clericus ts., Petrus Martini ts., Fernandus Muninz capellanus ts., Petrus Pelagii ts., Iohannes Fareo ts., Subprior Iohannes Diaz ts. et cf., Domnus Petrus Martini ts., Martinus Muninz ts., Fernandus Porra ts. et cf., Rodericus Martini ts. et cf., Ego Iohannes Oariz una cum uxore supradicta mea et cum filia mea hanc cartam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus. Munio qui notuit.

Tumbo II, fol. 65 r.

151

A. 1205, Noviembre 20 P.

DE MILIDE

In Dei nomine. Ego Sancius Iohannis filius Iohannis Aluiti de Milide, uobis domno Pelagio Ouequiz abbati Superaddi et omni conuentui eiusdem loci, facio cartam uenditionis quinta decime partis integre domus noue quam fecistis sub illa domo que est fratrum Hospitalis pro nonaginta et nouem solidos et unum in robore, ut habeatis eam et faciatis de ea quod uobis placuerit. Si quis igitur de parte mea uel de extranea hanc cartam uenditionis rumpere temptauerit sit maledictus et pectet uobis ipsam hereditatem duplatam et parti regie D solidos persoluat.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} X^{La} III^{a} et quot XII kalendas december. Regnante rege Adefonso in Legione. Comite Gomez tenente medium de Transtamar et Gunzaluo Nuniz Monte Roso et medium de Transtamar. Domno Petro Suarii regente Iacobitanam ecclesiam. Ego Sancius Iohannis hanc cartam quam fieri iussi roboro *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Domnus Henricus prior Superaddi ts. et cf., Veremudus Pelagii maior cellerarius, Petrus Iohannis cantor, Petrus Martini cellerarius ts. et cf., Fernandus Ueremudi de Milide, Pelagius Pelagii de predicto loco ts. et cf., Petrus Codesso de supradicto loco ts. et cf., Fernandus Pelagii de memorato loco ts. et cf., Petrus Iohannis qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 65 r. y v.

152

A. 1225, Mayo 30 P.

DE SANCTO IULIANO DE SAAS DE REGE

Era M^{a} CC^{a} LX^{a} III^{a} et quot tercio kalendas iunii. Nos fratres Superaddi damus tibi Marine Ueremudi hereditates nostras quas nos habemus in Sancto Iuliano de Salas regis et in Sancto Cipriano ecclesiasticales

et laycales ex donatione patris tui Ueremudi Pelagii monachi nostri, ut habeas eas et possideas tu et omnis uox tua et cum omni uoce tua annuntias et quitas illam demandam quam faciebas contra monasterium nostrum de hereditatibus quas auunculus tuus Petrus Gunzaluit monachus noster, dedit nobis in Betanzus et in Laureda et in aliis locis cum omnibus pertinenciis suis, prope et longe, ut habeat illas monasterium nostrum et possideat iure hereditario in perpetuum. Si quis hoc placitum fregerit pectet aduerse parti D^{os} solidos. Qui presentes fuerunt: Domno H[enricus] abbas Superaddi ts. et cf.—Petrus Ueremudi prior ts. et cf. Petrus Iohannis magister conuersorum ts. et cf., frater Martinus Garneyru cf., Martinus Petri scriba cf., Sancius Roderici cf., Monio cf., Iohannes ts., Pelagius ts., Dominicus ts., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 65 v.

153

A. 1231, Diciembre 30 P.

DE FAFIANIS

In Dei nomine. Hoc est pactum et placitum firmissimum in CC^{os} solidos roboratum inter abbatem et conuentum Superaddi ex una parte et Iohannem Muniz de Fafianis ex altera. Si quidem ego Muniz recipio a uobis abbate domno Petro et conuentu de Superaddo hereditatem uestram de Fafianis ad plantandum illam, scilicet, que non inpedierit ad panem laborandum, tali uidelicet pacto quod ego habeam ipsius plantatus quod factus est, et de alio plantato quod fecero quartam partem et uos tres quartas. Si autem ego uel qui meam partem possederit uendere uoluerimus uel donare alicui, non uendamus nec donemus nisi uobis.

Facta karta era M^{a} CC^{a} LX^{a} IX^{a} et quot III° kalendas ianuarii. Qui presentes fuerunt Domno P[etro] abbas Superaddi ts., prior domno M[artino], subprior domnus Sancius ts., P[etro] Rauco ts., Et alii plures qui uiderunt et audierunt ts. et cf., frater Martinus qui notuit.

Tumbo II, fol. 65 v.

154

Sin fecha, P.

DE MILIDE

Casa de Melide habemus media parte integra de Menendus Ruderici cognomento Temporaneus et uxori sue Enxemena Diaz et alia media parte est de Ueremudus Muninz domusque illa de nostra est empta et emimus eam de Ueremudo Petri. De predicta domus emimus de Pelagio Ueremuiz, cognomento Furtado, XII[a] integra pro C. LXXX[a] solidos.—De Didacus Oarii et uxori sue Maria Ueremuiz XII[a] integra pro LXXX[a] solidos.—De Didacus Oarii et uxori sue Maria Ueremuiz damus XII[a] integra pro LX[a] solidos cum totis aquis uertentibus et cum sua cortina de orta exitus intus et foris ita fiet III[es] partes integras. Alia quarta que remanet dedit eam Marina Ouequit uxor de Ueremudus Muniz pro remedio anime sue et uiri sui Ueremudus Muniz pro remedio anime sue et uiri sui Ueremudus Muniz et pro uictu et uestitu quod fratres Superaddi eam dederunt nomine cellerarius Maruanus, et sic est tota domus integra cum omnibus suis directuris, aquis uertentibus et exitus et recessus intus et foris, cortina cum orta et aqua a fonte aurienda et pascua ad pecora et petraria ad mures extrahendis, et ligna ad colligendum et terras ad pane laborandum, quomodo obtinuit ea Ueremudus Petri cuius fuit medietas domus et alia medietas Ueremudus Muniz. Sic habeatis predicta domus integra iure hereditario in perpetuum euo perhenni secula cuncta amen, et hoc nostrum factum semper maneat firmum, et Marina Ouequiz habitabat in heremita Sancti Siluestri, et hoc uisum est a cunctis habitantibus in uilla Milidi et in omni giro circa prefatam uillam.

DIUISIO DE DOMIBUS QUE SUNT IN CAMINO

Hec est prima casa. Secunda casa de Iohanne Galleco et Geloira Garcia. Tercia casa de Maria Salma, quarta casa de Iohanne Ueremuiz et uxori sue Marinna Petriz et est medietate minus media octaua pro CCC solidos, et portione de Petro Iordane media octaua pro XX solidos, hec autem media casa integra. De alia medietate habemus portione de Ruderico Caluo pro XX.IIII solidos et in robore I solido, et est VI[a] de VI[a]. Super porcione de Sanccio quod est V[a] de medietate integra

pro LX III solidos et super alia casa habemus XX solidos per manu de Guter Muniiz et de lugario X^{L} solidos.

Quinta casa habemus de Pelagio Rauco. Sexta casa de Uiuiam Moninz et uxor eius Maria Muniz CC.X solidos.—Septima casa de Peironela et uiro suo Munio Roderiquiz pro CCC solidos.—VIII^{a} casa de Iohanne Petri de Toeriz.—VIII [I] casa furno.—X^{a} casa medias de IIII^{or} plazas de Fernan Muniz. Et de herede de Toeriz VII^{a} parte que fuit de Marina Arias et de Maria Arias et de Fernandus Arie et de Iohanne Arias, et de Diago Arias et omni uoce eorum intus et foris. Hoc est pactum quod fratres Superaddi fecerunt cum gentes de Fora Ordoniz et de Iohanne Odoarii per scriptum firmitatis quod debent fratres mittere canales semper que proiciantur foras aquis pluuiarum fora⟨s⟩ de tegulis uertendis de domo fratrum et de domo ipsius, et quicquid hoc pactum uiolauerit pariat ab uoue alterius C solidos et restauret opus, hoc fuit per concilio de uilla Milide factum. Casa ista fuit de Ueremudo Petriz et emit eam Petrus Nuniz et uxor eius Maria Petri et postea emit eam Menendus Ruderiquiz et uxor eius Enxemena Diaz de Petro Nuni et Menendus Ruderici dedit eam ad Superaddo pro remedio anime sue et uxori sue.

Tumbo II, fols. 65 v.-66 r.

155

Sin fecha

Pro homicidio de Iohanne petrario suo cognato.

Ego Fernandus Nuniz dono atque concedo de IIII^{a} portione de Barrio et de VIII^{a} de Quintana diuident eas in tercias: Chamua Iohannes et Petrus Iohannes et Rudericus Iohannes. De Chamua Iohannes nati Marinna Diaz et Petrus Diaz et Maria Oariz et Iohanne Oariz. In fondu de uilla iacent tres casales et in cima de uilla duas casas duplatas et super una placia debent dare quatuor iuratos XXVI solidos, cum suis exitibus in aquis, in pascuis, in exitibus.

Tumbo II, fol. 66 r. y v.

156

A. 1200, Septiembre 15 P.

DE AQUIS SANCTIS

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Fernandus Petri et fili⟨s⟩ mei⟨s⟩ Iohannes Fernandi et Petro Fernandi, facio kartam donationis Deo et beate Marie et toto conuentui de Superaddo de medietate totius hereditatis mee quam habeo in Sancto Georgeo de Aquis Sanctis et est ibi ius meum de tribus casalibus due partes, cuius medietatem uobis conuentui de Superaddo [de medietate] [1] anime mee et parentum meorum ut eam possideatis, uendatis uel uestram uoluntatem de ea faciatis iure perpetuo, atque aliam medietatem relinquo filiis meis, ita ut uos sortem illorum cum uestra pariter possideatis, seu uendatis uel aliud quodcumque dee uestra feceritis, de illorum quoque faciatis, et illis de iure suo quod iustum fuerit exsoluatis. Si quis autem mee partes aut aliene hanc cartam mee institutionis infregerit, maledictus sit et excomunicatus et cum Iuda in inferno dampnatus.

Facta carta sub era M[a] CC[a] XXX[a] VIII[a] quot XVII kalendas octobris. Ego Fernandus Petri et filii mei Iohannes Fernandi et Petrus Fernandi in hac carta manus proprias roboramus. Petrus ts., Rodericus ts., Pelagius ts., Iohannes Petri subprior cf., Suarius de Maial, Munio Muniz cf., Pelagius beneuestitus. Henricus qui notuit.

Tumbo II, fol. 66 v.

157

A. 1231, Julio 24 P.

DE LEPORARIO

In nomine Domini amen. Nos insimul domnus Munio cellerarius medianus et frater Iohannes Ueremudi mercator ex parte prioris, cellerarius maioris et totius conuentus Superaddi, tibi Fernando Groton et uxori tue Carauine et filio tuo Petro Groton, damus XX solidos pro medietate

[1] Borrado.

domus illius que fuit de Salmis et de Giramanis, tali conditione quod quando obieris tu Fernandus Groton libera et quita Sancte Marie Superaddi remaneat et si interea in uita tua, fratres domum facere uoluerint per laudationem et perceptionem duorum bonorum hominum adimpleamus tibi precium quale ipsi nobis adiudicauerit. Si quis autem ex parte nostra uel uestra hoc pactum uel kartam frangere temptauerit, alteri parti CC solidos exsoluere cogatur et iram et Dei maledictionem incurrat.

Facta karta et pactum stabilitum est in palatio regis ubi est domus ante alteram domus de infirmitorio et conuentum. In era M^{a} CC^{a} LX IX^{a} et quot nono kalendas augusti. Regnante rege domno Fernando in Toledo et in Castella, in Legione et in Galletia, in Asturiis et Extrematura et Badallozo. Rodericus Gomecii tenente Montem Rosum et Transtamar. Roderico Lupiz et Fernando Pelagii tenentibus ipsum palatium regis. Qui presentes fuerunt: Petrus Nuni ts., Petrus Burri ts., Dominicus Baccurus ts., Dominicus Iordan ts. et cf., Iohannes Pelagii ts. et cf., Dominicus Faber ts. et cf., Ego Fernandus Grotom ts. et cf., Ego Petrus Grotom laudo et cf. Iohannes Ueremudi ts., Munio qui notauit.

Tumbo II, fols. 66 v.-67 r.

158

A. 1202, P.

Ego Petrus Muniz pernominata Petro Final in presentia cellerarii Petri Martini Superaddi et aliorum fratrum Sancti Tirsi, facio mandam Deo et uobis Fratribus Sancte Marie Superaddi de tota hereditate mea quam habeo in Penadeirus et in uilla cum omnibus pertinenciis suis quantum pertinet ad meam uocem cum toto ganato quod habeo ibi. Era M^{a} CC^{a} X^{La}.

Tumbo II, fol. 67 r.

159

A. 1232, Mayo 18 P.

DE UARAZON

In Dei nomine, amen. Ego Froila Afonsi una cum uxore mea Maria Petri et omnis uox uox nostra, dono et concedo uobis domno Petro Iohannis abbati de Superaddo et omnibus successoribus uestris et uniuer-

so eiusdem loci conuentui, tam presenti quam futuro, hereditatem meam quam habeo ex parte patris mei domni Afonsi Ruderici in concurrentia Sancte Marie de Uarazum, loco qui dicitur Outeiru in ripa Ulie, scilicet medietatem unius casalis cum omnibus directuris et pertinenciis suis intus et foris, propre et longe, sicut eam habuit predictus pater meus ex uenditione Ruderico Ruderici de Palaris, cum tota alia hereditate que pertinebat ad ipsum R[oderico] Ruderici. Hanc autem predictam hereditatem dono et concedo uobis et facio inde uobis kartam pro mille et L^{a} solidos quos debebatis habere per hereditates germani mei Petri Afonsi et germane mee Sancia Afonsi et per bona ipsorum qui ita mandauerant ad mortem suam, et pro quinque armentius et uiginti ouibus et pro uno nouo casalis uestri Sancti Benedicti, quod totum inde ego per forciam leuaui ut habeatis predictam hereditatem et iure hereditario possideatis et uos et omnis uox uestra uoluntatem uestram de ea in perpetuum faciatis. Ad huc etiam dono uobis hereditatem meam de Goyanes tali uidelicet pacto quod per illam et per me et per mea bona debeo et teneor uos et monasterium uestrum defendere de tota demanda si eam uobis fecerint suprini mei, uel uox eorum, uel suprine mee uel uox earum. Si quis contra hanc cartam donationis tam parte mea quam de extranea ad irrumpendum uenerit uel uenero, iram Dei omnipotentis habeat uel habeam et perdat hereditatem paradisi uel perdam et insuper ipsam hereditatem pectet uobis duplatam et uobis et uoci regie CC^{os} morabetinos persoluat uel persoluam.

Facta karta donationis et concessionis in era M^{a} CC^{a} LXX^{a} et quot V^{o}X^{o} kalendas iunii. Regnante rege domno Fernando in Castella et Toleto, Legione et Galletia. Archiepiscopo Compostellano domno Bernardo. Episcopus Lucense, Domno Michaele. Ricomi in Monte Roso et in Trastamar et in Monte Nigro, Domno Roderico Gomet. Qui presentes fuerunt: Petrus Petri de Paradela ts. et cf., Ego Froila Afonsi hanc cartam quam fieri iussi in presentia prior Superaddi P[etro] Petri ts. et cf., Iohannes Martelu cf., subprior Munio Petri cf., Fernandus Martinizi de Milidi ts. et cf., Sancius Roderici magister conuersorum ts. et cf., Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Dominicus qui notuit.

Tumbo II, fol. 67 r.

160

A. 1165, Mayo 14 P.

DE TOIRIZ

Sub Christi nomine. Ego Marie Arie et omnis uox mea pro remedio anime mee et parentum meorum et pro anima nepotis mei que ego sepeliui in Superaddo facio kartam donationis et confirmationis siue testationis de hereditatibus meis propriis, scilitet meam portionem de monasterio de Toiriz, et ibi in Tuiriz unam seruiceariam, et de Milidi et de Peiurada et de Petos et de Furelos et de Golai et in Sumociis de Nendos meam portionem integram de monasterio Transanquelos superior et inferior et sunt due septime inter me et meas gentes et meam portionem de Nandulfi et de Inderniis et uilla Bidi et de Ferriol et in Bandugia hereditates que uocatur dus Aluarus et in Frexenedo et in terra de Cornado meam portionem de uilla Pinario et de Prado et de Frexenedo. Has predictas hereditates dono predicto monasterio cum omnibus directuris et pertinenciis suis, intus et foris, prope et longe, sint confirmitate predicto monasterio ad helemosinam pauperum et luminaria altarium et uictum et uestitum monachorum iure perpetuo possidendas. Ego Arias Fernandi filius Fernandi Arie similiter dono excepto monasterio de Toiriz. Ego Arias Fernandi similiter dono portionem meam de matre mea Heluira Arias, de Trasanquelos et de Nandulfe et de uilla Bidi et de Ferrol et de Inderniis et de Bandugia. Ego Fernandus Quouceiro et Usurius Quouceiro damus uocem auii nostri Munionis Arie predictarum hereditatum. Hoc donum damus Deo omnipotenti et Beate Marie semper uirginis et omnibus sanctis quorum reliquie manent in Superaddi monasterio, et in presentia domni Egidii et domni Emberti et omnis conuentus eiusdem loci, tam presenti quam futuro. Et hoc nostrum maneat firmum factum. Si quis uero ex mea parte hoc meum factum irrumpere temptauerit uel ex aliena parte similiter sint maledicti et excomunicati et cum Datan et Abiron eant in infernum, insuper pariant ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et uos perpetim habituri. Nos deinceps suprataxati in hac kartula ita confirmamus.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} III^{a} IIe idus maii. Qui presentes fuerunt: Petrus ts. et cf., Martitus ts. et cf., Arias ts. et cf.

Abbas Egidius cf., Petrus Fumaz cf., Didacus Uelasci cf., prior Petrus Iohannis cf., Fernandus notuit.

Tumbo II, fol. 67 v.

161

A. 1164, Abril 5 P.

DE TOIRIZ

Sub Christi nomine, ego Marina Arie et omnis uox mea, uobis abbati domno Egidio et omni conuentui Superaddi, tam presentibus quam futuro, facio kartam donationis siue testationis Deo omnipotenti et Beate Marie et omnibus sanctis quorum reliquie manent in ipso loco Superaddi ecclesie, de meis hereditatibus nominatis, scilicet meam portionem de monasterio Toiriz cum adiunctionibus suis, intus et foris, ubicumque potueritis inuenire, et meam portionem de burgo Milidi et de Peuirada, et de Petos, et de Furelos, et de Golan, et in uilla Pinario, Pradu cum tota sua directura, et in submotiis de Nendos, meam portionem de uillares pernominatos Nandulfi, Derniis, Uilabidi, de Trasanquelos superior et inferior, et ipsum monasterium cum adiunctionibus suis, intus et foris, et in Bandogia hereditate dus Aluores, et in Fraxenedo, hereditatem quam ganaui de meo germano Didaco Arie pro mea pecunia. Adicio etiam uobis totam meam portionem de fratre meo Iohanne Arie pro anima sua, quia occisus fuit pro me, et sicut habetis portionem meam integram, ita habeatis suam integram, ut participes simus in beneficiis orationum uestrarum. Et hoc meum factum semper maneat firmum. Si quis uero ex mea parte uel aliena uel propinquorum meorum hoc meum factum irrumpere temptauerint, sint ipsi maledicti et excommunicati et cum Datan et Abiron eant in infernum, insuper pariant ipsam hereditatem triplatas uel duplatas et uos perpetim habituri. Qui presentes fuerunt: Abbas Egidius Superaddi, Petrus Fumaz, Didacus Uelasci, prior Petrus Iohannis, Et alii multi qui hoc uiderunt et audierunt. Facta karta apud Superaddum in era M^{a} CC^{a} II^{a}, nonas aprilis. Prior Petrus cf., Didacus Uelasci cf., prior Petrus Argumento cf., ego Marine Arie et soror mea Maria Arie et Petrus Fumaz et Rodericus Fumaz et Nuno Fumaz in hanc kartulam manus nostras roboramus. Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fols. 67 v.-68 r.

162

A. 1201, Septiembre 8 P.

DE TUIRIZ, KARTULA

Initium scripti fiat in nomine Christi. Ego Maria Pelagii, filia Pelagii Ferru, facio kartam donationis et confirmationis Deo et Beate Marie Superaddi, de omni uoce hereditatis mee quam habeo uel habere debeo in Tuiriz et in uilla de Milidi, et do eam integre, tam intus quam foris, pro remedio anime mee, ut ab isto die et deinceps a meo iure abrasa uestroque dominio sit subdita in perpetuum. Si quis autem hoc factum meum spontaneum irrumpere temptauerit, sit a Domino maledictus et pro temerario ausu parti regie CC^{os} solidos persoluat. Facta karta donationis era M^{a} C⟨C⟩^{a} XXX^{a} IX^{a} et quot VI idus septembris. Dominicus Regnaldit ts., Pelagius Muninz ts., Belam ts., Arias Ruderici ts., Viuiam Muniz ts., Didacus Muniz ts., Rudericus Muniz ts., Munio diaconus qui notuit.

Tumbo II, fol. 68 r.

163

Sin fecha, P.

DE TUIRIZ, KARTULA

De hereditate de Toeriz. De Nuno Godesteiz et de Enxemena Odoariz nati Iohanne Nuniz et Petrus Nunit et Petrus Nuniz et Zageira Nuniz et Truili Nuniz et mulier que fuit de pater de Petro Retortino et fiunt V fratres et leuant singulas quintas de monasterio de Toheriz et de adiuntionibus suis isti supra nominati.

HEC SUNT GENERATIONES

De Iohanne Nuniz nati Petrus Iohannes, Nuno Iohannes, Rudericus Iohannes, Lupa Iohannes, Aldena Iohannes, Enxemena Iohannes, Orraca Iohannes, Guntrode Iohannes, et fiunt octo.

De Petrus Nuniz nati Enxemena Petriz et Marina Petriz.

De Enxemena Petriz et de Petro Afonso, nati Iohanne Petriz, Eldonza Petriz, Odosinda Petri, Eldonza Pelaz, et leuant media V[a] et Petro Pelagii alia media quinta.—[± 15].—De domna Zagueira nati Sancia Pelaz et Nuno Pelaz.—De Sancia Pelaz, nati Pelagio Diaz, cognomento Ferro, Enxemena Diaz, Maria Diaz, Odosinda Diaz.—De Nuno Pelaz, nati Lupa Nuniz.—De Trudili Nuniz et de Arias Fernandiz, nati Maria Arias, Marinna Arias, Fernandus Arias et leuant una V[a]. Truili Ruderiquiz leua una quinta.

Tumbo II, fol. 68 r. y v.

164

Sin fecha, P.

KARTA DE BARRAO

De quarta portione de Barrio et de VIII[a] portione de Quintana, leua Flamula Iohanne III[a] et Petrus Iohannes III[a] et Roderico Iohannes III[a].

De Flamula Arias nati Marinna Diaz et Petrus Diaz et Maria Odoariz et Iohanne Odoariz, de predicta hereditate habemus portione de Maria Diaz in omni parte et in fondo de uilla de III[es] casales similiter, et in capite uille Milide duas casas duplatas et super alia plaza debent dare IIII[or] iuratores et dn. XXXVI solidos.

Tumbo II, fol. 68 v.

165

Sin fecha, P.

DE TOIRIZ

Isti sunt quiniones quos habemus in hereditate de Toiriz: quinionem de Marina Arias et de Maria Arias et de Arias Fernandiz, cognomento Cerasio, et iste dedit omnem uocem suam de Toiriz ex Melide usque Trasanquelos, et quinionem de Pelagio Ferro et quinionem de Garsia Menendiz et de Iohanne Menendiz, et quinionem de Garsia Petri filio Petri Menendiz, et de fratre suo Uincentio Petri, et quinionem fratris

Iohannis Petri de Refectorio qui fuit filius de Petro Sanctii, et quinionem de Roderico Fumaz et de Petro Fumaz et de Nuno Iohannis dictus Chagas.

DIUISIO HEREDITATES

Hereditates de Tuiriz diuiditur in quintas. Petrus Iohannis Fumaz et Rodericus Fumaz et Nuno Iohannis et Lupa Iohannis et Aaldea Iohannis et Enxemena Iohannis et Urraca Iohannis et Guntrode Iohannis, isti octo leuant unam quintam, et de ista quinta leuamus nos fratres Superaddi quiniones Roderico Fumaz et suas ganancias et de Petro Fumaz et de Nuno Iohannis dictus Chagas. Alia quinta est de Petro Nuniz et suis gentibus. Alia quinta est de Zageira Nuniz et ista habuit duos filios: Nunum Pelagii et Sanctia Pelagii. Sanctia Pelagii mediam quintam leuat et ista habuit IIII^{or} filios: Enxemenam Diaz et Pelagium Didaci et Maria Didaci et Azenda Didaci; de portionem Pelagii Didaci habemus IIII^{am} partem pro fratre Iohanne de Refectorio, cognomento Beizo. Truili Nuniz leuat unam quintam, et nati sunt ex ea Marina Arias et Maria Arias et Fernandus Arias. De his habemus portionem de Marina Arias et de Maria Arias et de portionem Fernandi Arias leuamus medietatem pro Arias Cereigo. Alia quinta est de Eldonza Nuniz.

Tumbo II, fols. 68 v.-69 r.

166

A. 1206, Febrero 1 P.

KARTULA DE MILIDE

In Dei nomine, ego Cadela de Melide, una cum filio meo Dominico Pelagii et filia mea Maria Pelagii et omnis uox nostra, uobis abbati Superaddi domno P[elagio] Ouequiz et totis fratribus uestri monasterii, facio kartam uenditionis de octaua integra domus mee quam habeo in burgo de Milide, et iacet ipsa domus inter domum que fuit de Regnaldo et illa que fuit de Martino albergario, de qua etiam domo uos habeas medietatem et alteram octauam. Vendo igitur uobis alteram supradictam octauam, pro octoginta solidos et una oue in robore, ut habeatis illam et faciatis de ea quod uobis placuerit. Si quis igitur ex parte mea uel de extranea hanc cartam fregerit, pectet uobis ipsam octauam domus duplatam et parti regie CCC solidos persoluat. Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a}

X^{La} IIII^{a} et quot kalendas februarii. Regnante rege domno Adefonso in Legione. Petrus Suarii Iacobitanam ecclesiam. G[ometio] Nunit tenente medium de Transtamar et Monte Roso. Qui presentes fuerunt: Domnus Henricus prior Superaddi ts. et cf., Fernandus Porra ts. et cf., Veremudus Pelagii maior cellerarius ts. et cf., Petrus Martini cellerarius ts., Petrus sacrista, Iohannes Iohannis infirmarius, Petrus Iohannis cantor ts. et cf., Iohannes Odoarii, Belam ts. et cf., Pelagius Didaci capellanus de Milide ts. et cf., domnus abbas Bouatelle, frater Fernandus Froile. Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 69 r.

167

A. 1220, Noviembre 11 P.

KARTULA DE HEREDITATE DE PONTE ARCHIDIACONO

Era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a} et quotum tercio idus nouembris. Notum sit per hoc scriptum tam presentibus quam futuris quod ego Pelagius Fernandi de Arciu et omnis uox mea dono pro remedio anime mee et uxoris mee et filiorum meorum conuentui Sancte Marie Sancte Marie *(sic)* Superaddi hereditate meam quam habeo de abolentia et de compara et de subpignoratione in filigresia Sancti Felicis iuxta pontem Archidiaconi loco nominato Casal de Petro Amigo, in ipso casale habeo nonam integram de quinta parte totius casalis et comparaui de Azenda Petri filia de Guntrode Sanchit aliam quintam de ipso casale pro X^{La} solidos, et dedit decem de isti et debeo dare XXX^{a} solidos et dedi C^{m} Fernando Marquis et Petro Fernandi et decem solidos Nuno Fernandi in subpignoratione pro tota hereditate que pertinet ad uocem Fernandi Nuniz, tam de auolentia quam de ganancia in filigresia Sancti Felicis iusta pontem Archidiaconi. Adicio etiam medietatem de equabus meis cum tota sua creatione quas habeo in Superaddo cum tota sua supradicta hereditate et dono hoc totum conuentui Sancte Marie Superaddi, tali pacto ut habeat ipse conuentus pitanciam de pane et uino et piscato VIII die ante diem Natalis Domini annuatim si eam inde potuerim habere: Si quis ex parte mea uel extranea contra hoc meum factum uenire temptauerit, habeat maledictionem meam et sit maledictus usque in septimam generationem et pectet regie parti C^{m} morabetinos et karta in perpetuum obti-

neat robur. Qui presentes fuerunt: Fernandus Odoarii ts., Iohannes Odoarii ts., Dominicus Suarii ts., Petrus Iohannis ts., Pelagius Galardu ts., Pelagius Garsie ts., Petrus Garsie ts., Petrus Garsie ts., dominus prior ts., Iohannes Didaci subprior, Petrus Iohannes magister conuersus ts., Petrus Pelagii cantor ts., Eymirin ts., et totus conuentus de monasterii.

Tumbo II, fol. 69 r. y v.

168

A. 1225, Mayo 12 P.

DE PONTE ARCHIDIACONO ET TOIRIZ

In Dei nomine, ego Petrus Fernandi, filius de Eldonza Sancii, do et concedo D[e]o et Sancte Marie de Superaddo totam meam hereditatem quam habeo ad pontem de Archidiacono et in monasterio de Toyriz, tam ecclesiasticam quam laicalem et in Amera et totum meum quinionem de ipso molendino de Amera cum omnibus directuris et pertinenciis suis, pro remedio anime mee et parentum meorum. Si quis contra hoc meum spontaneum factum ad irrumpendum uenerit perdat hereditatem paradisi.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} LX^{a} III^{a} et quotum IIII° idus maii. Qui presentes fuerunt: Frater Iohannes magister scriptorii ts., frater Sancius Roderici monachus ts., Martinus ts., Dominicus ts., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 69 v.

169

A. 1215, Septiembre 24 P.

DE MI[LI]DE

In Dei nomine, ego Enxemena Didaci, una cum filiis meis nominibus Petrus Sanchiz et Rodericus Sanchiz et omnis uox nostra, tibi Fernando Roderiquit do filia mea Eldoncia Sanchiz pro muliere, et non habeo casamentum quod tibi cum illa dem, nec habere, nec boues neque uacas sicut ceteri faciunt, excepto quod ego et filios meos prenominatos damus

tibi et concedimus hereditate que mihi dedit uir meus Sancius Petriz pro arras, et est ipsa hereditate que mihi dedit uir meus in terra Auiancos sub aula sancte Marie de Milite, ripa riuulo Mera et est nominata ipsa hereditate sicut et riuulo Mera. Ita damus tibi atque concedimus ista hereditas pro casamento, ut si aliquis homo de parte nostra uel de extranea contra hanc cartulam ad isrunpendum uenerit, quisquis fuerit, sit maledictus usque ad septimum granum et pariat hereditatem duplatam uel triplatam et insuper CC^{os} solidos.

Facta kartula die quod est era M^{a} C^{a} [C] L^{a} III^{a} et quot VIII kalendas octobris. Ego Enxemena Didaci una cum filiis meis Petrus Sanchiz et Rudericus Sanchiz in hanc cartula manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Menendus Temporaneus qui erat uir Exemenie Didaci ts., Veremudus clericus ts., Suerius Goesteiz ts., cf.

Regnante in Legione et ipse Afonsus rex et imperator. Et comes Fernandus in Monte Roso et Ueremudus Petri in Montanos. Martinus Pilla ts., Munius Lugildiz ts., Vimara Lugildiz ts., Froila Pelagii ts., Roberti cf., Pelagius Stephani notuit.

Tumbo II, fols. 69 v.-70 r.

170

A. 1218, Julio 10 P.

DE MILIDE

In Dei nomine, ego Iohannes Siluestri una cum uxore mea Maria Munit et uoci nostre ad uobis Pelagius Fernandiz et uxor uestra Sancia Ruderici et uoci uestre facimus pactum et placitum firmissimum in centum solidos roboratum de ipsum uestrum molendinum que est in flumine Mera sub aula Sancta Maria de Milide, quod uobis datis mihi ad faciendum et perficiendum et semper diuidamus per medium et semper debeo habere in secula seculorum et uoci mee. Si ego Iohannes Siluestri et uoci mee mentiosi fuerimus pariamus ipsum molendinum duplatum uel triplatum aut in quantum fuerit melioratum et sit excomunicatus et cum Datan et Abiron in inferno collocatus. Era M^{a} CC^{a} L^{a} VI^{a} et quotum sexto idus iulii. Qui presentes fuerunt: Domina Uilielmi ts. et cf., Garsia Pelagii ts. et cf., Petrus Petri presbiter ts. et cf., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 70 r.

171

Sin fecha, P.

DE PONTE ARCHIDIACONUS

Uilla Soani de ponte Archidiaconi diuiditur in VI partes. Duas partes sextas sunt de Superaddo et dedit eas Pelagio Fernandi et habuit eas de Petro Fernandi dictus Guzu. Tercia est de Petro Bicada et de Petro Fernandi de Midin et de Orraca Fernandi, et de ista, leuat Petrus Bicada medietatem et Petrus Fernandi et Orraca Fernandi alteram medietatem; quartam Santia Lux; quintam Toda Luz. Alia sexta de supradicta uilla diuiditur in quinque partes: una sexta est de Pelagio Fernandi et de suis germanis. Alia est de Petro Fernandi et habuit eam de Petro Guzu et dedit eam Superado; et alia est de Guntrode Sanchit et habuit eam Pelagio Fernandi et dedit eam Superaddo. Alia est de Roderico Sanchit. Alia est de Petro Sa[n]chiz. Duas partes de uilla Ragesendi est de Onega et Pelagio Fernandi acquisiuit de XX^{i} quinionibus unum et dedit Superaddo. De Uilla Quintana facit IIII^{or} partes et de una quarta facit VI partes et una sexta est de Pelagio Fernandi et dedit eam Superaddo.

Tumbo II, fol. 70 r. (el fol 70 v., en blanco)

172

A. 787, Diciembre 28 P.

DE SANCTO IULIANO DE CORIO

In Dei nomine Dominis inuictissimis ac triunphatoribus in Deum nobis uernulos et patronos beatorum Sancti Iuliani et Baselisse cuius baselica fundata est discernitur in uilla que dicitur Palatio iusta riuulo Pella, territorio Auiancos. Ego cliens ac pusillus cum strutum domini seruos Froila presbiter, Leodulfus presbiter, Pascasius clericus cum peccatorum more depresus, in spe que sanctorum meritis producia respiro non usquequaque disperationem deicior quem etiam teste consciencie reatus mei

criminis spe pauesco, ut ego pro uos sanctissimi martires tandem reconciliari merear Domino hac sanctorum omnium pro supplicationem uotis hominibus implorum et ideo deuocionem stitit ut de paupertacula mea ecclesie uestre ex uoto probrio conferre debeam, scribat scriptum est: «uouete et redite Domino Deo uestro». Et ideo cum omni affectum operis ego nam de ipsa mea deuocionem implere procuro pro remedio anime nostre concedimus et que donamus uobis, id sunt domos que ad ipsa ecclesia sunt, thesaurum ecclesie, libros, cruces, calices, patenas, signo, uelo ecclesie sancte et omnia propria argento res uestito que ad ipsa ecclesia pertinet, siue et uilla prenominata que dicent Palatio, que prehendimus de stirpe antiquo iusta riuulo Pella, integra ipsa uilla per suos terminos antiquos ex omnique circuito, testamus illa post parte ecclesie Sancti Iuliani, pro remedio anime nostre ut presenti die et tempore ipsa uilla et ipsa ecclesia perpetuali iuri pateat possidendas. Ea tamen uidelicet rationem seruata ut nullus homo ex inde ausus sit uendere aut donare aut in alio loco transferre in extranea parte ausus sit set ut hic sit pauperes Dei sacerdotes de religiosi quod in uita sancti perseuerauerint uictum ex inde percipiant et omnia habeant perhenniter habiturum et ego ullus homo secularium quod in uita sancta perseuerauerint uictum ex inde percipiant, et omnia habeant perpetim habiturum. Et nullus secularium hominum quod in uita sancta ⟨non⟩ perseuerauerint aut seculi rem uitam deduxerint, nichil ex hoc illis pertineat et ponam sub scripture sancte ex propinquis nostris in eadem loco eiecerint abbatem et prendat, habeat, teneat et possideat in iuri suo dum uita aduiscerit seculariter post Deum omnia uindicet et defendat et eiusque successores. Post obitum eius aduisserit in hanc testamentum se conpremauerit et in timore Dei uita monastica perseuerauerit similiter faciat. Quique heredum nostrorum uel quemlibet generis hominum nostra deuotione persecutus, et in conspectu Dei omnipotentis sit repentina et duplum pariet et ipsa uilla et ipsa ecclesia.

Facta series testamenti V° kalendas ianuarii, era DCCC^{a} XXV^{a}. Froila presbiter, Leodulfus presbiter, Pascasium clericum in hanc testamentum confirmamus. Vidiscleo clericus ts., Aliuertus ts., Heliseus presbiter ts., Viliatus ts., Ansuetus presbiter ts., Senta ts., Onesindus ts., Fromari ts., Abolus ts., Cendas ts., Senor ts., Honericus ts.

Tumbo II, fol. 71 r. y v.

173

A. 1149, Mayo 28 P.

DE SANCTO IULIANO DE CORIO

Initium scripti sub nomine Ihesu Christi. Diuina gratia per quam facta sunt omnia bona. Ego Maior Froila et deouata, una cum filiis et filiabus meis, uidelicet Petrus Ueremudi, Suarius Ueremudi, Marina Ueremudi, Vrraca Ueremudi. Guterrius Guistrariz, Vrraca Vistrariz, Suarius Guistrariz, propter amorem regni Dei et remissionem pecatorum nostrorum et parentum nostrorum et animarum uirorum meorum, facimus kartam testamenti Deo et Sancte Marie Superaddi, et uobis domni Petri abbatis et omnis conuentui eiusdem loci, tam presenti quam futuri, de tota nostra hereditate quam hodie habemus uel habere debemus in monasterio Sancti Iuliani de Fratribus et in omnibus adiunctionibus suis, intus et foris, et predictam hereditatem habemus ex parte domni Segeredi Aluiti et ceterorum auiorum nostrorum et est prenominata medietas integra. Et alia medietas fuit consanguineis nostris Suarii Guterrii, Munionis Guterrii, Nunonis Guterrii, Marine Guterrii, Oruelido Guterrii. Et ego Maior Froila, una cum uiro meo Ueremudo Suarii acquisiui de predicta medietate portionem de Nuno Guterrii pro precio placabile, et ista portio est I^{a} V^{a} integra de ipsa medietate. Adicimus uobis etiam iure perpetuo. Ego Suarius Guterrii et omnis uox mea similiter dono atque concedo per cartam testamenti de predicta medietate IIII^{ti} V^{as} integras, una est mea et alia de fratre meo Munio Gutierri, et alie due de sororibus meis Marina Guterrii, Oruelido Guterrii, ut ab hac die et deinceps predictam hereditatem integram habeatis eam in perpetuum iure hereditario pro remissionem peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, ut in uestris beneficiis et orationibus partem habeamus. Hoc donum offerimus Deo et beate Marie Superaddi, ceterisque sanctis, quorum reliquie ibi recondite sunt, et uobis domnum Petrum abbatem Superaddum et uestris successoribus. Damus eam uobis per terminos antiquos quos sancciti fuerunt ab antecessoribus nostris, scilicet auiis, bisauiis, tritauiis usque in diebus Ordonii regis et deinceps, scilicet quomodo incipiunt ad portum de Fratribus et inde per ipsum fluuium de Ysso Infestum usque dum intrat aqua de Tago in fluuio de Isso et in

ipso riuulo de Ysso est ibi uno nasario fixo integro de Sancto Iuliano de Fratribus similiter, et hoc uobis donamus et inde per ipsa aqua de Tago usque ad portum de Monachis et inde per ipsa aqua de Tago usque ad Arenas Albas et inde per illo ualle que incipit ad Arenas Albas et pergit usque ad aquam de Pella et inde quomodo se diuidit de hereditate de Monte Longo et de alia parte quomodo se diuidit de hereditate de Marogio, per illa uia de Marogio et uenit ad aquam de Pela et inde ad portum de Fratribus unde incepimus. Adicimus uobis omnes adiuntiones suas que de foris sunt, cum suis directuris. Hec hereditas habet iacentia in territorio de Auiancos inter tres fluuios: Pella, Ysso et Tago. Et hanc predictam hereditatem abrasa est de nostro iure et in uestro iure et dominio tradita et confirmata, habeatis eam firmiter et omnis posteritas uestra. Damus eam uobis per montes, per ualles, per intra et extra, per plantata et non plantata, per uillas desertas siue populatas, sicut eam melius inuenire potueritis usque ad granum sinapis. In istis uero terminis non intrat ibi alius heres, nisi partem regiam et nos datores. Hoc nostrum factum maneat semper firmum. Quod si aliquis extraneus uel propinqus ibi uobis contrarium fecerit, in sancta hereditate Paradisi recipiat contrarium et ex nostra parte sit maledictus et sicut in uestro romano priuilegio fiet excommunicatus nisi satisfecerit et pro ausu temeritatis persoluat ad predictum monasterium M solidos et insuper quantum in calumnia miserit in duplo componat.

Facta karta testamenti sub era Mª C^{a} LXXX^{a} VII^{a} et quot V^{o} kalendas iunii, imperante Ildefonso in tota Ispania cum duobus filiis regibus: domno Sancio et domno Fernando. In Compostella archiepiscopo domno Petro Elias. In Monte Roso comite domno Fernando. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Adefonsus ts., Martinus ts., Ego Maior Froila et Deo uota in hanc kartulam testamenti et donationis siue confirmationis manu mea propria roboro et cf.

(1.^{a} col.) Ego Petrus Ueremudi cf., Suarius Ueremudi cf., Marina Ueremudi cf., Vrracha Guistrari cf., Vrraca Ueremudi cf., Guterius Guistrari cf., Suarius Guistrari cf., ego Fernandus Suarii.

(2.^{a} col.) Ego Suarius Guterriz cf., ego Munio Guterriz cf., ego Nuno Guterriz cf., ego Marina Guterriz cf., Oruelido Guterriz cf., ego Froila Ueremudi cf., ego Odoarius Adefonsi cf., ego Rodericus Suarii cf., ego Nuno Suarii cf.

[Sig.] Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fols. 71 v.-72 r.

174

A. 1174, Enero 1 P.

DE CORIO DE SANCTO IULIANO

Sub Christi nomine. Ego Arias Luz et uxor mea Eluira Garcia una cum filiis nostris uidelicet Petrus Arias, Odosinda Arias, Rodericus Arias et omnis uox nostra, facimus kartam donationis et confirmationis siue testationis Deo omnipotenti et beate Marie Superaddi, ceterisque sanctorum quorum reliquie ibi recondite sunt, et uobis abbati domni Egidii et omni conuentui eiusdem loci tam presenti quam futuri, de tota nostra hereditate quam hodie habemus uel habere debemus in territorio Auancis, discurrente riuulo Ysso, pernominata de Caurio de Sancto Iuliano de Fratribus, damus eam uobis et successoribus uestris totam partem regiam infra terminos et extra terminos per ubi eam potueritis inuenire usque ad granum sinapis, et ganauimus eam de domno Odoario Adefonsi, cognomento Trilado, et uxore sua domna Maiore Nuniz et filiis eorum per presentiam et auctoritatem regis domni Fernandi et archiepiscopi domni Petri Gudestei et capituli Sancti Iacobi. Vnde fecit nobis rex domnus Fernandus cartam donationis siue confirmationis cum omne uoce regali iure perpetuo, per terminos antiquos quomodo incipiunt ad portum de Fratribus et inde per ipsum fluuium de Ysso usque dum intrat aqua de Tago in flumine de Ysso, et in ipso riuulo de Ysso est ibi uno nassario integro de Sancto Iuliano de Fratribus, et inde per ipsa aqua de Tago usque ad portum de Monachis, et inde per ipsa aqua de Tago usque ad Arenas Albas et inde per illo ualle que incipit ad Arenas Albas et pergit ad aquam de Pella, et inde quomodo se diuidit de hereditate de monte Longo et de alia parte quomodo se diuidit de hereditate de Marogio per illa uia de Marogio et inde uenit ad aquam de Pela unde incipimus. Damus uobis predictam hereditatem intus et foris, per montes, per uillas, per loca plantata et non plantata, per uillas desertas siue populatas, ut ab hac die et deinceps de iure nostro sit abrasa et in uestro sit tradita atque confirmata, ob remissionem peccatorum nostrorum et parentum nostrorum et propter conuenienciam que uobiscum fecimus, scilicet ut in uita nostra teneremus eam de uobis et post obitum nostrum relinqueremus eam ad predictum monasterium.

Facta karta donationis et confirmationis siue testationis era M^{a} CC^{a}

XII[a] et quot kalendas ianuarii, hoc nostrum factum maneat semper firmum. Quo si aliquis ex genere nostro uel alieno hoc factum infringere temptauerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et pro ausu temerario parti uestre uel uoci persoluat mille aureus et quod inuaserit duplet.

(1.[a] col.) Qui presentes fuerunt: Odoarius ts., Nuno ts., Sancius ts. Ego Nuno Petri cf., ego Eluira Garcie cf., ego Odosinda Arie cf. Ego Arias Luz cum uxore mea Eluira Garsia et filiis meis hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo,

(2.[a] col.) Ego Arias Luz cf., ego Petrus Arias cf., ego Rodericus Arias cf.

Ego Fernandus qui scripsi cf.

Tumbo II, fol. 72 r. y v.

175

A. 1174, Enero 1 P.

DE CORIO SANCTI IULIANI

Era M[a] CC[a] XII[a], kalendas ianuarii. Ego Arias Luz et uxor mea Heluira Garcia et omnis uox nostra facimus pactum et placitum et adligabile uerbum et scripture firmitatis in solidos M[e] roboratum, uobis patri et abbati domni Egidii Superaddi et omni conuentui uestro, tam presenti quam futuro, super uestram hereditatem de Sancto Iuliano de Fratribus cum adiuntionibus et directuris suis que nobis datis in adprestimonium pro amiciciam et familiaritatem que uobiscum habemus, ut teneamus de uobis tali pacto, ut populemus eam et plantemus et hedificemus et laboremus domos et perquiramus illam pro posse nostra, de totus homo et de tota parte, sine aliqua fraude et ad obitum meum, ego Arias Luz pernominatus relinquamus ego et uxor mea illam hereditatem cum alia nostra medietate que ibi ganamus de domno Trilado et uxore sua domna Maiore, cum omnibus suis populationibus integris et cum omnia sua bona intus et foris ad Superaddum liberam et quietam ex omni parte nostra, tam nostra medietate quam uestra, et uos non tollatis eam nobis usque ad obitum meum solus ego Arias pernominatus, sine nostra uoluntate. Et si nos mentiosi fuerimus de hac re et hunc placitum irrumpere uoluerimus de amicitia et familiaritate, sede⟨a⟩mus degecti et pariamus penam placiti quod superius resonat ad uocem monasterii et illam hereditatem duplemus, et salua reuerentia de nostro priuilegio que habemus

ab ecclesia romana confirmato a papa Alexandro, nullus homo sedeat ausus recipere, uos donec impleatis sicut superius resonat. Nos iam supranominati in hoc placitum quod fieri iussimus manus nostras proprias roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Arias ts., domnus Triladus cf., Santius Petri cf., Froila Ueremudi cf., Petrus Adefonsi iudex cf., Gundisaluus Pelagii cf., Et plures qui uiderunt et audierunt ts. et cf., Pelagius qui notuit et presens in hoc fuit quod ab ore Arie Luz audiuit et hoc placitum uerbo ueritatis cf.

Tumbo II, fols. 72 v.-73 r.

176

A. 1178, Octubre 19 P.

DE SANCTO IULIANO DE CORIO

Era M[a] CC[a] XVI[a] et quot XIIII kalendas nouembris. Ego Eluira Garsia una cum filiis et filiabus meis uobis domno Egidio abbati de Superaddo et priori uestro F[ernando] et fratribus uestris, facio pactum et placitum de illa uestra hereditate quam habetis in terra de Auiancos nomine Caurium, quantum est de uestro iure et de meo a flumine Tago usque in Pellam, quia semper tota una fuit hereditas et esse debet, et uos datis eam mihi totam ut teneam eam de uobis in uita mea et ad obitum meum dabo eam integram cum quantum ibi plantauero et edificauero et cum omnibus que ibi habuero. Datisque eam mihi cum XX VIII armentios inter paruos et grandes, cum uasis et ferramentis et cum tota perfia de casa ut sim uestra soror et uestra familiaris et nichil inde extraham set crescam quantum potuero. Et ego insuper do uobis quartam partem de illa casa de Milide quia tanta est portio mea de illa et habeo cum Iohanne Petri de Toeriz casam istam. Si quis autem de meo genere uel de alieno hoc pactum nostrum frangere uoluerit sit maledictus et excommunicatus et cum Datan et Abiron in inferno sit dampnatus et parti uestre uel uoci persoluat D[os] aureos et quod inuaserit duplet et hoc factum sit firmum. Qui presentes fuerunt: Pelagius ts., Fernandus ts., Froila ts. Ego Heluira Garcia hoc pactum roboro. Ego Fernandus qui scripsi cf.

Tumbo II, fol. 73 r. y v.

177

Sin fecha (¿1174?)

DE TERMINOS QUOMODO SE DETERMINAT HEREDITATE DE CORIO

Ipsa h[er]editas est determinata inter nostra medietate et uestra medietate a flumine Tago usque ad flumen de Pella quomodo intrant ambos istos fluuios in fluuio Ysso, sic fuit ab antiquo subiugata Sancti Iuliani de Fratribus et extra istos terminos alias suas adiuntiones sicut resonant in scripturis suis et hoc uerum est testimonium istud, et de aqua de Pela usque ad aquam de Tago medietate de fluuio Ysso cum suo nassario et suas piscarias integras, et de alia parte quomodo se diuidit de hereditate de Saa et de Pezouere per suos terminos.

Tumbo II, fol. 73 v.

178

A. 1093, Enero 6 P.

DE SANCTO IULIANO DE CORIO

In Dei nomine, ego Suarius Guterriz uobis genitricem meam Uisclauara Rapinati in Domino Deo eterno salutem, amen. Ideo placui mihi atque conueni nullis quoquegentis imperio nec suadentis articulo, set propria mihi accessit uoluntas ut facere uobis kartulam uenditionis de hereditate mea propria que habeo de susceptionem abiorum et parentum nostrorum, id est, ecclesia uocabulo Sancti Iuliani de Fratres et est illa in territorio Auiancos discurrente rio Pela, [d]abimus atque concedimus illa ecclesia nostra portione V^{a} integra ubi illa potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis cum quantum ad hominis est, intus et foris, uillas earum testationes et agnitiones foros et criazone et omnem peculiarius cuntique omni nostre difinitio hornamentum ecclesie et omnia benefactoria, omnia cuncta quantaque ad illa ecclesia pertinet et prestabilis apud hominis est, do uobis domina genitorem meam omnia mea portione ab integro,

pro quo accipio de uobis precio, id est, duos kauallos que mihi bene complacuit et magnos et obtimos aput me sunt placibiles palatim nimium et de precium aput uos nichil remansi indebitum set omnia completi sumus, uos destis et nos accepimus et concedimus a uobis ipsa ecclesia iam dicta, kasas, quintanas, pomiferum tam fructuosum quam infructuosum, fontes, montes, petras mobiles et inmobiles, exitus earum, accessum uel regressum, quomodo illa obtinuerunt abiorum et parentum nostrorum et sicut illa habui pater meus pro diuisionem sit uobis ea dabimus et pro uenditionem et testationem et pactum confirmationis, ut habeatis illam ad opus uestrum et faciatis de ea quicquid extiterit uoluptas uestra. Ita ut de hodie die uel tempore sedeat de iure meo abrasa et in uestro iure uel dominio translatata, habeatis uos firmiter et omnem posteritas uestra in temporibus seculorum, amen. Si quis tamen quod fieri hoc non creditis et aliquis homo ad irrumpendum uenerit, hanc ego hanc aliquis in uoci mee ego in uita mea obtorem firmiter semper fiat a partem uestram, post obitum filiis uel neptis uel aliquis ex propinquis quod prius infringere uoluerit tunc inferam uel inferat parti nostre partique uestre paria illa duplata uel triplata uel quantum apud uos fuerit meliorata et uobis perpetim habitura.

Facta karta uenditionis sub die quod est VIII idus ianuarii, era M^{a} C^{a} XXX^{a} I^{a}. Et ego Suario in hac karta uenditionis manus meas roboraui. Qui presentes fuerunt hic sunt: Pelagio ts., Adefonso ts., Petro ts., Nuno ts., Petro qui notuit.

Tumbo II, fols. 73 v.-74 r.

179

A. 1174, Julio R. Fernando II

DE DOMINO REGE FERNANDO ET DE FILIO EIUS

In nomine domini nostri Ihesu Christi, amen. Factaque que pagina non traduntur facile a mentibus elabuntur. Ea propter ego domnus Fernandus Dei gratia Hyspaniarum rex, una cum uxore mea regina domna Vrraca et cum filio meo rege domno Alfonso, do uobis Arie Luz in Auianquos quantum regalengum habeo in uilla nominata Sanctum Iulianum de Couro, ut ab hac die et deinceps ipsum regalengum habeatis, cum pratis, pascuis, montibus, fontibus, riuis, molendinis, terris exiti-

bus et ingressibus et cum omnibus directuris et pertinenciis suis, et possideatis, uendatis, donetis, commutetis et totam uestram uoluntatem de illo faciatis et iure hereditario imperpetuum illud uobis habendum, dono et concedo pro bono seruitio quod mihi fecistis. Si quis igitur tam meo genere quam de alieno hoc meum factum infringere temptauerit, iram Dei omnipotentis et regis indignationem incurrat, et cum Iuda domini traditore in inferno sit dampnatus, et pro temerario ausu parti regis tres mille morabitinos persoluat, et quod inuaserit uobis uel uoci uestre in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta karta apud Ciuitatem Roderici mense iulii, era M^{a} CC^{a} XII^{a}. Regnante rege domno Fernando Legione, Extremadura, Gallecia et Asturiis. Ego domnus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore cf. *[sig. rod.]*. Petrus Dei gratia Compostellanus archiepiscopus, Iohannes Legionensis episcopus cf., Arnaldus Astoricensis episcopus cf., Stephanus Zamorensis episcopus cf., Gundisaluus Ouetensis episcopus cf., Vitalis Salamantinus cf., Petrus Ciuitatensis episcopus cf., Alfonsus Auriensis episcopus cf., Fernandus Roderiz tenens torres Legionis ts. et cf., comes Gomez dominans in Trastamar cf., Aluarus Roderici domni regis maiordomus, Goter Goterriz signifer regis cf., Fernandus Poncii tenens Limiam cf., Iohannes Arie cf., Fernandus Arie cf., Petrus Roderici cf., Goter Roderici. Ego Petrus Iohannis domni regis notarius feci scribi et cf.

Tumbo II, foï. 74 r. y v.

180

A. 1177, Marzo 8 P.

DE UARZENA DE PEZOURE

In Dei nomine, ego Froila Ueremudi et uxor mea Maior Muniz et omnis uox nostra, damus atque concedimus Sancte Marie de Superaddo hereditatem nostram per nomen Uarzena de Pezoure, de aqua in aquam, quantum ad nos pertinet et quantum ex altera parte de saltu potueritis laborare. Damus itaque eam pro remedio animarum nostrarum atque parentum nostrorum, ut sit perpetuo Sancte Marie Superaddi. Si quis uero tam de nostro quam de alieno genere, hoc factum nostrum spontaneum irrumpere temptauerit, iram regis eterni incurrat, et pro ausu temerario Sancte Marie Superaddi duplet ipsam hereditatem et hoc scriptum nostrum semper sit firmum.

Facta karta donationis apud Superaddum VIII idus marcii, era M[a] CC[a] XV[a]. Ego Froila Ueremudi et uxor mea Maior Muniz, una cum filiis ac filiabus nostris hoc scriptum quod fieri iussimus proprio robore confirmamus. Qui presentes fuerunt: Domnus Odoarius, cognomento Trilado cf., Petrus Sancii cf., Arias Ueremudi cf., fratres de Ante Altaria cf., Pelagius ts., Rodericus ts., Fernandus ts. Ego Fernandus qualiscumque monachus qui scripsi cf.

Tumbo II, fol. 74 v.

181

A. 1198, Enero 11 P.

DE MONTE LONGO

Era M[a] CC[a] XXX[a] VI[a] et quot III idus ianuarii. Hoc est pactum et placitum firmissimum in CCC[os] solidos roboratum, quod factum est inter fratres Superaddi et homines de Monte Longo, nominati Petrus Muniz et alius Petrus Muniz, et Petrus Gusteiz, de sexta parte de illa hereditate quam habent insimul isti homines in Monte Longo. Nos itaque supranominati homines recipimus a uobis fratribus Superaddi illam sextam de illa hereditate sub tali pacto, ut nos et uox nostra post nos habeamus et possideamus, plantemus et laboremus illam, et uobis medietatem fructus de illa de illa demus in perpetuum. Si autem aliquis ex parte nostra sicut supra scriptum est implere noluerit, pariat CCC solidos et hereditatem perdat. Qui presentes fuerunt: Petrus Muniz clericus ecclesie, Lupus Fernandi ts., Viuianus Alfonsi ts., Fernandus prior Superaddi, Veremudus Pelagii ts., Henricus qui notauit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 74 v.

182

A. 1209, Febrero 11 P.

DE PELA ET MONTE LONGO

Era M[a] CC[a] X[La] VII[a] et quotum III[o] idus februarii. Orta fuit intentio inter fratres Superaddi et homines de Pela et de Monte Longo super hereditatem de Auellan[al] que iacet inter Pela et Sanctum Iulianum de

Fratribus. Igitur predicti fratres Superaddi et prefati homines de Pela et de Monte Longo elegerunt unanimiter sex homines bonos: Suerium Didaci de Marogio, Lupum Fernandi de Monte Longo, Munium Petri de uilla Antimi, Petrum Muniz filium de Munio Petri, freir de Sancto Romano, Arias Petri de Ueigundo, ut isti d[i]uiderent inter eos prefatam hereditatem et diuiserunt ipsam hereditatem per illam caal que descendit de monte Caluo et inde per fontem que est sub illa uia que uadit de Pela ad Courium et inde per ipsam fontem que intrat in riuo de Pela et posuerunt ibi marcos, unum in monte in directum fontis de Arenis Albis, et alterum in illa caal que descendit de monte Caluo, et tercium ad caput fontis que intrat in Pela. Nos fratres Superaddi laudamus et confirmamus hos terminos et has diuisiones que inter nos et homines de Pela et de Monte Longo facte sunt, quod sint stabiles usque in finem. Similiter nos homines de Pela et de Monte Longo laudamus et confirmamus hos terminos et hac diuisiones que inter nos et fratres Superaddi quod sint stabiles usque in finem. Si quis hoc placitum fregerit pectet alteri parti mille solidos. Qui presentes fuerunt: Veremudus Pelagii cellerarius ts. et cf., Petrus Iohannis cantor ts. et cf., frater Menendus magister de Courio ts. et cf., frater Petrus ts. et cf., Lupus Fernandi de uilla Antimi, Arias Martini de Monte Longo, Petrus Muniz de Monte Longo, Petrus Diat de Pela, Petrus Muniz de Pela, Petrus Martini de Pela ts. et cf., Afonsus Petri de Pela ts. et cf. Hoc fuit factum in diebus regis Adefonsi et archiepiscopi Beati Iacobi domni Petri Munit et episcopi Lucensi domni Ruderici, et Roderico Gundizalui tenente Sarriam et Monte Nigro et medium de Transtamar, Roderico Arias terram de Auancus et domna Onega Odoarii tenente Castaneda et cautum de uilla Antimi, Petrus Martini ts., Iohannes Petri ts., Iohannes Odoarii ts.

Tumbo II, fols. 74 v.-75 r.

183

Sin fecha, P.

DE PEZOURE

Notitia de hereditatibus que sunt de Pezoure et de Sancto Iuliano de Fratribus, sicut in suo colmelo et auentario resonat. In primis se ⟨leuat⟩ in portu de Fratribus et inde uadit usque in aqua de Tago cum suo nassario integro in ipso riuulo de Ysso et inde per ipsa aqua de Tago usque

ad portum de Monachos et inde per Saa de Intornados et inde ad fontem de Asperon, et inde per agros de Canales beneplicantes ad Sanctum Iohannem, et inde per illas circarias et inde per ualles fractus super uilar, et inde uadit in prono ad illum fontem de Aluin et inde quomodo uadit ad illum riuulum de Uesenia et inde de illa parte ipsius riuuli iam predicti per fontanos de Ruidos et inde quomodo uadit infestum ad illum castrum de Belmir beneplicatum, et inde quomodo uadit ad penam Cristoual, et inde in pronum ad illum arrogium et inde ad penas Maiores, et inde quomodo ascendit ad montem Medianum ad illas mamulas, et inde quomodo uadit per cerrum illius montis, et inde ad illum fontem de Uilar et inde quomodo uadit in directum ad illam petram scriptam, et inde quomodo uadit ad illam mamulam super Quintanelam, et inde in pronum ad illam mamulam que stat contra partem Sancti Romani, et inde ad riuulum de Riazoo, et inde ad aliam mamulam que stat iuxta uiam que uenit de Pezoure, et inde ad Riazoo in pro et fer in Pela, et inde fer in riuulo in pronum per Sanctum Iulianum et fer in Ysso et in portu de Fratribus unde primitus incepimus.

Tumbo II, fol. 75 r. y v.

184

Sin fecha, P.

KARTA DE HEREDITATIBUS DE FORIIS

Noticia de hereditatibus de Pezouere que sunt de foriis. In primis uilla Frea media et Sancta Maria de Doronia media et suum casale. Sancta Marina de Uascones media. Cabeza de Bobus. Casale de Ferrario et Agerei et Porcelin et leiras de Marogio capientes VII modios de semente. In terra de Cornado, uillas pernominatas Sancta Marie de Truncida de Transmonte et in Amoiim, suo casale et in Sancta Maria de Arcua duos casales: Cartemir et Ascariz.

Tumbo II, fol. 75 v.

185

Sin fecha, P.

KARTULA INUENTARIUM

Hec est inue[n]tarium de hereditate de Caurio de Sancto Iuliano de Fratribus quomodo obtinuit eam domnus Segeredus Aluiti et sicut obtinuit eam Maior Froila cum uiro suo Ueremudus Suarii, et pro ea filiis eorum, Petrus Ueremudi, Suarius Ueremudi, Marina Ueremudi, Vrraca Ueremudi, Guterius Guistrariz, Vrraca Guistrariz et portio de Nuno Guterriz que aquisiuit domna Maior Froile et uiro suo domno Ueremudo Suarii pro precio placabile, et ipsi fecerunt de ea donationem monasterio Sancte Marie Superaddi, et sicut obtinuit eam domna Uisclauara Rapinaldi cum uiro suo domno Gutier et filii eorum, Munio Guterriz et Suarius Guterriz et Oruelido Guterriz et Nuno Guterriz et Marina Guterriz. Et Arias Lux et uxor eius domna Eluira Garssie qui acquisierunt partem regiam de domno Trilado per auctoritatem regis domni Fernandi et archiepiscopi domni Petri Gudestei et capituli Beati Iacobi, et de predicta hereditate donationem fecerunt monasterio Sancte Marie Superaddi pro animabus suis et parentum suorum, per terminos antiquos per quos sanciti fuerunt ab antecessoribus eorum scilicet auis et bisauiis et tritauiis in diebus regis domni Ordonii, quomodo incipiunt ad portum de Fratribus et inde per ipsum fluuium de Ysso infestum usque dum intrat aqua de Tago et in ipso riuulo de Ysso uno nassario integro de Sancto Iuliano et inde per ipsa aqua de Tago usque ad portum de Monachis, et inde per ipsa aqua de Tago usque ad Arenas Albas et inde per illo ualle que incipit ad Arenas Albas et pergit usque ad aquam de Pella, et inde quomodo se diuidit de hereditate de Monte Longo et de alia parte quomodo se diuidit de hereditate de Marogio [± 8] de Marogio, et uenit ad aquam de Pella unde incipimus. In istis terminis non uenit ibi alius heredes pro hereditate nisi partem regiam et predictos datores. (Este final parece de otro doc.) Concedimus uobis ipsam hereditatem per montes, per ualles, per intra et extra, per plantata et non plantata, per uillas desertas et populatas sicut melius inuenire potueritis. Et hoc nostrum factum maneat semper firmum (termina cuadernillo).

(Fol. 76 r. Conf. que parecen de otro doc.; empieza cuadernillo).

(1.ª col.) Iohannes Lopez cf., Rodericus Martini cf., Petrus Albus presbiter De turre de don Nunno cf.,

(2.ª col.) Petrus Andres cf., Iohannes Gallego cf., Rodericus de Golpeiones cf., Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts.,

(3.ª col.) De Fontes, Pelagius presbiter cf., Pelagius Micahelis, Iohannes Iohanni cf., Gonzaluo Micahelis cf., Gonzaluo Petriz, don Froila cf.

Tumbo II, fols. 75 v.-76 r.

186

A. 1206, Julio 28 P.

KARTA DE SCURREL

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quod ego Petrus de Fonte cum uxore mea domna Ma[io]re tibi Remundo de podio et uxori tue Iohanne et filiis uestris, uendimus totum hereditamentum quod habemus in Scurrel qui fuit Sancii Ordonii super riuum qui uocatur Cea, casas, terras, vineas, molendinos, arbores, montes, ualles, diuisus et totum aliud quod nobis in eodem loco pertinet pro CCC morabetinos, precium quod nobis placuit et a uobis recepimus. Vnde iam dictum hereditamentum uobis tradimus ut a modo iure hereditario habeatis, possideatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit uobis aut ei qui uocem uestram pulsauerit mille morabetinos persoluat in pena et duplet quantum inquietauerit in consimili loco et hoc scriptum maneat firmum. Ego Petrus de Fonte cum uxore mea hoc scriptum quod fieri iussimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Facta karta apud Villam Francam mense iulii V° kalendas augusti, era M^{a} CC^{a} XL^{a} IIII^{a}. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Petro in Astorica, in Oueto episcopo domno Iohanne. Regina domna Taresia Portugalense tenente Uillam Francam, Alcadibus Petro Iohannis, Martino Martini, Petro Oariz et Roderico Fernandi, tenentibus Beneeuentum, Alcadibus Dominico Amargo, Pelagio Quiuenit, Petro repostero, Egidio Lupi, Lupo Didaci. Martino Pelagii, M[ic]haele Rotundo, Remundo de Podio qui hoc hereditamentum emit. Presentibus confirmantibus: Willelmo de Brina, Giraldo Emerico, domno Emerico cf., Ebrado de Pomareda cf., Iohanne Lombardo cf., Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Dominicus Iohannis capellanus beati Nicholai scripsit. Et alii multi qui uiderunt et audierunt.

Tumbo II, fol. 76 r.

187

A. 1150, Diciembre 31 P.

DE SCURREL

In Dei nomine. Ego Martino Albertiz una cum filio meo Fernandus ad uobis Sancio Ordoniz et uxor uestra Maria Nuniz in domino Deo eterna salutem amen. Ideo placuit nobis atque conuenimus nullius quoquegentis imperio nec suadentis articulo nec pertimecentis metum, set propria nostra accessit uoluntas ut faceremus uobis sicut et facimus kartula uenditionis de hereditate nostra propria que habemus de parte de domna Maior in uilla que uocitant Scurrel, discurrente riuulo Cea subtus mons Castro Formica uocabulo ecclesie Sancta Cecilia, et ipsa hereditate fuit de Saluator Uelidiz et donauit eam uxori sue dompna Maiore, et illa donauit nobis mihi et filio meo et nobis dabimus uobis atque concedimus ex integra per ubi eam potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis et ibi damus casas, terras cultas uel incultas, exitus aquarum et sescas molendinarum, aquis aquarum, uineas, ortos et pascuis, platis, paudulibus, arbores fructuosas uel infructuosas et quantum ad prestitum hominis est, uobis damus et octoricamus et accepimus de uobis in precio quantum inter nos et uos bene complacuit, L[a] II morabitinos uos dedistis et nos accepimus, et de ipso precio apud uos nichil remansit indebitum. Ita ut de hodie die uel tempora ipsa hereditate de nostro iure sciat abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata, habeatis illa uos et filiis uestris et omnis posteritas uestra usque in finem seculi. Si quis aliquis homo uenerit, tam de nostris uel extraneis qui hanc uenditionis kartula quem feci ad irrumpendum uenerit uel infringere temptauerit, in primis sedeat excomunicatus et a fide Christi sepparatus et cum Iuda traditore substineat pena in eterna dampnatione. Et insuper pariat uobis ipsa hereditate duplata uel triplata uel in tali loco meliorata et ad partem regis pectet CCC[os] morabetinos ex auro purissimo.

Facta kartula uenditionis notum die quod erit II kalendas ianuarii, era M[a] C[a] LXXX[a] VIII[a]. Regnante imperator Adefonsus in Legione et in Toleto, comes Poncius mandante casa eius. Maiorino Martino Nezaniz. Comes Osorius in uilla Lupus. Infante domna Eluira in castro Goncaluo. Don Uela in Malgrado. In Val de Heras Roderigo Fernandiz. Poncius de Uenebra [1] in Maiorga. Qui presentes fuerunt et uiderunt et audierunt:

[1] Arriba, en letra posterior, pone Minerba.

Monio Uermudiz cf., Fernan Cabeca cf., Michahel Zabiz cf., Fernan Martiniz cf., Pelai Gerra cf., Cidi ts., Uili ts., Sancio ts., Ego Martino et filio meo Fernando in ac uenditionis que fecimus manus nostras roborabimus et signum fecimus. Et in Legione sedis episcopus Iohannes. Nuno qui notuit.

Tumbo II, fol. 76 r. y v.

188

A. 1192, Mayo P.

In Dei nomine, amen. Sciant presentes et posteri quod ego Marina Roderici, filia Roderici Gundisalui et Sancie Ordonii uobis Petro de Fonte et Raymundo de Podio necnon et Petro de Podio, uendo pro XL[a] morabetinos quod mihi dedistis et ego accepi, omnem hereditatem quam habeo et mihi pertinet in Scurrel super ripam fluminis Ceie, subtus castrum Formica et ecclesia ipsius uille uocatur Sancta Cecilia, et iacet subtus turrem que fuit de Iohanne Pelagii. In ipsa iam dicta uilla uendo uobis quantum habeo et mihi pertinet ab integro, tam domos quam solos, areas, ortos, terras cultas et incultas, arbores, aquas, molendinos, erbas, montes, ecclesia exitus et regressus et diuisa. Tali pacto et ratione ut ab hac die de iure meo sit exuta et in uestro sit tradita et confirmata, ut habeatis et hereditario iure semper possideatis, et faciatis de illa quicquid uolueritis et omnis uestra successio post uos. Si quis igitur ex meo seu ex alieno genere huius mei spontanei facti fractor institerit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, persoluatque uobis uel uoci uestre pulsanti CCCC morabetinos et rem inuasam uobis in simili loco in quadruplum reddat, et hoc meum factum maneat firmum.

Facta carta era M[a] CC[a] XXX[a] mense maio. Regnante rege Alfonso cum regina Tareisia in Legione. Maiordomus Iohanne Fernandi. Garsie Luppi tenente Beneuento. Manrico Legionensium episcopo. Iohanne Ouetensium episcopo. Ego iam dicta Marina Roderici sanctimoniale Sancti Pelagii de Oueto hoc scriptum propria manu roboro et signum fieri iussi. Firmas, Fernandus Martini frater Hospitale, Gil Fernandi de Palaciolo, Romanus Rei, Iohannes de Rege. Stephanus Romaniz. Rodericus Muniiz, Martinus Cabeza, Pelagius Quiueno, Martinus Franco cognato de Iohanne Galego, Dominicus Lopez capellanus Hospitalis, Munio presbitero, Reimundus carpentarius, Stephanus Donadeu, Giral Bel, Martinus socius de don Ramos, Eimar Gat, Iohannes Fort Espes, Stephanus

de Buxarau, Bernal Moneda, Bernal de Calzada, Martinus Unzenero, Iohannes capellanus Sancti Lazari, Petrus Pison, Petrus Lancara, Fernandus andador de confraria de Merianes, Iohannes Petri alfaiat, Petrus ts., Iohannes ts., Pelagius ts.

Tumbo II, fols. 76 v.-77 r.

189

A. 1215, Marzo 14, R. Berenguela

KARTA DE UILLA NOUA

Religiosa loca eo a fidelibus debent deuotius adornari, quo per ea fidutialius animabus sperant ueniam obtinere. Ea propter ego Berengaria Dei gratia regina Legione et Galletie una cum filiis meis Ferrando et Alfonso, spontanea uoluntate facio cartam donationis, concessionis et confirmationis et stabilitatis Deo et monasterio de Sobrado et uobis Henrico instanti abbati uestrisque successoribus et uniuerso eiusdem monasterii monachorum conuentui sub cisterciense ordine Deo seruienti presenti pariter et futuro perpetuo ualituram. Dono itaque uobis et concedo totam hereditatem meam de Uilla Noua sita in ripa Ceye inter Maioricam et Ualderas ad uocem regiam pertinentem, cum ingressibus et egressibus, molendinis, pratis, pascuis, riuis et omnibus pertinenciis suis, ut eam iure hereditario in perpetuum habeatis et irreuocabiliter sine contradictione aliqua possideatis. Supradictam inquam hereditatem do uobis ut infirmi monachi et fratres qui in uestro fuerint monasterio, qui quanta opus esset non habundant ut dicitur panis copia, pane qui de iam sepedicta hereditate prouenerit sustententur. Ne quis ergo in posterum hoc factum meum irritare presumeret presentem paginam sigilli mei minime roboraui, mandans firmiter et districte precipiens, quod si quis illud infringere temptauerit regie parti mille aureos persoluat et dampnum quod uobis intulerit uobis uel uocem uestram pulsanti in duplum restituere teneatur.

Facta carta apud Sanctum Facundum, era M^{a} CC^{a} LIII^{a}, XIIII die marcii. Regnante rege Aldefonso in Legione et Galletia et in toto regno suo. Compostellanus sedis archiepiscopo existente tunc temporis teste et presente. De regno regis Castelle testes presentes. De regno regis Legione.

(1.ª col.) Roderico Legionensis episcopo existente, Rodericus Toletanus archiepiscopus, Tellius Palentinus episcopus, Gondisaluus Iohannis, frater ordinis Calatraue, Aluarus Nuni.

Sig. rod.

(2.ª col.) Gonzaluus Roderici, Alfonsus Tellii, Petrus Guterri, Sancio Fernandi alferez et tenente Legion et Stramaturam testes.

Iohanne Ferrandi teste et presente, Osorius Iohannis testis et presens, Garsias Gundissalui de Candamo testis et presens. Iohanne scriptor existente cancellario domine regine scribere iussit.

Tumbo II, fol. 77 r. y v.

190

A. 1189, Diciembre 8 P.

KARTA DE UILLA NOUA

Quod per longum temporis spacium integrum et inconcussum manere uolumus, scripture testimonio conprobamus. Idcirco ego Petrus Fernandi facio kartam donationis in perpetuum ualituram tibi Adefonso meo falconario et uxori tue et filiis tuis, de quadam hereditate quam habeo in termino de Maiorica, uidelicet in Uilla Noua, duas iugarias boum et unum molendinum, illud scilicet quod tenebat Michael Bozon. Hanc hereditatem dono tibi et generatione tue in perpetuum possidendam concedo, cum omnibus pertinenciis et directuris suis ubicumque inuenire poteris, et cum exitu et regressu. Hanc ergo donationem facio tibi ob remedium anime mee parentumque meorum et pro bono seruicio quod mihi fecisti. Sit itaque hec prenominata hereditas de iure meo remota et alienata tuoque dominio tradita et confirmata, et habeas licenciam uendendi, donandi, faciendique de ea quicquid tibi placuerit in uita et in morte tua, tu et omnis posteritas tua post te. Si quis igitur de mea generatione uel de aliena, uel ego, hanc cartam donationis mee infringere temptauerit, sit maledictus et excomunicatus et cum dampnatis in inferno dampnatus et parti tue, uel uocem huis carte pulsanti mille morabetinos persoluat et hec carta firma permaneat.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} XX^{a} VII^{a} apud Salamanticam VI idus decembris. Regnante rege Adefonso Legione et in Gallecia, in Asturiis et in Extremadura. Domno Vitali in Salamantica episcopante. Iohanne Fernan-

di signifero regis. Petro Lupi maiordomus regis. Petro Fernandi dominante in Salamantica et in Cauria et in Granata et in Ciuitate Roderici et in Alua de Tormes et in Zemora et Beneuento et Alua Dalist. Ego predictus Petrus Fernandi tibi Adefonso hanc cartam donationis quam fieri iussi roboro et confirmo et signum facere iubeo *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Domnus Petrus Con *(1.ª col.)* postellane ecclesie archiepiscopus cf., Domnus Uitalis Salamantinus episcopus, domnus Curiensis episcopus cf., domnus Uilielmus Zemorensis episcopus.

(2.ª col.) Fernando Guterrii cf., Garsia Lupi cf., Adefonsus Lupi cf., Adefonsus Aluari cf.,

(3.ª col.) Petrus Roderici de uilla Armentero cf., Gunzaluus Gomez cf., Gundisaluus Petrima.

Petrus ts., Iohannes, Dominicus ts., Petrus Regmundi cancellarius scribi iussit.

Tumbo II, fol. 77 v.

191

A. 1222, Febrero P.

KARTA DE AZENIS ET HEREDITATES DE BRETOU

In Dei nomine, amen. Notum sit presentibus et futuris quod ego Bartolomeus et uxor mea domna Eluira, una cum filio nostro Villelmo et omnis uox nostra vobis domno Henrico abbati et conuentui de Superaddo per hoc scriptum in perpetuum ualiturum, uendimus medietatem de azenis quas habemus en riuo Ezle iuxta uilla de Breto set quartam partem de una azenia et quartam de alia, et ita sit media pars de una azenia, uendimus etiam uobis unum cu⟨r⟩rale en uilla de Breto cum suis casis en que mora I. Danieliz et locum ubi faciatis currale et casas iusta azenias, et preter hec uendimus uobis medietatem de toto quod habemus en ripa ipsius riui, hinc et indem en riuo ab illo loco usque ad illum in piscariis, en molinis, en positura azeniarum introitu et exitu, en pascuis, in montibus, in fontibus et cum omnibus pertinenciis suis. Hec omnia sicut supradicta sunt, uendimus uobis pro C et XL morabetinos, ut habeatis et possideatis ea in iure perpetuo et uestram uolumptatem de eis faciatis. Hoc autem facimus adhuc sub tali conditione, quod si usque a X annos uobis abbati et conuentui uestro displicuerit huius

uenditionis contractus, nos uel uox [n]ostra redamus uobis iam dictos morabetinos et cassata uenditione recipiamus omniaque superius sunt notata. Et sciendo quod quando aliquid fuerit laborandum in opere azeniarum nos ita debemus facere pro parte nostra quod non eueniat uobis aliquid detrimentum pro defectu laboris. Similiter et uos debetis facere pro parte uestra. Ego Bartholomeus do et concedo ista hereditate a domno Henrico abbati et conuentui de Superaddo super quantum habeo et super mea bona. Si quis autem hoc factum nostrum uenire temptauerit sit maledictus a Deo et con Iuda traditore in inferno dampnatur et pectet regie quingentos morabetinos exsoluant cartam semper in suo roboret permanent.

Facta karta mense februarii era M^{a} CC^{a} LX^{a}. Regnante rege Alfonso in Legione et in Gallecia et in toto suo regno. Sub manu eius mandante Benauente Fernan Fernandiz. Episcopo in Astorica P[etro] Andres. Episcopus Ouetensis domnus I[ohannes]. Alcaldes en Benauente Fernan Petri et Garsias Petri et Petrus Martin, Iohan Fernan de uilla Quexida, Rui Petri, Dominicus Amargo, Micahel Pelagius, domnus Philippus, Iohannes Cauilla, domnus Gabriel. Ego domnus Bartolomeus et uxor mea Eluira qui hanc cartam iussimus facere et legere cum propriis manibus nostris roboramus et confirmamus. Testes auten qui nominati fuerint:

(1.^{a} col.) Petrus Petri cellerarius cf., Pelagius Ouecus monachus Superaddo cf., Petrus Martini monacus cf., P[etro] Ouequiz confesso cf., P[etro] ⟨Fortuni⟩ magister Sancto Tirso cf., frater Munio magister de Uilla Noua cf., de Breto, ⟨Michel⟩ Caruoniel, Micahel Carro cf., Iohannes Pinto, Dominico Malmata cf., Pelagius Iohannis, Dominicus Regannato cf., Iohannes Roderici, Dominicus Roo cf., Andres Molnero cf., de uila Fafila, Micahel Lalez, Martin Perez cf., Dominico Lalez, Micahel Fuertes cf., Iohannes Fernan, don Andres Fernan Dominici cf.,

(2.^{a} col.) Dominicus Martini de Benauente cf., Petrus Mauro de Benauente cf., Micahel de la Pedrera, don Adnam cf., Raimundus del Podio, Garsia dicto cf., Monio filius de Esteuan de Roale cf., Petrus de Podio, Petrus frater presbiter cf., Pelagii Fernan, Garsia Perez, Fernan Iohannis cf., Petro Dasparigos, Rui Marti cf., Martin Dasparigos. Don Margos cf., Micahel archiepiscopus cf., Iohannes alfaate cf., Iohannes uociferatur et cf., Et multi alii qui uiderunt et audierunt. Dominicus Furtunius qui notuit.

Tumbo II, fols. 77 v.-78 r.

192

A. 1222, Agosto P.

In Dei nomine amen. Ego Miesol cum filio meo Cornelio tibi don Pasqual et uxori tue Mioro, facimus kartam venditionis vendimus et concedimus uobis totam illam hereditatem quam habemus uel habere debemus in Uilla Noua et in terminis suis et in termino de Ualderas, casas, molendinum, perfius, totum auere mobile et non mobile quantum ibi habemus uel habere debemus in Uilla Noua ubicumque potueritis adquirere quod nostrum debeat esse. Et recepimus de uobis in precio XXX^{a} III morabetinos, in roboratione panem et uinum et carnes et nichil indebito remansit set totum completum fuit. Si quis ex nostris aut de extraneis hanc cartam dirumpere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et pectet in cauto regis C morabetinos, et quantum inuaserit duplet uobis in meliori loco.

Facta karta mense augusti, era M^{a} CC^{a} LX^{a}. Regnante rege Fernando in Castella et in Tholeto cum regina Beatrice et cum matre sua regina Berengaria. Maiordomo Gonzaluo Roderici, Maiorino Fernant Ladron. Episcopo in Legione Roderico Aluari. Tenente Ualderas Roderico Aluari. Sub manu eius tenente castellum Petro Nazareniz. Maiorino, Iohanne Dominguiz. Alcaldes, Petrus Moro Pandon et Donmigo Porrent. Qui uiderunt et audierunt: Fernant Domiguiz presbiter cf., frater Munio cf., Petrus Cibdat cf., frater Iohannes Rauco cf., frater Martinus cf., frater Ferrucas cf., Donmingo Steuaniz, Petrus Steuaniz cf., Martinus Steuaniz cf., Petrus zapatero cf., Fernant de Scorrel cf., Domingo uasallo cf., Fernant Mulo cf., Micahel Tirado cf., De Ualderas, Andreas presbiter cf., Petrus Gonzaluiz cf., Iohannes Petriz cf., Alfonsus Aprile cf., Fernant Gil cf., Iohannes Guceranni cf., Diego Fregon cf., Iohannes Pardo presbiter cf., Petro Gunzaluiz cf., Iohannes Petriz cf., Alfonsus Aprile cf., Fernant Gil cf., Ego Miesol cum filio meo Cornelio hanc cartam roboro et confirmo.

Tumbo II, fol. 78 v.

193

A. 1232, Marzo P.

KARTA DE UILLANOUA

In Dei nomine, amen. Ego Petrus Calueti cum uxore mea Marina Petri et omnis uox nostra facimus cartam uenditionis uobis domno Petro Iohannis abbati de Superaddo et toti conuentui eiusdem loci tam presenti quam futuro de tota mea hereditate quam habeo in Uilla Noua cum omnibus pertinenciis tam intus quam foris, cum pratis, cum pascuis, cum molendinis et sedibus molendinorum et cum omni iure meo quod pertinet ad uocem patris mei Iohannis Calueti, quia ego cum supradicta uxore mea Marina Petri comparaui totam hereditatem fratrum meorum et sororum meorum, quorum hec sunt nomina: Dominicus Calueti, Martinus Iohannis, Alfonsus Calueti, Fernandus Calueti, Marina Iohannis, Maria Calueta et filius eius Garsia et cum uendo itaque uobis supradictam hereditatem pro XX^{i} morabetinos quos mihi dedistis et nichil remansit indebito et pro remedio anime mee et parentum meorum. Qui istam cartam fregerit pectet L^{a} morabetinos. Era M^{a} CC^{a} LXX^{a}, me[n]se martio. Domno Garsia Fernandi maiordomo. Regnante tenente Valderas. Alcaydes de Ualdeyras, Iohannes Liuanus ts., Munio Ysidori ts., frater Petrus magister de Uilla Noua qui comparauit istam hereditatem, frater P[etro] de Cidadila, frater P. sutor, Isidorus clericus de Uilla Noua, domnus Iohannes Lupi de Maiorica, Petrus Munionis cantor Superaddi, Iohannes de Carraceto uestriarius, frater Petrus qui notuit.

Tumbo II, fols. 78 v.-79 r.

194

A. 1220, Octubre P.

KARTA DE BARZEAL ET IN SANCTA ELENA

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Garsias Dominici et uxor mea Eluira Muniz, uobis abbate domno Henrico et conuentu de Superaddo facimus kartam et

placitum in perpetuum ualiturum, quod nos damus et concedimus uobis, in perpetuum, nostras hereditates omnes ex integro quas possidemus et habemus a riuo de Ezla usque ad Barzeal et in omnibus terminis suis. Scilicet, quinque terras bonas in illa izla et XI terras in illo soto et quicquid habemus in Pobradura et in omnibus terminis de Barzeal. Preter hec damus uobis totam nostram hereditatem de uilla Uelit quicquid habemus uel habere debemus de terris, de uineis, de solis et totam nostram directuram. Et hoc facimus tali pacto, quod uos datis nobis in uita nostra totum quod habetis in Barzeal et in Sancta Elena et tria iuga bouum et unam asinam et duas equas et VI uacas duorum annorum, et XXX^{a} oues cum filiis suis, et lana, ita quod de manu uestra teneamus istas supradictas hereditates et teneamus in illa semper in uita nostra quinque iuga bouum et aliniemus ea et uos habeatis medietatem de legumina et de pane et nos aliam medietatem quolibet anno. Et si ego Garsias Dominici mortuus fuero ante uxore mea, et ipsa uxor mea potuerit complere uobis illud quod supradictum est, debet tenere illas supradictas hereditates ex integro in uita sua. Si autem non potuerit complere, uos fratres Superaddi debetis ei prouidere uictum et uestitum et uni puelle que seruiet ei, et uos debetis recipere totam hereditatem que superius scripta est. Si autem per guerram aut per tempestatem mortalitatis boues perdiderimus, et ita necesse fuerit, debetis nos adiuuare in bobus recuperandis usque ad medietatem. Et est sciendum, quod ad isto festo Sancti Martini usque ad alium annum, nos Garcias Dominici et uxor mea Eluira Moniz debemus quitare filias meas, scilicet de Eluira Moniz de terris qui sunt ultra Ezlam, quod si non fecerimus debemus uobis dare recuperationem que ualeat tantum inter riuum de Oruego et Ezla et Azogague, ad mortem autem nostram omnes illas hereditates que supra dictas sunt et totum alium quod possederemus uel habuerimus totum erit in potestate et in iure uestro, et in uita nostra debemus uiuere secundum consilium et mandatum uestrum, et uos debetis prouidere nobis, tam in uita quam in morte sicut de fratribus nostris et nos ab ista die et deinceps non habemus potestatem aliquid de hereditatibus supradictis quas uobis damus, uel de illis quas uos nobis datis alienare aliquo modo, neque de auer quod nobis datis, set debemus in illa uiuere secundum uestrum consilium et dare uobis medietatem de pane et de legumina sicut supradictum est, et ad mortem nostram libera et quita uobis remaneat. Si quis contra hoc pactum uenerit sit maledictus a Deo et quingentos morabetinos exsoluat et kartam in suo robore maneat.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a}, in mense octobris. Regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia. Huius rei sunt testes: frater Micahel monachus ts., frater Sancius monachus ts., frater Petrus conuer-

sus ts., Petrus Mauro alcalde ts., domnus Bartolomeus ts., domnus Polo ts., domnus Gerrero, Iohannes Riguilado, Petrus Martini, miles a Gudo, Iohannes Corualan, Petrus Gallego, Stephanus Bornero, Petrus Caluo, Garsia notuit.

Tumbo II, fol. 79 r. y v.

195

A. 1215, Mayo 14 P.

KARTA DE BENEUENTE

In Dei nomine. Notum sit presentibus atque futuris, quod ego Martinus Pelagiisi et uxor mea domna Miora facimus cartam donationis firmissimam quam damus Deo et Beate Marie et uobis abbati et conuentui Superaddi, et ego quidem Martinus Pelagii de parte mea do ortum quendam in Azugagi et ortus ille est contiguus casis Pelagii Lupiz et Martini Franci, et do etiam uineam nouam que iacet inter riuum et orgam de Suspira, et ego Mioro de parte mea, similiter uobis do, unam uineam que dicitur Laguna de Ceruis, et ex una parte iacet hereditas decani Petri Suarii Astoricensis, et ex alia parte iacet uinea Maria Pelagii que fuit uxor de Rigilado, et ex alia parte carreira de uaccis. Istas hereditates damus in presenti pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum et uos illas recipitis, ita quod nunquam possint esse alterius iuris neque per nos neque per alium, nisi quod uos si non facere uolueritis. Vos autem de manu uestra conceditis nobis ut unusquisque nostram partem quam dedit nobis teneat, tamen in uita sua ita quod primum obierit etiam alio superstite partem suam quam a uobis tenet absque contradictione uobis relinquat similiter faciat et secundus. Si quis autem hoc factum nostrum spontaneum tam de genere nostro quam de alieno irrumpere temptauerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus.

Facta karta apud Beneuentum, era M^{a} CC^{a} L^{a} III^{a} et quotum II idus maii. Regnante domino rege Adefonso in Legione et Gallecia, in Asturiis et Extrematura. Roderico Fernandi fiu tenente Beneuentum. Apud Ouetum domno I[ohannes] episcopo existente. Ego Martinus Pelaez uxor mea Miora hanc cartam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus. Martinus Garsia presbiter cf., Iohannes Uetulus cf.

(1.ª col.) Domnus Martinus socius de domno Ramus, Iohannes Pichao cf., domnus Raimundus cf., Per de Pumarega cf.

(2.ª col.) Robertus de Cirol cf., Giraldus Chager cf., Giraldus de Ualle cf., Giraldus de Ponte cf.,

(3.ª col.) Petrus Ciuitas magister Sancti Tirsi, frater Rodericus ts., frater Iohannes Froile ts., Munio qui notuit cf.

Tumbo II, fol. 79 v.

196

A. 1206, Mayo 16 P.

KARTA DE BENEUENTE

In Dei nomine, amen. Factaque pagine non traduntur facile mentibus elabuntur. Ea propter, ego Fernandus Goterri et uxor mea Marina Petri damus atque concedimus Deo et Beate Marie et uobis fratribus Superaddi, domos nostras quas habemus in Benauento, in collatione Sancte Marie de Uentosa, super ripam fluminis Orbigo que fuerunt comitis domni Roderici Aluariz, et nos comparauimus eas a fratribus suis de Malucanes scilicet, Ruderico Anaiaz et sociis eius concedente domno Sancio Fernandi magister Templi cum fratribus suis. Damus igitur eas uobis atque concedimus cum suis omnibus curralibus et cum omnibus pertinenciis suis, sicut eas habemus in presenti, et hoc facimus pro amore Dei et uestrum ut participem simus orationum et benefitiorum uestrorum. Et pro beneficio quod a uobis accepimus, ex modo accipimus scilicet C aureis quos in presenti nobis datis. Taliter itaque eas nobis damus ut ad modo non possimus eas dare alicui uendere aut inpignorare aut aliquo modo alienare, set de iure nostro sint abrase et transeant in ius uestrum, excepto quod nos in eis uiuere in omni uita nostra, nisi ordine susceperimus, quod si fecerimus liceat uobis recipere domos nostras. Vos autem interim debetis pousare et tenere in eis panem uestrum et uinum et res uestras tamquam in domibus uestris. Quod si nos uel aliquis contra hoc factum nostrum uenire temptauerit sit maledictus et excomunicatus et pariat aduerse parti mille aureos et hoc factum nostrum robor habeat in perpetuum.

Facta carta apud Benauentum in era M^{a} CC^{a} X^{La} IIII^{a} et quodtum XVII kalendas iunii. Regnante rege Alfonso in Legione, Gallecia,

Asturiis et Extremisdoriis. Maiordomo Laurencio Suerii, signifero Gundisaluus Gomiz. Lupo Astoricensium episcopo, Martino Zamorensium episcopo, Iohanne Ouetensium episcopo, Petro Legionensium episcopo, Gundisaluo Salamitensium episcopo. Qui presentes fuerunt et uiderunt et audierunt: Laurencius abbas Ossarii cf., Pelagius Ouequiz cf.

(1.ª col.) Veremudus Pelagii maior cellerarius cf., Petrus Petri monachus cf., Petrus Martini cellerari secundus Superaddi cf., Arias frater et conuersus Sancte Marie Ursarie cf., Iohannes Froile monachus Superaddi cf., Lanza Acuta, Pelagius Fernandi cf.,

(2.ª col.) Dominicus Martini presbiter cf., Rigalado cf., Fernandus presbiter cf., Iohannes Lozano cf., Micahel Frade cf.,

(3.ª col.) Michahel Frade cf., P[etro] Dominici presbiter cf., P[etro] Maurus cf., Pelagius Petri cf., Micahel Caluu cf.,

Ego Fernandus Guterri et uxor mea Marina Petri hoc scriptum quod fieri iussimus propriis manibus nostris roboramus. Petrus monachini notuit.

Tumbo II, fols. 79 v.-80 r.

197

A. 1222, Noviembre 11 P.

DE UILLA NOUA

In Dei nomine. Ego domnus Paschalis et uxor mea Miouru, vobis abbati et conuentui de Superaddo, facimus kartam uenditionis in perpetuum ualituram de hereditate de uilla Noua quam nos comparauimus de Mia Sol, et propter hoc uendimus eam uobis cum toto suo directo et scilicet molendinis ingressibus et exitibus, casis et ortis et totum termino de Uilla Noua et cum toto pane quod est in agris pro XX^{i} et II morabetinos, ita ut habeatis eam et possideatis eam iure perpetuo, sicut illud quod melius possidetis. Si quis autem contra hanc cartam uenire temptauerit sit maledictus a Deo et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus.

Facta carta in era M^{a} CC^{a} LX^{a} et quot III idus nouembris, et si contempserit pectet uobis C morabetinos et quantum inuaserit ta[n]tum duplet in meliori loco.

Tumbo II, fol. 80 r.

198

A. 1222, Febrero P.

KARTA DE BENEUENTE

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Bartolomeus et uxor mea Eluira facimus tale pactum cum domno Henrico abbati et omni conuentu de Superaddo quod simus familiares eiusdem abbatie Sancte Marie, quam supradiximus, in uita et in morte, cum tercia parte de omni mobili quod habemus et lucrari potuerimus et se uoluerimus recipere ordinem recipiamus illum Beate Marie Superaddi, cum tercia parte hereditatis et de omni quo habere potuerimus, et pro ista helemosina quam nobis ordo facimus, damus ei quodam iugum bouum in ipso iure quod uocatur nomine Breto, et duas terras in ipsa uecca quedam illare est iusta piros ipsius fluminis quod uocatur Ezlla, et alia est uidelicet, terras, ortum Martini Crassi et damus ipsi ordum totum istud quod supradiximus cum omnibus pertinenciis suis, ex termino ipsius azenie, que est tibi usque ad quintus, et pro tali pacto quod nos facimus Beate Marie Superaddi dant nobis dominus abbas et omnis conuentus quendam equum. Et si forte nobis acciderit ad paupertatem ipsi prebeant uitui nostro necessaria sicuti faciunt duobus fratribus. Si quis hoc factum meum uenire temptauerit sit maledictus a Deo et cum Iuda traditore in inferno dampnatur et pectet regie quingentos morabetions, exsoluat, kartam semper in suo robore permaneat.

Facta karta mense februarii, era M^{a} CC^{a} LX^{a}. Regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia et in toto suo regno. Episcopo Ouetensis Iohanne Petro episcopo Astoricensis. Possidente Benauente F[ernan Fernandiz] de uilla Quexida, Rcdericus Petri, D[ominico] Amargo, M[icahel] Pelagio et dompnus Philippo et I[ohannes] Cauilla, domnus Gabriel. Ego Bartolomeus et uxore mea Eluira mea qui hanc cartam iussimus facere et legere cum propriis manibus nostris roboramus et confirmamus. Testes autem qui nominati fuerint:

(1.^{a} col.) Pelagius monachus Superaddo cf., Petrus Martini cf., P[etro] Petri cellerarium cf., P[etro] Ouequiz cf., P[etro] Fortunii magister Sancto Tirsso cf., fratre Munio magister de Uilla Noua cf., de laicis, de Breto: Micahel Caruoniel cf., I[ohannes] Pinto et Dominicus Malmata cf., D[ominico] Regannado et Micahel Carro cf., Pelagius

Iohannes et I[ohannes] Roderico cf., Dominicus Roo, Andres Mollero cf.

(2.ª col.) De uila Fafila: Iohannes Fernan et domnus Andres Fernan Dominici, Iohannes affaate cf., de Benauente; de laicis, P[etro] Mauro, Dominicus Martino et domnus Michel de Petraria, I[ohannes] Uociferatur cf., Raimundus del Podio et P[etro] del Podio cf., Micahel Lalez cf., Monio filius de [Esteban de] Roales, Andriano cf., Micahel Fortes cf., Garsias Dominico, Petro fratre presbiter cf., Martin Petri, Pelagius Fernandiz et Garsias Petro et F[ernan] Iohannes et Petro Dasparicus et Roderico Martini, Martinus Dasparicus et Marco cf., Petrus ts., et Micahel archiepiscopo cf., F[ernando] Iohannes ts., Martinus ts., Dominicus Fortunius qui notuit.

Tumbo II, fol. 80 r. y v.

199

A. 1219, Mayo 16 P.

KARTA DE UALDERAS ET DE UILLA GRANDE

In Dei nomine amen. In die Ascensionis Domini. Ego F[ernandus] Fernandix et mea sobrina Maria Aluariz facimus nostrum pactum de hereditate que habebat don Aluaro in Ualderas et in uila Grant que la medietatem est liure de Maria Aluariz, et la otra mediatat si Maria Aluariz morir absque filio et filia que la meta a derecho como hodie die stat, et istum pactum posiemus cum lo celarero Petro Martini de Sobrado, et abbas de Sobrado habebat suum directum cum parentibus de Maria Aluarez et qui la uincir agala. Et illo die quo istum pactum fecimus uencio cellerario las casas por suas per exquisa de V ominibus bonis. Petro Gunzaluez et Gil Cogordo foron exquisitores et istum pactum fuit factum in anno quo rex Legionis priso Beluis et Petrus Gonzaluez fuit recabdo de fazer per hi star al abat et al conuento. Qui presentes fuerunt uiderunt et audierunt: Petrus Gunzaluez cf., Petrus Galardo cf., Pela Groso cf., Gonzaluo Petri cf., Fernando Petri cf., Gil Cogordo cf., don Gil suus gener cf., Micahel Manso cf., Fernando Gonzaluez cf., don Gonzaluo filius de don Aluaro cf., Lombon cf., Dominicus Curto cf., Petrus Moro cf., Pandon cf., Dominicus filius de Capielo cf., Era M^{a} CC^{a} L^{a} VII^{a}.

Tumbo II, fols. 80 v.-81 r.

200

A. 1215, s. m., s. d.

KARTA DE UILLA NOUA

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Sit presentibus et futuris quod postquam abbas et conuentus de Superado adquisiuerunt possessionem de Uilla Noua, homines que ibi morabantur fere omnes in manu abbatis et fratrum suorum in presencia bonorum hominum se quitauerunt de ipsa hereditate et se nichil ibi habere iure hereditario professi sunt. Post hec ergo abbas domnus Henricus et conuentus de Superado partem concessimus eis in ipsa hereditate sub tali pacto et tali foro quod quandiu morarentur in ipsa uilla essent nostri uasalli et singulis mensibus dent II^{os} operas cum bobus et cum corporibus suis et qui non habuerit boues, det eas cum corpore suo aut cum bestia si eam habuerit, et ipsas operas in unoquoque mense debemus requirere, ita quod si non demandauerimus in suo mense non possumus eas demandare in alio, et dabimus panem eis et uinum et condimentum, et in tempore de eras dabimus eis carnes duabus uicibus. Nos autem in istis II^{bus} primis annis postquam homines collegerint panem suum, debemus accipere nobis partem in ipsa hereditate iuxta beneplacitum nostrum ad usum proprii laboris, et alteram partem illis debemus relinquere ita quod ex inde unusquisque in sua parte remaneat, quandiu in ipsa uilla habitauerit, et prestimonia equaliter diuidantur et qui potuerit facere integrum forum, habeat integrum prestimonium, qui autem non potuerit facere forum, habeat partem ipsa uilla secundum possibilitatem quam habuerit in foro faciendo. Ad festum Sancti Martini unusquisque debet dare II solidos de fumatica quolibet anno. Quando abbas uenerit ad Uillanoua unusquisque debet dare VI denarios pro iantare et hoc duabus uicibus in anno et si non uenerit nihil ex his dabit. Non debent aliquis habere solare uel prestimonium in Uillanoua que non sit uasallus noster. Si aliquis uoluerit domum et prestimonium uendere, uendat tali homini qui forum nobis ex integro faciat et sit uasallus noster et moretur in uilla nostra et hoc faciat per manus fratris nostri et si uoluerit illud confrater noster ipsi uendatur et non alii. Non debet aliquis frater uel maiorinus eos expellere de domo et prestimonio nisi tantum abbas de Superado quando uoluerit uel inuenerit causam pro qua hoc faciat et ipse solus

potest hoc facere, quandocumque uoluerit. Calumnias quas fecerint et malum quod fecerint ipsi homines, maiorino pectent secundum consuetudinem terre, et ipsas calumpnias debent sanare per bonos homines de Uillanoua, et non traheret maiorinum nostrum ad iudicium extra uillam. Si quis calumpniam fecerit et in porta domus sue dederit fideiussorem in V^{e} solidos, non intret maiorinus domum suam. Si noluerit dare fiador, intret maiorinus cum duobus uicinis et pignoret eum. Si calumpnia non potest sanari per V^{e} solidos, non intret maiorinus domum suam cum omnibus que habet. Nullus uicinum suum trahat ad iudicium extra uillam pro demanda unius morabetini, et infra set per uicinos iudicetur. Vidua, si maritum acceperit, det unum M^{li} *(sic)*. Sciendum autem quod istud forum et pactum non est datum pro filiis et neptis set tantum istis hominibus qui presentes sunt unicuique in sua sola persona, quorum ista sunt nomina: Dominicus Martini, Petrus Zapatero, Dominicus Fabrerii, Fernandus Caluet, Fernandus Portero, Maria Petri, Martinus Uasalli, Sancia Pelagii, Dominicus de Era, Fernandus de Scorriel, Pela Facundi, Dominicus Uasalli, don Martin presbiter, domna Iusta, Joan Pelaz, Fernandus Mulo, Petrus Tirado, Pela Oueiero, Michael de Oro, Calueta, Maria Iohannis, don Gil, Joan de Roales, Dominicus Stephani, Marina Teiera, Johan Cordero, Micahel Beltran, Petrus Stephani. Si quis contra hoc pactum uenerit, pectet D morabetinos.

Facta in Ualderas era M^{a} CC^{a} L^{a} III^{a}. Qui presentes fuerunt: Martinus archipresbiter cf., Martinus Fernandi cf., don Aluaro cf., Petrus Gunzalui cf., don Pasqual cf., Pela Grosso cf., Petrus Maurus notuit.

Tumbo II, fol. 81 r. y v.

201

Sin fecha (s. XIII)

KARTA DE BANAUENTE IN UALLE OBSCURA

In Dei nomine. Notum sit presentibus atque futuris quod ego comitissa domna Deo et Beate Marie et monasterio Superaddo dono et concedo uineam meam quam habeo, et ex una parte uinea Dominici Bone filie et ex alia uinea Dominici Guterriz et ex alia Martini Pelagii, et comparaui eam de Petro Monazino scriptoris, et est ipsa uinea in termino de Benauenti in ualle Obscura. Hanc uineam dono uobis pro reme-

dio anime mee et parentum meorum, ut in die Annunciationis Beate Marie in conuentu de Superaddo de reditu uinee huius annuatim detur pitancia. Qui presentes fuerunt: Don Fernan Iohannis, Iohannes Ospus, don Dominicus de Bonefe, don Petrus Maurus de Ponte, clericus, don Uelascus de Mazaneses clericus, don Pelagio Tuzinus, Munio Roderici, Martinus Caluus, don Pelagius g[er]manus de don Pol, Didacus Freisum, Micahel filius de Micahel Rotundi, P[etro] Pelaez, P[etro] Portarius. Et quicumque cellerarius eam dare neglexerit, concessum est mihi ab abbate et conuentu quod amplius non sit cellerarius et pitantia recuperetur. Et debitum fratris debent fieri ad obitum meum. Datus est personarius don Uelasco clericus comitisse qui misit uineam in manu abbatis et fratrum de Superaddo. Testes qui presentes fuerunt in receptionem uinee: don Bruno ts., Rodericus Petri, Dominicus Garsie, Petrus Iohannis, isti de domo comitisse. Rodericus filius Iohannis Gulela et germanus eius Dominicus Iohannis, Dominicus Petri, Iohannes Pelaez, Dominicus Delpuzu, Dominicus Iohannis.

Tumbo II, fol. 81 v.

202

Sin fecha (s. XIII)

KARTA DE UALDERAS

In Dei nomine. Notum sit presentibus atque futuris, quod ego domnus Aluarus Roderici una cum filia mea Maria Aluari de Ualderas, monasterio de Superaddo et uobis ⟨abbati⟩ domno Henrico et fratribus ipsius monasterii tale pactum facio quod ego do uobis meas casas in Ualderas, que sunt iuxta ecclesia Sancti Petri ex integro, sicut eas possidebam, ut uos eas habeatis in perpetuum sicut ea que melius habetis et liberius possidetis, et nec ego nec aliquis de genere meo uel extraneo in eis per me aliquid habeat uel requirat, et uos adsolutionem debitorum meorum conmodatis mihi LX[a] morabetinos, tali pacto quod teneatis omnes alias hereditates meas quo usque de fructu et labore illarum hereditarum recipiatis ad integrum illos supradictos morabetinos, et post quam eos habueritis, redigantur in dominium et potestatem filie mee ipse hereditates, exceptis casis de Ualdeiras que uestre sunt libere et quite. Alias etiam hereditates tali pacto debet habere ipsa filia mea, quod si ipsa mortua fuerit, non relicto sententie ita quod filium uel filiam post

MINISTERIO DE EDUCACIÓN Y CIENCIA - BIBLIOTECA -

se non relinquat, uos abbas et fratres de Superaddo habeatis eas ad integrum et possideatis iure perpetuo. Petrus Maurus et Martinus Petri alcaldes ipso tempore, archipresbiter domnus Martinus, don Petrus Gundisalui, don Gundisaluus Petri, don Pelagius Grossus, don Gil Cogordeyru, don Rodericus de Ual de Fontes, don Goziran clericus, Petrus Martin clericus, Martin Pelagii clericus, don Andreas clericus, don Iohannes clericus, Fernandus Michael clericus, Petrus Monazinus clericus, don Alfonsus clericus, Dominicus Cidiz, Paris, Dominicus Iohannis.

Tumbo II, fols. 81 v.-82 r.

203

Sin fecha

KARTA DE UILLANOUA, QUOMODO EAM COMPARAUERUNT

Notum sit presentibus et futuris quod ego Pelagius de Uillanoua, filius de domna Eluira, uendo totum quod a me pertinet in Uillanoua fratribus de Superaddo pro IIII morabetinos et medio.

Similiter, ego Monio Hysidori et uxor mea, uendo partem meam pro VII morabetinos et medio.

Similiter, ego Petrus Sancii et uxor mea domna Sancia, damus partem nostram pro VII morabitinos.

Similiter, ego Dominicus Martini et uxor mea Ouro Martini, uendimus partem nostram pro VII morabetinos.

Similiter, ego domna Hyllana et filia mea, uendimus partem nostram pro quatuor morabitinos et V solidos.

ITEM ALIA

Similiter ego Iohannes Cordarius uendo quantum ad me pertinet pro duobus morabitinis et medio.

Similiter nos Petrus Criado et Felicis, filii de Iohanne Tegulario et de Marina Tegularia, uendimus partes nostras pro IIII morabitinos et V solidos.

ITEM ALIA

Similiter, ego Iohannes de Roales et uxor mea Mia Sol, uendimus partem nostram pro VI morabetinos.

Similiter, ego Gundisaluus Calueti et filius meus Martinus, uendimus partem nostram pro VII morabitinos.

Similiter, ego Dominicus Galamel et uxor mea et omnis uox mea, uendimus partem nostra de Uillanoua pro VI morabitinos.—Similiter ego Fernandus Portarius et omnes uox mea, uendo totam partem meam de Uillanoua pro VI morabitinos.—Similiter ego Dominicus Februarius et uxor mea Maria Fernandit, uendimus partes nostras de Uillanoua pro VIII morabitinos et unam porcam et una ouem.—Similiter, ego Dominicus Uasallu et omnis uox mea, uendo totam partem meam de Uillanoua pro XX morabitinos et debeo tenere seminaturam de hereditate que iacet contra uilla Gradi III modios sementis per duos sine foro et post duos annos sine foro nichil ibi debeo tenere sine beneplacito fratrum et in die Sancti Martini debeo esse quitus in isto anno de Uillanoua ita quod nichil habeam ibi neque in casis neque in agris neque in toto termino de Uillanoua ab illa die in antea.—Similiter, ego Petrus Uelat et omnis uox uendo totam partem meam de Uillanoua pro VIII morabitinos.

Tumbo II, fol. 82 r. y v.

204

A. 1223, s. m., s. d.

KARTA DE UILLANOUA

Ego domnus Iulianus et uxor mea Marina Petri et omni uoci mee, uobis fratri Petro magistro grangiarum, uendo uobis medio de uno quinione pro VII morabitinos.

Qui presentes fuerunt: fratre Martinus conuersus ts., fratre Martinus ts., fratre Petrus magistro grangiarum ts., Garcia Fernandi miles de Ualdeiras ts., Pelagio Cantarum, Petito ts., Pascual de Ualdeiras ts., Dominicus Steuaiz de Uilanoua ts., Et alii multi bonos homines qui uiderunt et audierunt. In era M^{a} CC^{a} LX^{a} I^{a}.—Ego Petrus Zapatario de Uilla Noua uobis fratri Petro magistro grangiarum, uendo unum quinionem pro XI morabitinos et por uno caseo. Qui presentes fuerunt: totus fratres qui erant in grangia moradores, et Dominicus Steuarz ts., et Fernandus Mulum ts., et alii multi qui uiderunt et audierunt.

Tumbo II, fol. 82 v.

205

A. 1220, Julio s. d.

KARTA DE UILLANOUA

Isti sunt qui uiderunt et audierunt quando domna Iusta et filiis eius uendiderunt uno orto ad illos frades de Sobrado pro precio nominato X^{La} morabitinos et illo orto est nominato de una parte: iacet don Polo et alia Dominicus Martin perpuntero et alia Martinus de la Rebola et alia parte la uerga et domna Iusta est uendedor et otorgador cum filiis suis, et cellerario Petrus Martini et magister frater Petrus Fortunii receperunt ipso orto per ad donus de Sobrado, firmas, Gundisaluus Fernan alcalde, Petrus Moro alcalde, Fernandus Iohannes iudex, Dominicus Moniz, Petrus del Poi et frater eius Reimon del Poi, Giral de Clauada, Iohannes Nuniz et frater eius Dominicus Petri, Iohannes de Uilela, Martinus de la Reliola, Abril Mergiues, Micahel Fernan, Petrus Ferrero et frater eius Micahel Fernandus, Bartolomeus Portum, Iohannes de Ueiziela.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a}, in mense Iulii.

Tumbo II, fol. 82 v.

206

A. 1220, Noviembre s. d.

KARTA DE UILLANOUA

In Dei nomine. Ego Iohannes Pelaz cum germanis meis, scilicet, Ouro Paaz et Didacus Pelagii et Petrus Pelaz, vendimus totum quod habemus in Uillanoua pro IIII^{or} morabetinos, et pro una pultra uobis abbati et fratribus Superaddo. In era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a}, mense nouembris. Qui presentes fuerunt: Petrus Iohannes de Matancia, Fernandus Mulus, Dominicus Stephani et filius eius Fernandus Scurrel et filius eius Petrus Campisinus, Petrus Bonus, Petrus Dominici, Iohannes Martini et alii plures qui uiderunt et audierunt.

Tumbo II, fol. 82 v.

207

A. 1219, P.

DE UILLANOUA

In Dei nomine. Ego Micahel Rodilum et uxor mea domna Maria, uobis abbati domno Henrico et fratribus de Superaddo, vendimus quicquid habemus in Uillanoua pro VIII morabetinos. In era M[a] CC[a] L[a] VII[a]. Qui presentes fuerunt: Fernandus Mulus, Dominicus Stephani et filius eius Fernandus Scurrel et filius eius Petrus Dominici, Petrus Campisinus, Petrus Bonus, Iohannes Martini.

Tumbo II, fol. 82 v.

208

Sin fecha

DE UILLANOUA

A uos abbate de Sobrado et conuentum de me Pelaz Petri filium et uos scitis bene quia iecte mea hereditate uobis in pignus pro XXVI morabetinos in Ribela, et tomei uos VIII modios per eminam Beneuenti, quero uobis recipere a XVIII denarios emina et in isto anno tomei uos IIII modios per eminam Beneuenti et quero uobis dare et debeo uobis C solidos et quero uobis dare et isto que ego debeo uobis dare bene scio quia uos non pignoretis mihi, set timeo mortem meam et anima mea, et post obitum meum non habere qui dare uobis et ista hereditate que de me tenetis in pignus quero que comparetis illa, et totum quantum uobis debeo dare quero cogir super illa, set detis mihi magis CC[os] solidos, et ego et uxor mea facimus uobis kartam et roborauimus et si uos locum non potueritis habere nunmos detis mihi quando potueritis habere, et de magis quantum ibi potueritis ganare multum mihi placet, et de magis el decimo que ego ganaui de mea germana pro amore uestro uolo quitare uobis et istud facio pro amore Dei et de uos ca ego non farie isto ante pro III tanto, et ego fare isto si uobis quesieritis. Ego

Pelagius Benedicti ex uxor mea Maria Nuniz et Iohannes Maurus et Mia Sol, filii de Maria Nuniz, damus nostram hereditatem de Lumanes in capite de ualle de Mirmiltu, quantum pertinebat ad me Maria Nuniz in ipso termino donamus illud Sancte Marie et monasterio de Superaddo pro animabus nostris. Qui presentes fuerunt: Domnus Micahel freire Hospitale, Petrus Michel capellanus de Uilla Rinil, Lupus Nuniz, Michael Carrelu, Martinus Todiz, Iohannes Pinsum, Pelagio Menendi filius suus, Iohannes, don Marchus, don Giraldus et alii plures.

Tumbo II, fols. 82 v.-83 r.

209

A. 1219, Febrero 20 P.

Didacus Goidit de Palacio de Xamut habuit IIII^{or} filios, scilicet, Iohannes Didaci, Petrus Didaci, Dominicus Didaci, Maria Didaci. De Iohanne Didaci natus est Guter Iohannis. De Petros Didaci natus est Martinus Petri, Dominicus Petri et Sol Petri. De Dominico Didaci natus est Petrus Dominici, Pelagius Dominici et Maria Dominici. De Maria Didaci natus est Iohannes Stephani et Micahel Stephani, et iste Micahel fuit frater de Superaddo, et alios fratres multus habuit set mortui sunt sine semine. Iste frater Micahel dat portionem suam de duabus iugariis in Palacio de Xamut, et est IIII^{a} pars illius duabus iugariis Sancte Marie de Superaddo pro remedio anime sue et matris sue cuius fuit illa hereditas. Iste Palacius de Xamut diuidet cum Ualdaria et cum Ualdorna et cum Quintana de Xamut et cum Quintanela de Xamut.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} L^{a} VII^{a} et quodum X kalendas marcii. Qui presentes fuerunt: domnus Fernandus Suarii prior Superaddi, frater Menendus infirmarius, fratre Iohannes de Lemus uestiarius, frater Sancius qui notuit.

Tumbo II, fol. 83 r.

210

A. 1213, Febrero 2 P.

KARTA DE UILLANOUA

In Dei nomine et eius gratia. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego domnus Petrus Fernandi, una cum filio meo Aluaro Petri et filia mea domna Elo et omnis uox mea, do et hereditario iure concedo uobis abbati domno Henrico Sancte Marie Superaddi et omni conuentui eiusdem loci, tam presenti quam futuro, hereditates meas proprias quas habeo ex parte patris mei domni Fernandi Roderici et de mea ganantia infra terminos de Maiorica in ripa Ceye, loco qui dicitur Uillanoua et loco qui uocatur uilla Lugan infra terminos de Ualderiis. Do itaque predictis fratribus prefatas hereditates cum omni populatione sua, cum uineis, pratis, pascuis, nemoribus, molendinis et sedibus molendinorum, et cum omnibus pertinenciis suis, intus et foris, prope et longe, per ubicumque eas potueritis inuenire, sicut ad me pertinent uel pertinere debent per terminos suos antiquos, ut habeatis eas et possideatis et uestrum uelle de eis faciatis, ita tamen ut panis et omnes redditus qui de predictis possessionibus exierint in alios usus non expendantur nisi in procuratione panis tritici conuentus. Adhuc etiam do et concedo uobis hereditatem meam de Maiorica cum omnibus populationibus suis, scilicet, iudeis et cum aliis qui eam populauerint, cum domibus, curralibus, exitibus et cum omnibus pertinenciis suis ut habeatis eam et possideatis et redditum quam inde habueritis in predicta procuratione conuentus expendatis. Et si aliquis tam de meis quam de extraneis uenerit qui hoc factum meum irrumpere uoluerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda in inferno dampnatus et pectet domino regi X milia morabetinos. Et hoc meum factum semper maneat firmum.

Facta karta apud Montemnigrum in uilla que dicitur Sanctus Mammes de Ollariis in die purificationis Beate Marie, era M^{a} CC^{a} L^{a} I^{a}. Regnante rege Adefonso in Legione et Gallecia, in Asturiis et Extrematura. Ego domnus Petrus Fernandi una cum predictis filiis meis hanc cartam quam fieri iussi roboro et confirmo. Domno Petro Fernandi regis uasallo existente, et tenente Asturias, Legione et Zemoram roboro et confirmo et signum in ea facere iubeo. Petro Guterrii regis maiordomo ts.

(1.ª col.) Petrus quarto archiepiscopo Compostellano ts., Petro Astoricense episcopo ts., Roderico Legionense episcopo ts., Iohanne Ouetense episcopo ts., Martino Zemorense episcopo ts., Gundisaluo Salamantino episcopo ts., Lombardo Ciuitatense episcopo ts., Giraldo Cariense episcopo ts., Pelagio Mindoniense episcopo ts. *[sig.]*.

(2.ª col.) Fernando Aluari regis signifero ts., tenente Salamancam et Coriam ts., Prior Superaddi domnus Petrus Iohannes ts., domnus Martinus Roderici monachus ts., Munio Petri monachus ts., Garssias Gundisalui miles de Asturiis, Petrus Pelagii scilicet Spora et miles de Asturiis, Petrus Guterri nepos eius et miles ts.

Tumbo II, fol. 83 r. y v.

211

A. 1210, Febrero P.

KARTA DE MOLINE SICCE

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego archidiaconus Gundissaluus Fernandi una cum consilio domni Petri episcopi de Astorica et eiusdem loci conuentu canonicorum [eo]rum, tibi Micaheli Pelagii de Fonti Sabbaton et uxori tue domna Eulalia et cum nostro filio Tome, damus uobis ipsum hospitale de Molina sicce hoc testamento ut teneatis illud in uita uestra et unoquoque anno debetis nobis dare unum pede de uindemia positum una uice et unam massam de ferro tale pactum quod uos bene bene laboretis et possideatis et detis medietatem [± 6] de quanto labore hic feceritis extra unam uineam cum sua terra que iacet in [± 3] Uinolia. De aliis uero laboribus quod feceritis medietatem de [tis] [ad] hospitale Sancti Iohannis de Irato. Debemus igitur nos et uos mittere unum [par de bobus] et cotom seminaturam per medium et ad tempus colligendi fructum mittatis nostrum hominem et medietatem expensarum et si aduenerit quod ipsi boues moriantur debemus illos emere per medium. Et ego Micahel Pelagii cum uxore mea Eulalie et cum filio nostro Thoma pro isto bono quod nobis fecistis damus pro animabus nostris ab ipsum hospitale de Molina medietatem de una casa quam nos habemus in Monte Ferrata sub signo Sancti Nicolai et nos debemus tenere istam hereditatem cum alia hereditate et alium forum non debemus facere nisi

uestrum laborem, et uos debetis nos defendere quomodo uestros uasallos. Et sciendum quod si ego ante Tomam filium meum obiero ille debet ⟨uobis⟩ dare de isto hospitale de Molina LX[a] solidos et remanere in illo in uita sua pro uasallo uestro fideli, per tale pactum quale ego pater suus habeo uobiscum et hoc scriptum semper maneat firmum. Et ego archidiaconus Gundissaluus Fernandi hoc scriptum quod fieri mandaui propria manu roboro et confirmo.

Facta karta in mense fabruarii, in era M[a] CC[a] XL VIII[a], rege domno Aldefonso regnante in Legione et in alia mu[l]t⟨a⟩ terra. Episcopo domno Petro in Astorica. Qui presentes fuerunt et audierunt: Iohannes Saluadori cf., Micahel Picu archipresbiter cf., Petrus Pelagii cf., Goter Guterri cf., Micahel Garcia cf., et alii qui uiderunt et audierunt. Petro ts., Iohannes ts.,

Martinus ts., alcaldes in Ponte Ferrata: Martinus Ranaueto, Micahel de Rego, Martinus Franco, Iohan Gerra, maiorino Iohannes Cebolan, Petrus notuit.

Tumbo II, fol. 84 r.

212

A. 1182, P.

KARTA DE MANDA DE PELAGIO SURIBA

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi, amen. Hec est manda quam mandauit Pelagius de Subripa uxori sue domne Egibor pro anima sua, scilicet, totas suas casas et totum suum habere mobile ut ipsa compleat suam mandam sicut ipse mandauit et habeat totam hereditate suam et faciat de illa quicquid uoluerit in uita sua. Et post mortem suam det illam pro anima mea et pro anima sua ubi uoluerit. Et neque filius neque propinqus de parte mea siue de extranea ei contrarium faciat super hoc quod ego mando, quod si fecerit sit maledictus et excomunicatus et parti regie CCC[os] morabetinos reddat.

Facta karta in era M[a] CC[a] XX[a]. Regnante rege Alfonso. In Astorica episcopo domno Lupo. Ferna[n]do Moniz cf., Martino Rauanedo cf., Dominicus notauit.

Tumbo II, fol. 84 r. y v.

213

A. 1202, Junio 27 P.

CARTA DE MULINA SICCA

Era M[a] CC[a] XL[a] et quot V[o] kalendas iulii. Hoc est placitum et pactum firmissimum quod factum est inter fratres Superaddi et domnam Igibor. Itaque, ego domna Igibor uobis abbati domno Pelagio et omni conuentui Superaddi facio pactum ita quod memet ipsa et omnia mea in manibus uestris trado et dono atque concedo Deo et monasterio uestro totam hereditatem meam quam habeo in Sicca Mulina ex parte maritorum meorum Pelagio de Subriba et Micahelis Pelagii, quantum isti ambo dimiserunt mihi et quantum ego habeo, scilicet, casas et terras et uineas et arbores et prata et pascua et aquas et molendinos et quantamcumque habeo, dono et concedo Deo et monasterio uestro pro remedio anime mee et maritorum et parentum meorum, tali pacto et conueniencia ut fructum hereditatum istarum ego habeam et per manum atque consilium fratris qui in Uilla Franca morabitur ex eis uiuam, et si aliquid super fuerit de eo faciam secundum eiusdem fratris mandatum. Si defuerit mihi et aliquid necesse habuero ipse frater prouideat mihi tam in uictu quam in uestitu et insuper in istis que de manu uestra in uita mea possideo me pro posse uestro defendatis et adiuuetis. Post mortem autem meam, iste hereditates et fructus earum et omnia que habeo uestra erunt in perpetuum, excepta una area cum sua casa et suis parris et cum suis exitibus et unam uineam apud Crucem et aliam uineam in Acosta et aliam que iacet iuxta Micahele Roderici, que tamen alii non debeo uendere uel donare nisi uobis si uobiscum in uenditione conuenero. Similiter utensilia domus non debeo uendere uel mutare, scilicet, tres cupas et III arcas. Si uero aliquis ex nobis hoc infringere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda in inferno dampnatus. Qui hoc fregerit mille morabetinos reddat. Ego domna Igibor hoc placitum roboro, Fernandus Muniz cf., Martinus Rauaneda cf., Iohannes Pelagii cf., domnus Ramirus cf., Pelagius de Fita cf., Garsias Sancti Petri cf., Garsias Pexon cf., Iohannes ts., Micahel ts., Petrus ts., Fratres dederunt in confirmationem placiti LXXX[a] solidos et unum bouem. Henricus notuit.

Tumbo II, fol. 84 v.

214

A. 1202, Marzo P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego domna Igibor offero me Deo et abbati domno Pelagio de Superato et toto suo conuentu eiusdem monasterii in presentia fratri Martino, cum tota mea hereditate quam habeo in Sicca Mulina, quam habui ex parte maritorum meorum Pelagio de Surriba et Micahel Pelagii, quantum isti ambo dimiserunt et ego modo habeo, scilicet, casas et terras et uineas et arbores et pratis et pascuis et molendinis, quantum habeo uel habere potuero dono et concedo Deo et uestro monast[er]io pro remedio anime mee et maritorum meorum et parentum meorum, tali pacto et conueniencia, ut ego teneam eam et uiuam in fructu hereditatis omnibus diebus uite mee, et ipsi me defendant et adiuuent et si mihi necesse fuerint tribuant ea que mihi fuerint necessaria in comedendo et bibendo et uestimento et calciamento, et me tota mea defendendo, dono et concedo tota ab integro, excepto una area cum sua casa et suas parras, cum suis exitibus et una uinea a la Cruce et a la uinea a la costa et alia que iacet iusta Micahel Roderici, tota alia dono uobis et concedo et per kartam et robore confirmo. Si uero aliquis ex nobis, hoc infringere uoluerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno permaneat cruciatus, et inter nos et uos qui hoc fregerit mille morabetinos reddat.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} XXXX^{a} et mense marcio. Regnante rege Alfonso cum regina domna Beringaria in Legione et in alia multa terra. In Astorica episcopus Lupus. Tenente Sicca Mulina eodem episcopo et abbati Sotinouale et abbatissa de Carrizo. Et ego domna Igibor uobis domno abbati et seniori, in presentia fratri Martino hanc cartam uobis roboro et confirmo. Fernando Muniz cf., Martino Rauanedo cf., Iohannes Pelagii cf., don Ramiro cf., Pelagio de Fita cf., Garcias Sancti Petri cf., Garcia Pexon cf., Iohannes ts., Micahel ts., Petrus ts., Garcias notuit.

Tumbo II, fols. 84 v.-85 r.

215

A. 1204, Febrero 2 P.

KARTA DE MULINA SICA

Era M[a] CC[a] XL[a] II[a] quot IIII[o] nonas februarii, factum est placitum et pactum inter fratres Superaddi et domna Engibor. Si quidem ego domna Engibor uobis abbati domno Pelagio et conuentui de Superaddo dono et uendo omnem illam hereditatem quam ego mihi retinui ut in uita et in morte meam uoluntatem de ea facerem, quando primo pactum uobiscum feci et me ipsam uoluntatem cum omnibus aliis hereditatibus meis et bonis in uestra potestate misi ipsam hereditatem ex integro ubicumque fuerit, quam ut predictum est tunc mihi retinui modo uobis concedo, ita ut in uita mea de ea habeam fructum et insuper uos mihi precium eius detis quantum ualuerit, si mihi ita placuerit, et de precio ego a uobis LXX[a] solidos iam recepi, et de ipsa hereditate ultra non habeo potestatem uendendi uel donandi nisi uobis. Si quis autem hoc placitum nostrum irrumpere temptauerit sit maledictus a Domino, et pro ausu temerario C morabetinos exsoluat. Ego abbas Superaddi cum conuentu nostro hoc placitum roboro et cf., Ego domna Engibor hoc placitum roboro et cf., frater Iulianus cf., Martinus Pelagii cf., Garsias Pelagii cf., Petrus Sebastiani cf., Iohannes Cebolam cf., Iohannes Pelagii cf., Dominicus presbiter cf., Giraldus Pelagii cf., Petrus Gallecus cf., Ramirus cf., Dominicus presbiter cf.

Tumbo II, fol. 85 r. y v.

216

A. 1195, Julio 7 P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Ego Martinus Nicole et omnis uox mea facio kartulam uenditionis spontanea uoluntate uobis abbati domno Simeoni abbati de Superaddo et Pelagio priori, de illa uinea quam ego comparaui de

Petro Menendi et d[e] Eluira Tuponiz uxor sua, uendo eam uobis et omni conuentui de Superaddo pro solidos LXXX^{a}, precium quod mihi bene complacuit et nichil remansit ex debito. Habeatis eam et faciatis ex ea quicquid uobis placuerit, et est ipsa uinea determinata cum suis arboribus per illam uineam de Superaddo et per aliam partem per uenam riuuli et ex alia parte per illam uineam Sancti Iohannis de Yrago, per terminos de Pelagio de Fita. Qui presentes fuerunt: Petrus Gallego ts., Pelagius de Fita ts., Micahel Roderici ts., Si quis ex parte mea uel aliena hanc cartam ad irrumpendum uenerit uel uenerimus, et hanc kartam ad irrumpendum uenerit uel uenerimus *(sic)* et hanc cartam uenditionis inquietare uoluerimus, sint maledicti et cum Iuda traditore Domini in inferno damnati, insuper pariant regi uoce C morabetinis et uos perpetim habituram.

Facta karta apud Superaddum sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} III^{a} et quot nonas kalendas iulii. Maiorinus Arias Pelagii, maiorinus regis. Episcopus Astoricense Lupus. Ego Martinus Nicola hanc kartam roboro cum omni uoce mea et accepi in robore unum caseum et unum solidum. Collatio Sancti Nicolai de Molina cf.

Tumbo II, fol. 85 v.

217

A. 1189, Diciembre P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Ego Petrus Melendi et uxor mea Ieluira Loboniz, caro animo et spontanea uoluntate, uobis abbas domnus Fernandus de Sobrado et totum conuentum, facimus cartulam uenditionis de una uinea cum suas arbores quam habuimus de nostra ganancia et est ipsa uinea in uilla quam uocitant Molina Sicca et est ita determinata ex una parte per terminum de hereditate de Sancti Iohannis de Irago, de II^{a} parte per terminum de Maria Guilielmiz et de filiis suis, de III^{a} uero parte per terminum de Pelagio Fita. Vendimus uobis ipsam uineam cum suas arbores et concedimus, pro qua eccepimus de uobis in precio CCLX^{a} solidos de torneses, et in roboratione quantum inter nos et uos bene placui, et de ipso precio nichil remansit indebitu pro dare, set totum completum est. Ita ut de hoc die et tempore habeatis uos ipsam uineam possideatis et faciatis de illa quecumque uolueritis. Si quis igitur homo

tam de genere nostro quam de alieno hanc cartam nostre uenditionis inquietare uel infringere temptauerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus et quantum inquietauerit tantum duplet in simili loco uel in meliori, et insuper pectec uobis uel illi qui uocem uestram tenuerit C morabetinos et uos perpetim habitura.

Facta karta mense decembri, era M^{a} CC^{a} XX^{a} VII^{a}. Regnante rege Aldefonso in Legione, Strematura, Asturiis et Gallecia. Fernando Dei gratia Astoricensium episcopo. Eodem episcopo et comitissa domna Maria tenentibus Molina Sica. Comite Froila tenente Bergido, Ego Petrus Melendi et uxor mea Ieluira Luboniz, uobis abbas domnus Fernando et uestrum conuentum, hanc cartulam uenditionis quam facere mandauimus, manibus nostris roborauimus et signum in ea scribere iussimus. Fernando Munionis cf., Giral Gros cf., Pelagio de Fita cf., Giraldo Palmero cf., Petro ts., Dominico ts., Iohannes ts. Collatione Sancti Nicolai de Molina cf., Benedictus scripsit.

Tumbo II, fols. 85 v.-86 r.

218

A. 1204, Octubre P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego domna Steuanina uobis domno abbati de Superato nomine Pelagio et uestro conuentui, in presentia fratri Martini, facio uobis cartam uenditionis de una terra quam habeo in Sicca Mulina, en Naueiga, iusta uestras uineas, per uestros terminos de duas partes, tercia parte, terminum de Durante, quarta parte e la Nalorca que diuiditur inter nos et Antonino, et ista hereditate uendidi uobis simul cum Helia pro L^{a} solidos in precio et in robore unum solidum, et de isto precio et robore pacati sumus et uestro monasterio iure hereditario tradimus. Quod si aliquis hoc infringere uoluerit maledictus et excomunicatus sit et cum Iuda traditore in inferno permaneat cruciatus et regie parti C^{m} morabetinos reddat.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} X^{La} II^{a} et mense octubris. Regnante rege Alfonso in Legione et in alia multa terra. In Astorica episcopus Lupus. Tenente Sicca Mulina ipse episcopus et abbas Santinouale et abbatissa de Carrizo. Et ego domna Steuanina uobis domno abbati Pelagio de Superato et uestro conuentu, hanc cartam uenditionis in presentia

fratri Martini uestro fratri, uobis roboramus et confirmamus. Petro Peiron cf., Martino Rauanedo cf., Fernando Garsia cf., Petro Sebastianes cf., Gundisaluo Martini cf., Garsia Pelagii cf., Iohannes ts., Petrus ts., Garsias notuit.

Tumbo II, fol. 86 r.

219

A. 1198, Diciembre P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quam ego Melendus Garsie una cum fratre meo Micahel Garsie, tibi fratre Pelagio confesso de Superado uendimus duas uineas quam habemus in Molina Sicca que fuerunt de Eluira Garsia soror nostra, et tu emis de nos per mandatum domini abbatis domni Bernardi et de conuentui eius, et ipsas uineas sunt determinatas per terminos Dominicus Castan et Sancti Iacobi de Penna Alua et Dominicus Micahel. Alia est determinata per terminos Pelagio de Fita et Dominicus Castan et per stratam francorum, scilicet, pro CCC LV solidos currentis monete, precium quod nobis placuit et a uobis totum recepimus. Vnde iam dictas uineas uobis tradimus ut amodo iure hereditario eas habeatis, possideatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis hoc scriptum contradicere uoluerit tam de nostris quam de extraneis, uobis aut ei qui uocem uestram pulsauerit pectet C^{m} morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et hoc scriptum maneat semper stabile firmum. Ego Menendus Garsie simul cum fratre meo Micahel Garsie hoc scriptum confirmamus et roboramus. Factum scriptum mense decembre, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VI^{a}. Regnante rege domno Alfonso cum uxore sua domna Berengaria in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopus domno Lupo in Astorica. Willelmus Arnaldi tenente Palacium Uillebona. Presentibus confirmantibus: Archidiaconus P[etrus] Iohannis de Astorica.

(1.^{a} col.) Domnus Ramirus cf., Fernandus Munionis cf., Pelagius Roderici cf., Martinus Pelagii cf.,

[Sig.].

(2.^{a} col.) Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts.,

Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Iohannes scripsit.

Tumbo II, fol. 86 r. y v.

220

A. 1195, Diciembre 30 P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Ego Pelagius de Fita, bono animo et spontanea uoluntate, facio tibi Martinus Iohannis et fratre tuo Dominicus Iohannis, cartam uenditionis de mea propria hereditate quam habeo de auis et parentibus meis in territorio Burgidensi in uilla nucupata Molina Sica, sub aula Sancti Nicolai. Est autem ipsa hereditas una uinea cum suo mato diuiditur his terminis: ex una parte per terminum Thome et frater illius Dominicus; ex altera parte per terminum [± 9]. Concedo autem uobis predictam hereditatem ad habendum et possidendum uel quicquid ex ea uolueritis faciendum, iure hereditario uobis et omnis posteritas uestra cum omni quiete et pace euo perhenni. Accepi autem a uobis prefate hereditatis precium quantum utrique nostrum fuit beneplacitum, uidelicet quadraginta et septem solidos Turonensis monete et insuper in roboratione XVIII denarios et de ipso precio nichil penes eos soluendo remansit. Si quis igitur de mea uel extranea progenie hoc nostrum factum infringere temptauerit, ab omnipotenti Deo sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda Domini traditore in infernum perpetuo dampnandus, et a parti regie C^{m} morabetinos persoluat, ipsamque hereditatem uobis loco simili in duplum restituat.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} XXX^{a} III^{a} et quotum tercio kalendas ianuarii. Regnante rege Alfonso in Legione et in Galletia, in Asturiis et in Estremadura. In Astorica Lupo existente episcopo. Tenente Bergidum et sub mano eius Pe[t]rus Roderici in Uluer. Maiorino regis Petrus Fernandi et sub manu eius Pelagius Iohannis in Bergidum. Maiordomus de abbatissa domnus Iulianus in Molina Sica. Ego Pelagius de Fita hanc cartam quam fieri propriis manibus meis roboraui et signum feci. Qui presentes fuerunt et audierunt: Iohannes presbiter cf., Petrus Fernandi cf., Fernandus Moniiz cf., Garsia Pelagii cf., Martinus Pelagii cf. Omne concilium uille audiente et auctorigante cf., Petrus ts., Iohannes ts., Pelagio ts., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fols. 86 v.-87 r.

221

A. 1208, P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine amen. Sciant omnes tam presentes quam futuri, quod ego domna Stefania una cum filiis meis, Petro Ramiriz et Maria Ramiriz, uobis domno abbas de Sobrado, Pelagius nomine, et domno celerario Ueremudo et eius conuentui monasterii uestri, facimus uobis karta uenditionis de una nostra uinea quod uos tenetis in pignore et de nostro malolio quod habeo super me, et ipsa uinea et ipso malolio est in Molina Sicca, in loco pernominato in Naueiga, per terminos que fuit de Domingo Coian et per terminos que fuit de Eluira Garsia et per ter[minos] de abbatissa de Carrizo et per terminos que fuit de Martin Nicola et per ter[minos] de Garsia Pexon et de suos subrinos, per istos terminos nominatos, uendimus uobis et concedimus per iure hereditario et recepimus de uobis in precium et in roboratione DC et XL^{a} solidos et de inde hodie habeatis, possideatis, donetis et uendatis et faciatis de ea quicquid uobis placuerit. Si quis uobis contradicere uoluerit, tam de meis quam de extraneis, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda Domini traditore in inferno cruciatus et ad pa⟨r⟩tem regi pectet CC^{os} morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco et hoc scriptum maneat firmum.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} XL^{a} VI^{a}. Regnante rege Aldefonso in Legione et in Gallecia, Extrematura et Asturiis et in alia multa terra. Episcopo domno Petro in Astorica. Abbatissa de Carrizo et abbas Sancti Nouale cum episcopo de Astorica tenentem Molina Sicca. Et ego domna Stephania cum filiis meis hanc kartam quod fieri mandauimus proprio manus nostras roboramus et confirmamus. Qui presentes fuerunt et audierunt: domno Dominico clerico cf.,

(1.^{a} col.) Martin Nicola cf., Pelagio de Abbatissa cf., Fernandus Garsia cf.,

(2.^{a} col.) Dominico zapatero cf., Petrus ts., Martinus ts., Iohannes ts. Micahel notuit.

Tumbo II, fol. 87 r.

222

Sin fecha, Abril P. [1205-1226]

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine, amen. Ego Saluador Berbio tibi uxor mea domna Iusta facio kartam donationis, dono tibi et concedo una de meas casas quam tu eligeri uolueris post mortem meam, cum quantum in illa fuerit, siue in Sicca Mulina uel in Ponte Ferrata, sicut populata steterit, cum pane et uino et cubas et arcas et omne rerum mobilium usque ad minimam petram, ut uendas et dones et facias quicquid uoluerit, in uita et in morte, et plus dono tibi et concedo medietatem de tota mea hereditate, pro tuas arras et una cortina que fuit de tuo patre quam tecum comparaui et feci. Et si filius quam filia, siue de alii proienie quam tibi infringere uoluerit, maledictus et excomunicatus sit, et cum Iuda traditore Domini in inferno cruciatus et regie parti C^{m} morabetinos redas. Actum est hoc mense april. Regnante rege Alfonso in Legione et in alia multa terra. In Asturica episcopus Petrus. Et ego Saluador Berbio et uxor mea domna Iusta hanc kartam roboro et confirmo. Dominico Micaheli cf., Garcia Pelaz cf., Iohannes Pelaz cf., domnus Ramirus cf., Garsia de Sapetro cf., Martin Rauanedo cf., Petro ts., Iohannes ts., Garsias notuit.

Tumbo II, fol. 87 v.

223

A. 1162, Septiembre 13 P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Ego Martinus Nicola una cum uxore mea Maria Iohannis, et ego Velasquida, uobis abbati et fratribus Superaddi facimus kartulam uenditionis in perpetuum ualituram de nostris placiis qui sunt in camino Sancti Iacobi in Molina Sicca inter domum Martini Pelagii et

inter possessionem Sancte Marie Superaddi et inter possessionem Marie Fernandi, istas placias et totam possessionem quam habemus infra terminos suprascriptos, vendimus uobis pro precio scilicet LX^{a} solidos et pro robore unum solidum, ut ab hac die et deinceps ille placie cum exitibus suis et tota circumiacente hereditate quantum ad nos pertinet uestro iuri sint tradite in perpetuum possidende. Si quis autem hoc factum nostrum infringere temptauerit sit maledictus in eternum, et cum Iuda traditore dampnatus et parti regie C^{m} morabetinos exsoluat.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} et quot idus setembris. Qui presentes fuerunt: Iohannes de Spania cf., Dominicus Petri cf., Dominicus Martini cf., domnus Ramirus cf., Micahel Garsie cf., Petrus scripsit cf.

Tumbo II, fol. 87 v.

224

A. 1195, Febrero 12 P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine, amen. Scient tam presentes quam futuri quod ego Xemena Martini facio kartam de liberationis et quitationis, tam ego quam omnis mea proienie, tibi domna Sancia, de omni hereditate atque rerum mobilium, quam mihi pertinere contingebat, post mortem tuam, eo quod fuit de fratri meo Andreas et amodo libero me inde et quitam tibi concedo, tam terris quam uineis, et casis et aquis et arboribus et exitus montium, tam obrutum et inruptum atque rerum mobilium, et pro quitatione recipio de te uno linare en Naueiga de Sicca Mulina et duos solidos et in robore panem et uinum et carnem, et hoc scriptum concedo ut semper sit firmum. Si uero aliquis homo contra hoc meum factum ad isrunpendum uenerit, quisquis ille fuerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore atque Datan et Abiron, quos uiuos terra absorbuit, in inferno permaneat cruciatus et tibi uel qui tue uoci pulsauerit CCC^{os} aureos reddat, et regie parti mille argenteos et libras auri purissimi persoluat.

Facta karta quitationis in era M^{a} CC^{a} XXX^{a} III^{a} et quotum VIIIX° kalendarum marcium. Regnante rege Alfonso in Legione et in alia multa terra. In Astorica episcopus Lupus. Villicus regis Petro Fernandi. De manu eius Pelagio Iohannis in Bergido. Et ego Enxemena

Martini tibi domna Sancia hanc cartam quitationis roboro et confirmo. Petro Lupo cf., Petro Fernandiz cf., Petro Iohannis cf., Don Ramiro cf., Petro Galleco cf., Gundisaluus ts., Garsias notuit.

Tumbo II, fols. 87 v.-88 r.

225

A. 1212, P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Petro Martiniz cum uxor mea domna Sancia, tibi filio meo Martino Petri facimus karta uenditionis de una nostra uinea que habemus in Molina Sica, in loco que dicitur Retorta et est determinata de una parte per terminos de filios Petro Guilelmiz, secunda de Micahel Petri, tercia de Domingo sapatero, et alia parte per uia antiqua, per istos terminos tibi uendimus et concedimus et recepimus in precium XL solidos et in robore panem et uino et carnem, unde dicimus tibi habeas, possideas, dones, uendas cui uoluerit in pace. Si quis tibi contradicere uolueris tam de nostris quam de extraneis sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno cruciatus, et ad partem regi pectet CCC solidos, talem uinea et in tali loco restituas, et hoc scriptum maneat firmum. Et ego Petro Martinit cum uxor mea domna Sancia hoc scriptum quod fieri mandaui proprio manus nostras roboramus et confirmamus.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} L^{a}. Regnante rege Alfonso in Legione et in alia multa terra. Episcopo in Astorica domno Petro. Abbatissa de Carrizo et abbas Sancti Nouali cum episcopo de Astorica tenente Molina Sica. Qui presentes fuerunt et audierunt: Dominicus Micahel clerico cf., Fernandus Garsia cf., Garsia Pelat cf., Dominico Martiniz cf., Gundisaluo ts., Mateo ts., Micahel scripsit.

Tumbo II, fol. 88 r.

226

A. 1209, P.

In Dei nomine amen. Sciant omnes tam presentes quam futuri, quod ego Petrus Petri cum filio meo que habeo de Eluira Caldera, tibi Martino Iohannes et uxor uestra Eluira Fugacia, facimus uobis karta uenditionis de una terra que habemus in Atrapa sub signum Sancti Nicolai per terminos Iohannes Gunzalui, per terminos Garsia Martiniz, per terminos de Nicolao Ueio, per terminos Iohannes Martini. Damus uobis et concedimus pro hereditate uestra per istos terminos et recepimus de uobis in precium et pro roboratione XX III solidos, habeatis, possideatis, donetis, uendatis cui uolueritis. Si quis nobis contradicere uoluerit, tam de meis uel de extraneis, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini inferno cruciatus et insuper pectet C^{m} solidos, et hospitum maneat firmum.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} X^{La} VII. Regnante rege Alfonso in Gallecia et in alia multa terra. Episcopo Petro in Astorica. Abbatissa de Carrizo et abbas Sancti Nouali tenent Molina Sicca cum episcopo. Qui presentes fuerunt et audierunt: Iohannes Pelagii cf., Petrus Carozal cf., Fernandus Garsia cf., Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Micahel notuit.

Tumbo II, fol. 88 r. y v.

227

A. 1198, Mayo 1 P.

KARTA DE MULINA SICA

Quecumque uenduntur uel donantur scripture titulo commendantur, ne obliuione tradantur. Proinde in Dei nomine, ego Petrus Menendi et uxor mea Eluira Loboniz una cum filiis nostris, facimus cartam uenditionis et confirmationis tibi Petro Martini et monasterio et fratribus de

Superaddo de nostra uinea que iacet ante domum domne Marie Guilelmi, quomodo diuiditur ex una parte a uinea domni Ramiri et Martini Nicola, et ex alia parte a uinea filiorum de domna Burgesa et ex alia a cima orti illius quem comparauit Petrus Maurus de Petro Gallego et ex alia a carrali de molendino, quam uineam uobis uendimus pro LXXXVIII solidos, precium quod nobis et uobis bene complacuit et in debito nichil remansit. Ab isto igitur die et deinceps a nostro iure sit abrasa et uestro iuri sit tradita, ut possideatis et uestram uoluntatem de ea faciatis iure perpetuo amen. Quod si aliquis nostre partis uel aliene hanc cartam nostram irrumpere temptauerit, sit maledictus et cum Iuda dampnatus et quod inuaserit in duplum restituat et parti regie CC morabetinos exsoluat.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VI^{a}, quot kalendas maii. Regnante in Legione rege domno Adefonso. In Mulina uocem regiam tenente episcopo astoricense domno Lupo, et abbate Saltus Nouale domno Iohanne. Archidiaconus domnus Petrus Iohannis cf., Martinus Pelagii cf., Pelagius Ruderici cf., Gundisaluus cf., Pelagius ts., Rademirus ts., Petrus ts., Henricus qui notuit.

Tumbo II, fol. 88 v.

228

A. 1200, Marzo 6 P.

KARTA DE MULINA SICA

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitate. Ego Ramirus una cum uxore mea Stephania, et ego Martinus Nichola cum uxore mea Maria Iohannes et omnis uox nostra, uobis abbati domno Bernardo et omni conuentui Superaddi facimus kartam uenditionis de quadam uinea nostra quam uos tenebatis in pignore pro LX^{a} solidos. Recepimus igitur a uobis adhuc insuper LX solidos et fiunt simul CXX solidos precium quod nobis bene complacuit, et damus uobis predictam uineam cum omnibus pertinenciis suis et arboribus suis et iacet eadem uinea in Mulina Sicca ante portam domus que fuit domni Menendi et uxoris sue Marie Guilelmi quomodo diuiditur per uiam publicam Sancti Iacobi, ex alia parte habens uineam quam uos comparastis de domno Petro Menendi et uineam Mari⟨e⟩ Guilelmi et fratris eius et elatere concluditur uia que ducit ad molendinum. Quicquid igitur in his terminis comprehenditur tam uineam

quam etiam fundum carens uinea cum arboribus et omnibus pertinenciis suis et etiam cum domuncula quam fecit Gundisaluus infra, per scriptum terminum in confinio domus nostre uobis uendimus pro precio supra-scripto, et in debito nichil remansit. Si quis autem nostre partis uel aliene hoc factum nostrum irrumpere temptauerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a} et quot IIe nonas marcii. Regnante rege domno Adefonso cum regina domna Berengaria in Legione et in Gallecia et in Asturiis et in Extremadura. Duranus ts., Gundisaluus ts., Dominicus ts., Ego Ramirus cum uxore mea in hac karta proprias manus roboramus et in roboratione II solidos accipimus. Domnus Petrus archidiaconus Asturicense cf., Fernandus Muniz cf., Garsias Pelagii cf., Martinus Pelagii cf., Suerius Iohannis cf., Pelagius de Fida cf., Henricus qui notuit.

Tumbo II, fols. 88 v.-89 r.

229

A. 1201, Febrero P.

KARTA DE MULINA SICA

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Ideo eaque facimus scripture testimonio commendamus ne diuturnitate temporis ea obliuione tradamus. Ea propter ego Dominicus Micahelis et uxor mea Marina Martini uobis domno Bernaldo abbati de Superaddo et uniuersa eiusdem monasterii conuentui, uendimus in Molina Sica loco nominato Aveiga unam uineam quam ibi habemus et ex una parte ipsius uinee iacet uinea que fuit Menendi Garsie et ex alia parte iacet uinea de Ranemiri Petri et ex alia parte una terra ipsius Ranemiri et ex alia parte est uia que descendit ad ueigam, uendimus inquam iam dictam uineam uobis pro CX solidos, ut ab hac die et deinceps iam dictam uineam habeatis, uendatis, donetis et iure hereditario possideatis et totam uestram uoluntatem de ea faciatis. Si quis igitur tam ex parte nostra quam ex aliena hanc nostram uenditionem infringere temptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda Domini traditore sit dampnatus et pro temerario ausu parti regis CC^{os} morabetinos pectet, et quod inuaserit uobis uel uocem uestram pulsanti in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta karta apud Molinam Siccam mense februarii, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIIII^{a}. Dominicus Micaheli clericus. Qui presentes fuerunt: Domnus Ranemirus, Martinus Pelagii, Martinus Nichola ts., Dominicus Pelagii, Pelagius de Fita, Iohannes Pelagii, Garcia Pelagii de Sancto Petro, Gundisaluo Martini.

Tumbo II, fol. 89 r. y v.

230

A. 1198, Junio 25 P.

KARTA DE MOLINA SICA ET IACET IUXTA PONTE

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Petrus Menendi et uxor mea Eluira Lobuit, caro animo et spontanea uoluntate, uobis abbati domno Bernardo de Superaddo et toto conuentui eiusdem loci, una cum omni uoce nostra, facimus kartam uenditionis de una uinea cum tellure suo quam ego Petrus Menendi habeo de patrimonio meo, et est ipsa uinea in uilla que uocitant Molina Sicca et iacet iuxta pontem, scilicet, inter uineas de Marina Willelmit et de Martino Nicola et de domna Stephania, et ex alia parte est sita super caminum et ex alia parte est sita super caminum et ex alia parte quomodo se diuidit de uinea Micahelis Iohannis. Uendimus itaque uobis predictam uineam cum omnibus suis terminis pro CC^{os} L^{a} solidos, precium quod nobis et uobis bene complacuit et de debito nichil remansit ad pacare, set totum pacatum est. Ita ut ab hac die et deinceps habeatis ipsam uineam et possideatis et faciatis de ea quod uobis placuerit. Si quis autem de parte nostra uel de extranea hanc cartam nostre uenditionis inquietare uel infringere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et quantum inquietauerit tantum duplet in simili tali loco uel meliori, insuper pectet uobis uel illi qui uocem uestram tenuerit C morabetinos et uos perpetim eam habituri.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VI^{a} et quot VII kalendas iulii. Regnante rege Adefonso in Legione, Strematura, Asturiis et Galletia. Lupus Astoricensis episcopus. Eodem episcopo et feminis deodicatis de Carrizo et fratribus de Saltu Nouale tenentibus Molinam Sicam. Ego Petrus Menendi et uxor mea Eluira Lobuit in hanc cartam quam fieri iussimus manus nostras roboramus et in robore unum caseum accepimus. Qui presentes fuerunt:

(1.ª col.) Capellanus cf., prior domnus Fernandus Superaddi cf., subprior Iohannes Arie cf., Iohannes Petri cellararius cf., Martinus qui fuit abbas cf., Pelagius Ouequit cf., conuentus Superaddi cf., Martinus Pelagii cf., Pelagius de Fita cf.,

(2.ª col.) Petrus Petri cf., Nicolaus Petri cf., Petrus Maurus cf., Iohannes Buca de Mur cf., Gundisaluus cf., Munius Raucus cf., Pelagius de Armentaria cf.,

(3.ª col.) Dominicus Criadu cf., Willelmus cf., Fernandus cf., Dominicus cf., Martinus cf., Iohannes cf., Petrus cf.,

Ranamirus et Martinus Pelagii alcaydes ts. et cf.

Petrus Iohannis ts. qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 89 v.

231

A. 1200, Febrero P.

DE MOLINA SICA

In Dei nomine amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego Garcia Pexom cum meos consubrinos Petrus et Bartolomeus, uobis domno Bernaldo abbati de Superato et uestro conuentui, facimus uobis kartam uenditionis de una terra quam habemus in Sica Mulina en Naueiga, sub signum Sancti Nicolai, per terminos de una parte don Ramiro; secunda parte, Pelagio de Fita; tercia parte, Dominico Fanega, per istos terminos uendimus uobis et concedimus pro XXX solidos et in robore unum solidum et habeatis uos et quicumque uobis placuerit iure hereditario et faciatis inde quicquid uolueritis usque in seculum. Si uero aliquis homo tam de nostra parte quam de extranea hoc nostrum factum uobis infringere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno permaneat cruciatus et uobis uel qui uestre uoci pulsauerit talem terram et in tali loco uobis in duplum restituat et regie parti centum morabetinos reddat.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a} et mense februario. Regnante rege Alfonso cum regina Berengaria in Legione et in alia multa terra. In Astorica episcopus Lupus. Et ego Garsia Pexom et meos sobrinos Petrus, Bartolomeus, uobis domno Bernaldo et uestro conuentui hanc cartam uobis roboramus et confirmamus. Dominicus Micaheli cleri-

cus cf., domnus Ramirus cf., Martinus Pelagii cf., Martinus Nicola cf., Dominicus Pelagii cf., Pelagius de Fita cf., Iohannes Pelagii cf., Garsia Pelagii de Sancto Petro cf., Gundisaluo Martini cf., Garsias notuit.

Tumbo II, fol. 90 r.

232

A. 1215, Septiembre 29 P.

DE MOLINA SICA

In Dei nomine, ego domnus Mourant et uxor mea domna Uida et omnis uox nostra uobis abbati et fratribus Sancte Marie Superaddi, facimus kartulam uenditionis in perpetuum ualituram de media de una placia que iacet in camino Sancti Iacobi in Molina Sica, cum omnibus terminis suis et exitibus, et est placia illa sita inter possessionem Superaddi et possessionem Marie Fernandi. Vendimus uobis pro precio scilicet XXVIII solidos con placabili robore. Ita ut ab hac die et deinceps habeatis ipsam placiam cum quantum ad illam pertinet uel pertinere debet usque in perpetuum possidendam. Si quis autem hoc factum nostrum infringere temptauerit, sit maledictus in eternum et cum Iuda traditore dampnatus et parti regie X^{L} morabetinos exsoluat.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} L^{a} III^{a} et quot III° kalendas octobris. Qui presentes fuerunt: Iohannes de Spania cf., Dominicus Martin cf., Micahel Garsie cf., Petrus scripsit.

Tumbo II, fol. 90 r.

233

A. 1202, P.

KARTA DE MOLINA SICA

Ego Stephania et omnis uox mea uobis domno Pelagio abbati de Superaddo et toti conuentui eiusdem loci, vendo totas meas uineas quam habeo in ueiga de Molina Sicca pro $CCCLXXX^{a}$ solidos, tam illas uineas quas de me suppignoratas tenebatis quam alias quas ego ibi habeo, ut

habeatis illas et faciatis de eis quod uobis placuerit, et ego Stephania debeo dare filium meum paruulum ad auctoritatem cum ipse uenerit ad etatem auctorizandi si superuixerit. Insuper ad huc ego predicta Stephania et iermanus meus Martinus Nicola promittimus uobis per nos et per omnia nostra bona, quod semper defendamus uos cum illis uineis. Si aliquis homo uos inquietare uoluerit super eos par⟨i⟩at illa hereditate duplata uel triplata aut quantum fuerit meliorata et ad partem regie pectet D morabetinos. Regnante rege Adefonso in Legione et in Galletia et in Extrematura. In era M^{a} CC^{a} X^{La}.

Tumbo II, fol. 90 r. y v.

234

A. 1217, Mayo 22 P.

KARTA DE MOLINA SICA

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus tam futuris quam presentibus, quod ego Petrus Petri clericus de Quolinbranos, vobis Henricus abbas de Sobrato et conuentu monasterio uestro, facio uobis karta donationis pro remedio anime mee et de soror mea domna Iusta, do uobis et concedo medietatem de ipsa placia que habeo uobiscum in Molina et iacet iusta colmenario Sancte Marie, et alia parte est diuisa per uestros terminos et per terminos de Maria Fernandit et deinde per camino Francisco. Ista placia cum suo exitu uobis frater Martinus Moniit et fratri Iohanni de Molina et ad monasterio uestro, do et concedo uobis iam dicta placia, habeatis, possideatis, donetis, uendatis cui uolueritis in pace. Si quis uobis contradicere uoluerit tam proienie mee siue extranea, maledictus sit et excomunicatus et cum Iudas in inferno cruciatus, et ad partem regi aut qui uocem uestram pulsauerit, tam proienie mee quam extranea, pectet C morabetinos et duplet tali placia et in tali loco, et hoc scriptum maneat firmum; et ego frater Martinus Moniit et fratri Iohanni tibi Petrus Petri clericus de Colinbrianos pro isto domo que dedisti a Sobrato, damus tibi LX^{a}II solidos in robore et in quitatione; et ego Petrus Petri hoc scriptum quod fieri mandaui proprio manus meas roboro et confirmo.

Facta karta X^{o} die ante kalendas iunias, sub era M^{a} CC^{a} L^{a} V^{a}. Regnante rege Aldefonso in Legione et in Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopus Petrus in Astorica. Tenente Molina Sicca episcopus de

Astorica et abbas Saltu Nouali et abbatissa de Carrizo. Alcaldes de Molina: Micahel Garsia et don Bernaldo, coram testes: Dominicus Micaheli clericus cf., Petrus Oaret de Ponferrada cf., don Paris cf., Garcia Pelait, Petrus Micahel clericus cf., Micahel Pelait cf., don Domingo de Rauanedo cf., et alii qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Micahel notuit.

Tumbo II, fol. 90 v.

235

A. 1207, Julio 20 P.

KARTA DE MOLINA SICA

In Dei nomine, amen. Sciant omnes tam presentes quam futuri, quod ego Lupa Maxarendo corpus meum et anima mea ad monasterio Sancte Marie de Sobrato et ad dominus abbas et conuentum uestrorum, siue in uita siue in morte, cum quantum ego habeo in Molina Sica, sub signo Sancti Nicolai, siue domos uel uineas et terras, et ortos et arbores, montes et exitos ubi potueritis inuenire usque ad minimam petram. Donno et concedo uobis pro remedio anime mee uel parentum meorum et per tali pacto, quod uobis detis mihi portionem et uestitum et honoretis me, sicut et uni de fratribus uestris et sicut non feceritis uobis, ego recipio quantum uobis dabo sine calumpnia in pace et perdatis uobis quantum in me miseritis.

Facta karta in mense iulii X° III° kalendas augusti, in era M^{a} CC^{a} X^{La} V^{a}. Regnante rege Adefonso in Galicia et Extrematura et Asturiis et in alia multa terra. Episcopo domno Petro in Astorica. Frater Martinus et Petrus Cibdat, tenente grangia de Molina. Et ego Lupa Maxa hanc kartam quod fieri mandauimus proprio manibus meis roboramus et confirmamus. Qui presentes fuerunt et audierunt: filio meo Martino Petri confirma, gero meo Uiuiam cf., Iohannes Pelagii cf., Martinus Rauanedo cf., Garcia de Sancto Petro cf., Iohannes de Ispania cf., Petrus Caluo cf., Micahel notuit.

Tumbo II, fols. 90 v.-91 r.

236

A. 1216, Agosto P.

KARTA DE MOLINA SICCA

In Dei nomine et eius gratia. Quod ego Dominicus Martini et uxori mee Marina Micahelis facio kartam de uenditionis a uobis domno abbad de Sobrado de una terra que abemus in Quintanas cum suo monte cummo parte per terminos de Maria Rauaneda, et per altera parte per terminos de Micahel Churo, et alia parte de riuo de Bueza, pro precio que nobis et uobis bene complacuit, scilicet una asina cum suo pullo et uno prado, et illo precio remansit ⟨i⟩n debito et in roboratione I solido. Si quis igitur homo contra hoc scriptum nostrum uenire temptauerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et pectet uoci regie C^{m} morabetinos.

Facta karta mense augusti, sub era M^{a} CC^{a} L^{a} IIII^{a}. Regnante rege Alfonso in toto regno suo. Episcopus in Astorica Petrus Andres. Isti sunt testes qui uiderunt et audierunt: Dominicus Petriz cf., Iohannes de Hispania cf., domnus Ramiro cf., domnus Bernaldo cf., Et alii multi qui uiderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Tumbo II, fol. 91 r.

237

A. 1193, Diciembre 1 P.

KARTA DE MOLINA SICCA

In Dei nomine. Ego Micahel Garcia et Petrus Martini et omni uoci nostra facimus kartam uenditionis ad frater Petrus Mauro ei uoce Superaddi de nostra hereditate quam habemus in Molina Sica loco predicto circa domo Superaddi et de II° termino per illo camino, tercio termino per uinea de Lugo et IIII° termino uinea Superaddo, et accepimus pro ea precio assignato XXX^{a} solidos de torneses et que uobis complacuit

et de precio nichil remansit in debito set totum completum est, et hoc nostrum factum semper sit firmum.

Facta karta uenditionis in era Mª CCª XXXª Iª kalendas december. Qui presentes fuerunt: Petrus Menendi cf., Martinus Nicola cf., Gonzaluo cf., domna Maria Willelmi cf., Eluira Loboniz cf., Et cetera plures que ita uiderunt et audierunt ts. et cf., Et sciendum est quod domnus Menendus et uxor eius Maria Uilielmi dederunt per carta uenditionis ad fratres Superaddi una casa cum sua uinea, per termino de illa ficulnea usque ad camino, pro XI aureus et partem in plato suo colligere feno iumentorum. Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 91 r. y v.

238

A. 1215, Septiembre 13 P.

KARTA DE MOLINA SICCA

In Dei nomine. Notum sit presentibus et futuris, quod ego Martinus Nicola cum uxore mea Maria Iohannis, et ego domna Uelasquida uobis abbati et fratribus Superaddi facimus kartulam uenditionis in perpetuum ualituram de nostris placiis, qui sunt in camino Sancti Iacobi in Mulina Sicca, inter domum Martini Pelagii et inter possessionem Sancte Marie Superaddi et inter possessionem Marie Fernandi, istas placias et totam possessionem quam habemus infra terminos suprascriptos uendimus uobis pro precio LX solidos et pro robore unum solidum, ut ab hac die et deinceps ille placie, cum exitibus suis et tota circumiacente hereditate quantum ad nos pertinet uestro iuri sit tradite imperpetuum possidende. Si quis autem hoc factum nostrum infringere temptauerit, sit maledictus in eternum et cum Iuda traditore dampnatus et parti regie centum morabetinos exsoluat.

Facta karta sub era Mª CCª Lª IIIª et quot idus setembris. Qui presentes fuerunt: Iohannes de Spania, Dominicus Petri cf., Micahel Garsie cf., domnus Ramirus cf., Dominicus Martini cf., Petrus scripsit.

Tumbo II, fol. 91 v.

239

A. 1202, Marzo P.

KARTA DE MOLINA SICA

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego Iohannes Uilelmiz, uobis domino abbati Pelagio de Superaddo et toto uestro conuentui eiusdem monasterii, in presentia uestro fratri Martino, facio uobis kartulam uenditionis de una plaza quam habeo in Sicca Mulina, iusta pontem in capite pontis, per terminos, de una parte, dom Ramiro et de domna Stephanina, de alia parte Marina Uilelmiz. Deinde exiit in caminum Sancti Iacobi, per istos terminos uendo uobis et concedo pro C^{m} solidos menus quinque solidos et in roboratione unum solidum, et de isto precio et robore bene sum pacatus et pene uos nichil remansit. Et amodo habeatis uos et uestro monasterio et quicumque uobis placuerit et faciatis inde quicquid uolueritis usque in seculum. Si uero aliquis homo tam de mea parte quam de extranea hoc meum factum uobis infrigere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno permaneat cruciatus, et uobis uel qui uoci uestre pulsauerit talem plazam et in tali loco et quantum in ea melioratum feceritis, uobis in duplum restituat et regie parti CCCC^{os} morabetinos reddat.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} XXXX^{a} et mense marcio. Regnante rege Alfonso cum regina domna Beringaria in Legione et in alia multa terra. In Astorica episcopus Lupus. Tenente Sicca Mulina eodem episcopo et abbati Sanctinouale et abbati[s]a de Carrizo. Et ego Iohannes Uilelmiz uobis domino abbati Pelagio de Superado et toto uestro conuentui eiusdem monasterii in presentia tratri Martino, hanc cartam roboro et signum facio. Ciprianus Micaheli cf., Fernandus Micaheli cf., Rodericus Uelaz cf., Fernandus Muniz cf., Martin Rauanedo cf., don Ramiro cf., Micahel Roderici cf., Pelagio de Fita cf., Iohannes Pelagii cf., Dominicus ts., Petrus ts., Martinus ts., Garsias notuit.

Tumbo II, fols. 91 v.-92 r.

240

A. 1196, P.

KARTA DE MOLINA SICCA

In dei nomine. Ego Maria Wilelmiz una cum filio ⟨meo⟩ Petro Menendi et nepotibus meis et omnis uox nostra facimus kartulam uenditionis siue atestationis, siue donationis et confirmationis, uobis domno Simeoni abbati de Superaddo et toto conuentui eiusdem loci et uobis Petro Martini magistro grangie Sancti Tirsi, de illa cortina quam habemus in uilla Molina Sicca, excepta apara que sita est ante ianuam meam. Habeatis illam quomodo diuidit per illam casam quam de me comparastis, et inde per illam nugariam grandem et inde ad molendinum, do hodie et concedo im sempiternum uobis supradictis domnis et senioribus monasterii Superaddi, tam presentibus quam futuris, bono animo et spontanea uoluntate faciatis de ea quicquid uobis placuerit. Et accepi de uobis precium bonum nominatum, scilicet, CC^{os} solidos turonensis monete. Adicio etiam uobis, medietatem integram que iacet illus uinee in Ucutu uidelicet Docutu nuncupata, quam partita sum cum filiis et nepotibus meis pro precio nominato LXXXV^{a} solidos turonensium, quos dedit Petrus Martini frater Superaddi, magister grangie Sancti Tirsi quod et hoc nobis et uobis bene complacuit, faciatis ex ea quicquid melius placuerit uobis in utilitate monasterii uestri atque totius conuentus Superaddi. Si quis uero tam de nostro genere quam de alieno hanc cartam quam fieri iussimus ad irrumpendum uenerit uel uenerimus, sint maledicti usque in septimam generationem et cum Iuda proditore Domini penas luat in inferno et quantum in calumpniam miserit in duplum uoce Superaddi reddat, insuper regie uoci C morabitinos persoluat.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} IIII^{a}. Regnante rege Adefonso in Legione et Galletia tempore illo quo mauros adduxit rex Adefonsus frater regnum Castelle. Come⟨s⟩ tenente Bergide, comes Gomecius Monte Roso tenente et Trastamare. Episcopus Astoricensis Lupus. Archiepiscopus Petrus Suarii in Compostella. Prior Superaddi domnus Pelagius Martini. Qui presentes fuerunt: totum concilium de Molina Sica, Petrus Molina, Fernandus Monici ts., Pelagius de Fita ts., domnus Ramirus et alius Ramirus ts., Giral Gras cf., Petrus Menendi cf., Gundisaluus cf., abbas de Bouatella cf., Petrus Fernandi maiordomus regis tenente Beriz et Strematura. Laurentius Suarii alferiz. Pelagius Ciueira decanus Astoricensis. Petrus Uele cancellarius regis.

Tumbo II, fol. 92 r. y v.

241

Sin fecha, P. (circa 1196)

KARTA DE SANCTI TIRSSI DE UINEA DE UEIGA

Ego Martinus Nicola domni Menendi et Maria Guilelmiz et omnis uox mea, uobis domno Petro Martini magistro grangie Sancti Tirsi et conuentui Sancte Marie Superaddi, tam presenti quam futuro, facio kartam uenditionis de mea portione integra quam hodie habeo uel habere debeo de uinea illa de Ueiga cum suo terreno et diuido eam cum abbatissa de Carrizo et cum meo cuniato Ramiro et cum aliis heredibus, tam de auolentia quam de ganantia, sicut diuiditur per suos terminos. Adicio uobis nichil ominus meam portionem de hereditate de coto cum omni iure suo et suo bono, intus et foris, ut ab hac die habeatis eam iure hereditario in perpetuum ad opus necessarium monasterii Superaddi. Et accepi de uobis precium assignatum pre predictis uineis cum suo terreno CCXXXV solidos et unam equam bonam ualde de quo precio nichil remansit in debito, set totum completum est et hoc nostrum factum maneat firmum euo perhenni seculorum secula amen. Qui presentes fuerunt: Totum concilium de Molina Sicca. Petrus Molina ts., Pelagius de Fita ts., Fernandus Moninci ts., domnus Ramirus et alius Ramirus ts., Giral Gras cf., Petrus Mendi cf., Gundisaluus cf., Fernandus iacobita notuit.

Tumbo II, fol. 92 v.

242

A. 1199, Junio 24 P.

KARTA DE MULINA SICA

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Ego Petrus Martini de Mulina facio kartam uenditionis et confirmationis uobis domno Bernardo abbati de Superaddo et omni conuentui uestro, de hereditate mea que

iacet in Naueiga de Mulina et est sita inter uestram hereditatem de Superaddo et hereditatem Sancti Micahelis das Donnas, et ex alia parte terminum habet uiam publicam Sancti Iacobi. Quicquid igitur mei iuris est in his terminis, uendo uobis et uestro monasterio pro CX solidos et in debito nichil remansit. Ab hac igitur die a meo iure sit abrasa et in uestro iuri atque dominio sit tradita ut de ea uestra uoluntatem facitis et in roborationem unum solidum accipio. Si quis itaque ex mea parte uel aliena hoc scriptum meum irrumpere temptauerit, sit maledictus imperpetuum et quod inuaserit in duplum restituat et parti regie CC solidos exsoluat.

Facta karta sub era M[a] CC[a] XXX[a] VII[a] et quot VIII kalendas iulii. Regnante rege domno Adefonso apud Legionem, et apud Mulinam dominium habentibus episcopo domno Lupo de Astorica et abbatissa domna Tarasia de Carris et abbate domno Iohanne de Saltu Nouali. Qui presentes fuerunt: Remirus ts., Pelagius ts., Micahel ts., Iohannes Pelagii cf., Garsia Pelagii cf., Petrus Menendi cf., Fernandus Muniz cf., Ego Petrus Martini hanc cartam propria manu roboro. Henricus notuit.

Tumbo II, fols. 92 v.-93 r.

243

A. 1219, Abril 13 P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Ego Sancia Wilelmit et omnis uox mea, uobis abbas Superaddi dictus Henricus et toto conuentui uestro, facio uobis kartulam uenditionis de una larea uel sorte quam habeo de pater meus Wilelme Oidit et comparauit eam de domna Bela, et est ipsa sorte in uilla Molina Sicca, in loco que uocitant ualle Famelgo, et iacet ipsa terra inter terras uestras et terra de Dominico carpentario, do et concedo uobis ipsa terra pro precio quod accepi de uobis, id est, V solidos cum robore, et de ipso precio nichil remansit in debitu. Ita ut habeatis et possideatis eam iure perpetuo per omnia secula. Et sciendum est, quod frater Petrus nominato Sancti Egidii magister de ipsa comparauit eam. Et si aliquis de parte mea uel de extranea hanc kartulam rumpere uel temptare uoluerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iudas in inferno dampnatus, et reddat ad ipsum monasterium Superaddum solidos CCC, et ad partem regis C morabetinos et hec karta remaneat firma.

Facta karta uenditionis in era Mª CCª Lª VIIª et quot idus aprile. Ego Sancia Wilelmit et iermana mea Eluira Wilelmit et omnis uox nostra in hanc kartam quam facere iussimus manus nostras roboramus. Ego Gundisaluo Martinis cf., Lupo Dominiquiz qui erat capellanus cf., domnus Ramirus cf., Matheus Iohannes cf., abbas Saltus Noualis cf., Martinus Petri cf., Abbatissa de Carrizo, Micahel Garcia et Dominico Martiniz alcaydes cf., Garcia Pelagii cf., domnus Stephanus cf., Micahel qui notuit.

Tumbo II, fol. 93 r.

244

A. 1210, Diciembre P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Quod ego Guilelmo cum uxor mea Oruilido tibi frere Martino et priori Petro Iohannis et conuentui de Superaddo, facimus kartam de mediam hereditatem quam habemus in Molina Seca usque ad minimam petram, extra domus. Damus et concedimus in nostra uita, et post obitum nostrum remaneat, conuentui de Superaddo. Et ego frere Martino cum conuentui tibi Guilelmo Cidit et uxori tue iam dicte, damus uobis pro ista helemosina quam uos facitis ad monasterio uno iugo de boues ut laboretis per medium nobiscum et Lª solidos in auxilium, unusquisque annuatim uno modio de pane, et si forte non uoluerint nobiscum ista uita facere nostram medietatem relinquet. Si quis de nobis quam de uobis istum pactum infringere uoluerit et parti regie C morabetinos pectet.

Facta karta in mense decembri era Mª CCª XLª VIIIª. Regnante rege Aldefonso in Legione in Gallecia et Asturiis. Episcopus Petrus in Astorica. R[oderico] Fernandi tenente Ponte Ferrato cum suo alfoz. Et ego Guillelmo Cidit cum uxor m[e]a et frere Martino et conuentui unus et alius hanc kartam roboramus et confirmamus. Martinus Pelaez cf., Giraldo Pelaez, Garcia Pelaez cf., Petrus Caluo cf., Petrus Carozal cf., Matheus ts., Iohannes Pelaez ts., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 93 r. y v.

245

A. 1189, Diciembre y Mayo 15 P.

KARTA DE MOLINA SICA

In Dei nomine. Ego Petrus Melendi et uxor mea Ieluira Loboniz, caro animo et spontanea uoluntate, uobis abbati domno Fernando de Superaddo et toto conuentui uestro, facimus kartam uenditionis de una uinea cum suis arboribus, quam habuimus de nostra ganancia et est ipsa uinea in uilla que uocitant Molina Sicca, et est ita determinata, ex una parte, per terminum de hereditate Sancti Iohannis de Irago, de IIª parte per terminum de Maria Guilelmiz et de filiis suis, de IIIª uero parte per terminum de Pelagio de Fita. Vendimus uobis ipsam uineam cum iam dictis arboribus et concedimus pro qua accepimus de uobis in precio CCos LXXª solidos de torneses et in roboratione quantum inter nos et uos bene placuit, et de ipso precio nichil remansit in debitum ad pacare, set totum completum est. Ita ut ab hac die et tempore habeatis uos ipsam uineam, possideatis, faciatis de illa quecumque uolueritis. Si quis igitur homo de genere nostro uel de extraneo hanc cartam nostre uenditionis inquietare uel infringere temptauerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda Domini traditore in tartaro condempnatus et quantum inquietauerit tantum duplet in simili tali loco uel meliori, insuper pectet uobis uel illi qui uocem uestram tenuerit Cm morabetinos et uos illam perpetim habituri.

Facta karta mense decembris, era Mª CCª XXª VII et quot idus maii. Regnante rege Adefonso in Legione, Strematura, Asturiis et Gallecia. Fernandus Astoricensis episcopus. Eodem episcopo et comitissa domna Maria tenentibus Molinam Siccam. Comite Froila tenente Bergido. Ego Petrus Menendi et uxor mea Eluira Luboniz uobis domno abbati Fernando et uestro conuentui, hanc kartulam uenditionis quam facere mandauimus, nostris manibus roboramus et signum in ea scribere iussimus.

(1.ª col.) Giral Gras cf., Pelagio de Fita ts., Giraldo ts., Dominico ts. *[sig.]*,

(2.ª col.) Fernando Munionis cf., Palmero cf., Collatio Sancti Nicolai de Molina cf., Benedictus scripsit cf.

Tumbo II, fol. 93 v.

A. 1212, Noviembre 1 P.

KARTA DE MOLINA

In Dei nomine amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Maria Ramiriz tibi Iohannes de Spania et uxori uestre domna Iusta, facio karta uenditionis de medietate de una era et de uno pedregal, et ipsa era et de ipso pedregal iacet ultra ponte et est terminato, de una parte, per terminos Sancte Marie Uillefrance et per terminos de Superado et per camino francisco, et quomodo diuiditur usque ad riuulo Maiori, et per ipsa ponte, per istos terminos uendo uobis et concedo, et recepi in precium XV solidos et in robore panem et uino et carnes, unde dico uobis sit de iuri meo tradita et in iuri uestro confirmata, habeatis, possideatis, donetis, uendatis cui uolueritis impace. Si quis uobis contradicere uoluerit, tam de meis quam de extraneis, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda in inferno cruciatus et ad parti regie, aut qui uocem uestram pulsauerit pectet CCC solidos et duplet talem hereditatem in tali loco, et hoc scriptum maneat firmum. Et ego Maria Ramiriz tibi Iohannes de Spania et uxori uestre domna Iusta hoc scriptum quod fieri mandauimus proprio manus nostras roboramus et confirmamus.

Facta carta in era M^{a} CC^{a} L^{a}, prima calendas nouembris, regnante rege Aldefonso in Legione et in alia multa terra. Episcopo domno Petro in Astorica. Abbatissa de Carrizo et abbas Sopto Nouale cf., Episcopo de Astorica tenente Molina Sicca. Qui presentes fuerunt et audierunt: Fernandus Roderici clerico cf., Fernandus Garsia cf., Garsia Faber cf., Petro Galleco cf., Dominico Martini cf., Dominico Fanega cf., Petro Caluo cf., Dominicus Petri cf., Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petro ts., Iohannes ts., Martinus ts., Micahel notuit.

Tumbo II, fols. 93 v.-94 r.

247

A. 1212, Abril P.

KARTA DE MOLINA SICA

In Dei nomine amen. Sciant presentes et posteri quod ego Nicolao Martiniz et uxor mea Orrraca *(sic)* Gonzaluez, spontanea uoluntate uobis Iohanne de Spania et uxori uestre domna Iusta, facimus kartam uenditionis de uno prado quam habemus de nostra ganancia, sub signum Sancti Nicholai de Mulina Seca, iacet en Naueiga et est determinata, prima parte per terminos de Micahel Petriz, de IIª parte per terminos de Garcia Petriz, de IIIª pars per terminos de Micahel Roderici, de quarta pars per terminos de Melendo Iohannis, quinta pars per terminos de Domenico Fanega; per istos terminos uendimus uobis et concedimus pro precio C solidos et una tunica de uiride et in roboratione panem et uinum et carnem, et amodo habeatis et possideatis et faciatis de illa hereditate quicquid uobis placuerit tam in uita quam in morte. Si uero aliquis hoc infringere uoluerit de nostra generatione siue extranea, sit maledictus et excomunicatus et cum Iudas traditore Domini in inferno dampnatus et uobis uel qui uocem uestram pulsauerit talem hereditatem et in tali loco duplata restituat et ad partem regis Cm morabetinos reddat.

Facta karta in era Mª CCª Lª et mense aprilis. Regnante rege Alfonsus in Legione, Galletia et alia multa terra. Petrus episcopus in Astoricam. Concilium de Ponte Ferrata tenente Uluer et Bergido. Alcaides: Fernando Ceuera, Martin Rauanedo, Iohanne Gerra, Dominicus Stephaniz. Et ego Nicolao Martiniz et uxor mea Orraca Gunzaluez uobis Iohan de Spania et uxori uestre domna Iusta hoc scriptum roboramus et confirmamus. Dominicus Micaheli presbiter cf., don Ramiro cf., Fernando Garsia cf., Ioham Cebolam cf., Rodericus Pelaez cf., Micahel Garsia cf., Petro ts., Iohanne ts., Dominico ts., Martinus qui notuit.

Tumbo II, fol. 94 r. y v.

248

A. 1220, Enero P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Santia Draga, tibi Martino Petri et uxori tue domna Iuste, facio cartam uenditionis de quatuor sortibus uinearum quas habeo de Saluatori Berbio, meo auunculo, sub signo Sancti Nicolai, per suos terminos. Due sortes iacuit in loco que dicitur Xono; alie due uero sunt in loco iam dudum uocato Uinnola. In precio et in roboratione XVIII solidos. De cetero uobis concedo ut potestatem habeatis uendendi et donandi et faciendi ex eis illud quod uobis placuerit in uita et in morte. Si aliquis homo de generatione mea uel extranea hanc cartam disrumpere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et ad partem regis C morabetinos reddat.

Facta karta mense ianuarii sub era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a}. Regnante rege Alfonso in toto suo regno. Petrus episcopus in Astorica tenent Molina Sicca, cum abbate Saltus Nouale et cum abbatisa de Carrizo. Gundisaluus Pelez tenente Bergido de manu regis. Qui presentes fuerunt ad uidendum et audiendum: Iohannes de Spania cf., Dominicus Petri cf., Garsias Pelaez cf., don Ramiro cf., Dominicus Martini cf., Fernandus Micahel, Petro ts., Iohannes ts., Martino ts., Garsias notuit. Ego Santia Draga hanc kartam roboro et confirmo et signum facio.

Tumbo II, fol. 94 v.

249

A. 1220, Mayo

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Notum sit presentibus et futuris quod ego Martinus Nichola cum uxore mea Maria Iohannis, et ego Maria Wilelmi, uobis fratribus de Superaddo uendimus unam uineam quam habemus in Molina

Sicca per terminos de Nugale et de aliis partibus per uestros terminos, pro XLV solidos, precium quod nobis placuit et de uobis totum recepimus. Vnde iam dictam uineam uobis tradimus, ut amodo iure hereditario habeatis, possideatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit uobis aut ei qui uocem uestram pulsauerit, pectet L^{a} morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco. Et hoc scriptum maneat firmum. Ego Martinus Nichola cum uxore mea iam dicta et ego Marina Wilelmi hoc scriptum quod fieri mandauimus confirmamus et roboramus.

Facta karta mense mai, era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a}. Regnante rege domno Alfonso in Legione et in toto regno suo. Episcopo domno Petro in Astorica. Martino Dominici tenente Uillam Bonam presentibus confirmantibus.

Tumbo II, fols. 94 v.-95 r.

250

A. 1223, Febrero P.

KARTA DE ANNUNTIAMENTO SUPERADDI

In Dei nomine. Sciant presentes et futuri, quod ego Maria Guilelmi et Sancia Guilelmi facimus kartam ortogationis uobis fratribus Sobrati de quantumcumque patri nostro Guilelmus Cidi uobis dedi pro remedium anime sue et de quantum demandauimus uobis de toto sumus lexatas, damus et concedimus uobis ut habeatis iure hereditario imperpetuum et faciatis ex ea quicquid uobis placuerit, tam in uita quam in morte, et pro ista ortogatione accepimus de uobis VI solidos. Si quis hoc scriptum infrigere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et ad partem regis C morabetinos reddat et uobis duplet quantum inquietauerit.

Facta karta in mense februarii, in era M^{a} CC^{a} LX^{a} I^{a}. Regnante rege Alfonso in Legione et Galletia. Petrus episcopus in Astorica. Abbas Saltus Nouale et abbatissa de Carrizo una cum episcopo Astoricense tenentes Molina Sicca. Alcaldes: Matheus Iohanni, Petro Caluo. Et ego Maria Guilelmi et Sancia Guilelmi et Eluira Guilelmi et Petro Ueremudi uobis abbas Henricus et conuentui de Superaddo et fratri Roderici hoc scriptum roboramus et confirmamus et signum facimus. Qui presentes fuerunt et audierunt:

Dominicus Petri cf., Martinus Petri cf., don Ramiro cf., domno Stephano cf., Iohanne Garsie cf., Iohanne Martin cf., Gundisaluus Loboni cf., Petrus Petri cf., Fernan Petri de Onamio cf., Petro ts., Iohanne ts., Stephanus notuit.

Tumbo II, fol. 95 r.

251

A. 1224, Enero P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine amen. Quod ego Petrus Baragano et uxor mea Maria Petri tibi fratri Roderico de Superaddo facimus tibi cartam uenditionis de una sorte de uinea cum suas arbores et cum suo plantato in ipsa uinea que habemus de nostra ganancia in uilla qui uocitant Molina Sicca et iacet ipsa uinea in loco qui dicitur a las Partas sub aula Sancti Nicolai, et est determinata; de prima parte ipsas casa de Superaddo quas populauerit fratri Roderico qui comparauit ista uinea; de secunda parte camino francisco; de III^{a} parte Dominico presbiter tenente ecclesia Sancti Nicolai; IIII parte in suma Petrus Mulina, per istos uendimus uobis atque concedimus et recepimus de uobis in precio et in roboratione XXX^{a} solidos, ita concedimus uobis habeatis, uendatis, donetis, faciatis ex ea quicquid uobis placuerit, tam in uita quam in morte. Si quis igitur de generatione nostra uel extranea hanc cartam disrupere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et ad partem regis C^{m} morabetinos, reddat uobis aliud tantum.

Facta karta mense ianuarii, era M^{a} CC^{a} LX^{a} II^{a}. Regnante rege Alfonso in toto suo regno, in Astorica episcopo Petro, et abbate Saltus Nouali et abbatissa de Carricio tenentibus Molinam. Alcaidibus alcaidibus in Molina: Martinus Petri, Dominicus Martini. Qui presentes fuerunt et uiderunt et audierunt: Dominicus Micaheli presbiter cf., Dominicus Petri cf., Ramiro cf., Stephanus cf., Martino Fratelo cf., Mateo cf., Quod ego Petrus Barragano et uxor mea Maria Petri tibi fratri Roderico de Superaddo hoc scriptum roboramus et confirmamus et signum in ea facimus. Petro ts., Iohanne ts., Martinos ts., Sanctius notuit.

Tumbo II, fol. 95 r. y v.

252

A. 1220, Marzo P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine. Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Dominicus Arandanus et uxor mea Marina Dominguet, tibi frater Petrus Sangil et socii tuo frater Iohannes pro ipsam uineam quam nobis dedistis nos uobis damus madietatem de ipsa casa que fuit de Martinus Pelagii professo uestro, que est iusta domo nostra cum exitu suo et unam uineam in loco que dicitur enxauo est diuisa per terminum de Sancti Nicolai et per terminum de Columba et de filios suos et per terminos Dominicus Petri, damus et concedimus uobis domum et uineam pro hereditatem uestram de Superado, habeatis, possideatis, donetis, uendatis cui uolueritis in pace. Si quis uobis uel monasterio uestro contradicere uoluerit tam progenie nostre uel extranea maledictus sit et excomunicatus et cum Iudas in inferno cruciatus et ad partem regi aut qui uocem uestram pulsanti pectet CCC solidos et duplet talem hereditatem et in tali loco, et hoc scriptum maneat firmum, et ego Domenicus Arandano cum uxore mea Marina Dominici tibi Petrus Sangil et socii tuo, hoc scriptum quod fieri mandauimus proprio manus nostras roboramus et confirmamus.

Facta karta in mense marcii, sub era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a}. Regnante rege Aldefonso in Legione et in omni regno suo. In Astorica Petrus episcopus. Alcaldibus in Molina: Dominicus Martiniz et Micahel Garsia. Et ego Dominicus Arandanus et uxor mea Marina Dominget tibi frater Petrus Sangil et socii tui frater Iohannes, hoc scriptum quod fieri mandauimus proprio manus nostras roboramus et confirmamus et ad uestro monasterio de Sobrato. Qui presentes fuerunt et audierunt: Iohannes de Spania cf., Domnus Bernaldus cf., Petrus ts., don Ramirus cf., Petrus Caluus cf., Garsia Pelait cf., Petrus Caluus cf., Gonzaluus Martiniz cf., Dominicus Petri cf., Fernandus ts., Dominicus ts., Micahel notuit.

Tumbo II, fol. 95 v.

253

¿A. 1209?, Febrero 23 P.[1]

In nomine Domini amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Petrus Stephani prior Podii Boni, cum concessu totius capituli eiusdem Podii Boni, et ego frater Martinus et frater Suarius cum concessu abbatis de Superaddo et totius eiusdem conuentus de utrorumque beneplacito, facimus cartam concambiationis in Molina Seca. Ego iandictus prior Podii Bonido do uobis iam nominatis fratribus de Superaddo pro concambia unam nostram terram quam habemus in eadem uilla que dicitur Molina Secca et fuit ipsa terra de Pelagio Petri de Mararin. Et nos supradictos fratres de Superaddo damus uobis iam dicto priori de Podio Bono pro concambia unam casam cum suo exitu et cum sua era et cum suas parras et cum suis arboribus, et fuit ipsa casa de don Angibor et est in Molina Seca.

Actum anno domini M° CC° XLVII°, quotum VII kalendas Marcii. Regnante rege Alfonso in Legione, Galletia, Asturiis et Strematura. Apud Astoricam Petrus episcopus. Astantibus et confirmantibus: Garsias Pelagii cf., Pelagius Iohannis cf., Iohannes Pelagii cf., Fernandus Garsie cf., Petrus notuit.

Tumbo II, fols. 95 v.-96 r.

254

A. 1214, Noviembre P.

KARTA DE MULINA SICA

In Dei nomine amen. Sciant omnes tam presentes quam futuri, quod ego Iusta Petri cum uiro meo Iohannes Gonzalui tibi Henrico abbas et conuentui monasterii uestro de Superaddo, damus uobis hereditatem nostram quam habemus in Molina Sicca, pro remedium anime mee et marito

[1] A pesar de poner en la fecha *anno domini*, debe ser *era*, porque Alfonso IX reinó de 1188 a 1230 y Pedro es obispo de Astorga de 1205 a 1226.

meo don Saluador et pro filio meo Dominico et pro animabus parentum nostrorum damus uobis et concedimus hereditatem nostram, scilice, medietatem de quantum habet uiro meo Iohannes Gonzalui in Molina, que mihi dedi in arras et insuper totam hereditatem meam, casas, uineas, terras, ortos, pratos, arbores, montes, exitos usque ad minimam petram ut potueritis inuenire, damus uobis et concedimus et per tali pacto quod frater Martinus, per quem nos facimus istum pactum, faciat nobis recipere in uiam *(sic)* societatem et cascuno anno ad fructum colidendi persoluatis nobis duos modios de centeno et II metros uini et una pelicia de duo in duo anni aut XX solidos pro illa, et quando obierit domna Iusta, non recipiat Iohanne Gonzalui alia uxore et remaneat illa hereditate cum isto foro in uita sua sine pelicea. Et si obierit Iohannes Gunzalui non recipiat domna Iusta marito et uiuat in illa cum suo foro et si forte euenerit quod nos non potuerimus laborare, uos recipiatis istum forum cum nostra hereditatem detis nobis et uestitum in uita nostra.

Facta karta in mense nouembre sub era M^{a} CC^{a} L^{a} II^{a}. Regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopus Petrus in Astorica. Episcopus de Astorica et abas Souto Nouali et abbatisso *(sic)* de Carrizo tenent Molina Sicca. Qui presentes fuerunt et audierunt: Dominicus Micaheli clericus cf., Fernandus Garsia cf., domnus Ramirus cf., Garsia Pelagii cf., Dominicus zapatero cf., Dominico Martiniz cf., Matheus Iohannes cf., Dominico Fanega cf., et alii qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Micahel notuit.

Tumbo II, fol. 96 r.

255

A. 1204, Febrero 2 P.

KARTA DE MULINA SICA

Era M^{a} CC^{a} XL^{a} II^{a} quot IIII° nonas februarii. Factum est placitum et pactum inter Fratres Superaddi et domna Engibor. Siquidem ego domna Engibor uobis abbati domno Pelagio et conuentui de Superaddo dono et uendo omnem illam hereditatem quam ego mihi retinui ut in uita et in morte meam uoluntatem de ea facerem quando primo pactum uobiscum feci, et me ipsam cum omnibus aliis hereditatibus meis et bonis in uestra potestate misi, ipsam hereditatem ex integro ubicumque

fuerit quam ut predictum est tunc mihi retinui, modo uobis concedo, ita ut in uita mea de ea habeam fructum, et ⟨i⟩n super uos mihi precium eius detis quantum ualuerit si mihi ita placuerit, et de precio ego a uobis LXX solidos iam recepi, et de ipsa hereditate ultra non habeo potestatem uendendi uel donandi nisi uobis. Si quis autem hoc placitum nostrum irrumpere temptauerit sit maledictus a Domino et pro ausu temerario C morabetinos exsoluat. Ego abbas Superaddi cum conuentu nostro hoc placitum roboro et cf., Ego domna Engibor hoc placitur roboro et cf.,

(1.ª col.) Frater Iulianus cf., Martinus Pelagii cf., Garsias Pelagii cf., Petrus Sebastiani cf., Iohannes Cebolam cf. *[sig.]*.

(2.ª col.) Iohannes Pelagii cf., Dominicus presbiter cf., Giraldus Pelagii cf., Petrus Gallecus cf., Ramirus cf.,

Dominicus notuit.

Tumbo II, fol. 96 r. y v. (en blanco el resto del fol. 96 v. y el 97 r.)

256

A. 1206, Marzo 27 P.

KARTA DE PONTEMINEI DE DOMO INFIRMORUM MONACHORUM

In nomine Domini. Notum sit presentibus et futuris quod ego domnus Helias de Ponteminei et uxor mea domna Sancia Ordonii, uobis domno Pelagio abbati de Superaddo et toti conuentui uestro, facimus kartam uenditionis firmam imperpetuum de hoc, scilicet, quod uendimus nobis *(sic)* medietatem cuiusdam domus integram et de alia medietate ipsius domus IIII^{a} partem pro mille et CCL^{a} solidos, et est ipsa domus sita inter domum Hospitali et domum de Didaco Dias in directo platee de Sancto Petro et medietatem quid est de ipsa domo uendidit nobis Fernandus Ollarius et quartam partem alterius medietatis uendidit nobis Iohannes Pelagii, filius de Pelagio Cotan. Nos, itaque, hoc, quod in ipsa domo, sicut supradictum est, nostrum erat, cum omni suo iure uestro dominio uestreque potestati tradimus pro precio suprascripto. Et hoc factum nostrum perpetuum robur obtineat. Si quis autem ex parte nostra uel aliena hoc factum nostrum irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda traditore in inferno dampnetur.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} X^{La} IIII^{a}, VI° kalendas aprilis. Rege

domno Adefonsi regnante in Legione et Gallecia et Asturiis. Roderico Gundisalui tenentem Montem Nigrum et Sarria. Gundisaluo Nuniz Monte Roso. In Luco episcopo existente domno Roderico. Qui presentes fuerunt:

(1.ª col.) Henricus prior Superaddi cf., Veremudus cellerarius cf., Martinus Roderici cf., Iohannes Fernandi monachus de Meyra cf., Iohannes Fernandi clericus de Doimundi cf., Petrus Gundisalui de Ribas Altas cf., Rodericus Fernandi de Amarante cf.,

(2.ª col.) Frater Adefonsus cf., Monio Ouequiz de Felgosa cf., Sancius Petri cf., Pelagius Nuniz de Monteroso cf., Fernandus Osorii de Sauiniano cf., Nuno Fernandi filius domni Fernandi Osorii cf., Ego domnus Helias et uxor mea domna Sancia hanc cartam propriis manibus roboramus. Iohannes Gallecius qui notuit.

Tumbo II, fol. 97 v.

257

A. 1206, Marzo 27 P.

KARTA DE PONTEMINEI

In Dei nomine, amen. Notum sit presentibus et futuris quod ego domnus Helias de Ponteminei et uxor mea domna Sancia Ordonii, uobis domno Pelagio Ouequiz abbati de Superaddo et toti conuentui eiusdem loci tam presenti quam futuro, facimus cartam uenditionis in perpetuum ualituram de hoc scilicet, quod uendimus uobis medietatem cuiusdam domus integram et de altera medietate ipsius domus IIII[a] partem pro octingentis solidis, et est ipsa domus sita inter domum de Hospitali et domum de Didaco Diaz in directo da rua de Sancto Petro, et medietatem quidem de ipsa domo uendidit nobis Fernandus Ollarius et quartam partem alterius medietatis uendidit nobis Iohannes Pelagii filius de Pelagio Cotan. Nos itaque damus uobis medietatem predicte domus et quartam partem alterius medietatis cum omni iure suo et uestro dominio uestreque potestati tradimus pro precio suprascripto. Et hoc factum nostrum perpetuum robur optineat. Si quis autem ex parte nostra uel aliena hoc factum nostrum irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda traditore in inferno dampnetur, et quod inuaserit uobis in quadruplum soluat et insuper uobis et uoci regie IIII[or] mille solidos pectet.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} X^{La} IIII, VI° kalendas aprilis. Rege domno Adefonso regnante in Legione et Gallecia et Asturiis. Ruderico Gundisalui tenente Montem Nigrum et Sarria. Gunsaluo Nuniz Monteroso et medium de Trastamar. In Luco episcopo existente domno Ruderico, Ego domnus Helias et uxor mea domna Sancia Ordonii hanc cartam quam mandauimus fieri propriis manibus roboramus. Henricus prior Superaddi ts. et cf.

(1.^{a} col.) Veremudus Pelagii cellerarius, Martinus Roderici, Iohannes Fernandi monachus de Meyra, Iohannes Fernandi clericus de Duimundi, Petrus Gundisalui de Ribas Altas, frater Adefonsus,

(2.^{a} col.) Rodericus Fernandi de Amarante, Munio Ouequiz de Felgosa, Sancius Petri miles, Pelagius Nuni de Monte Roso, Fernandus Osorii de Sauiniano, Nuno Fernandi filius domni Fernandi Osorii.

Iohannes Gallecus qui notuit.

[Sig. entre las dos col.]

Tumbo II, fols. 97 v.-98 r.

258

A. 1206, Marzo 27 P.

KARTA DE PONTEMINEI

Era M^{a} CC^{a} X^{La} IIII, VI° kalendas aprilis. Factum est placitum et pactum firmissimum inter fratres Superaddi et domnum Heliam uxoremque eius domnam Sanciam Ordonii. Ego enim domnus Helias simul cum uxore mea domna Sancia uobis abbati et conuentui Superaddi uendimus medietatem unius domus et alterius medietatis quartam partem, et de reliquo quod in ipsa domo superest, quod nos scilicet tenemus in pignore, uobis facimus conuenienciam, ut cum primum illud quitare potuerimus, uobis uendamus illud et non alii, excepto precio secundum rationem uendite partis ut scilicet tota domus ex integro ueniat in precio duorum milium solidorum; et si forte nos in uita nostra id non potuerimus quitare, et postea filii nostri illud quitauerint, in eadem conueniencia erunt ut statim uendant uobis pro precio nominato. Preterea casarium in ipsa domo uos debetis mittere et in uestra potestate sit quem ibi uolueritis mittere, ita tamen ut nobis debitor existat de nostra directura, ut in pace eam det uobis. Si quis hoc factum nostrum irrumpere temptauerit sit maledictus a Deo et C^{m} morabetinos pectet et hoc placitum perpetuum

robur obtineat. Qui presentes fuerunt: Henricus prior Superaddi cf., Veremudus cellerarius cf., Martinus Roderici cf., Iohannes Fernandi de Meyra cf., Iohannes Fernandi clericus de Doimondi cf., frater Adefonsus cf., Petrus Gundizalui Ribas Altas cf., Rodericus Fernandi de Amarante, Monio Ouequiz de Felgosa, Sancius Petri cf., Pelagius Muniz de Monteroso cf.

Tumbo II, fol. 98 r. y v.

259

A. 1202, Enero 26 P.

KARTA DE PONTEMINEI

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Ego Fernandus Petri dictus Olarius et uxor mea Guntroda Muninis et omnis uox nostra, uobis dompne *(sic)* Helie et uxori uestre Sancie Ordonii et omni uoci nostre *(sic)*, facimus kartam uenditionis et scriptum firmitatis in perpetuum ualiturum de illa domo que est in illo uico de Sancto Petro illius partis que domus est sita inter ipsam domum Hospitalis et domum de Didaco Didaci et habuimus eam ex patre nostro Petro Olario; hanc enim uendimus uobis pro C^{m} morabitinis cum placabile robore, et de precio non remansit aput uobis in debito ad soluendum. Concedimus eam uobis et damus sicut est diuisa cum exitibus et regressibus antea et retro et intus sicut est terminata inter ipsas domos, uendatis eam, habeatis, donetis, faciatis de ea quid uolueritis. Si quis nostrum uel ex alia parte contra hoc nostrum uoluntarie factum uenire temptauerint Dei maledictionem incurrat et insuper duplet quantum in calumpniam miserit et uoci regie CCC^{os} morabetinos persoluat, et nos dum uiuimus defendamus eam uobis ab omni calumpnia.

Facta karta VII kalendas februarii, sub era M^{a} CC^{a} X^{La}. Regnante rege Alfonso in Legione. Ruderico Lucensis episcopo, Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Pelagius frater notuit.

Tumbo II, fol. 98 v.

260

A. 1177, Junio 8 P.

KARTA DE PONTEMINEI

In Dei nomine. Ego Sancius Petri et uxor mea Marina Nuniz, uobis fratribus de Superaddo, facimus kartam testamenti firmissimam in perpetuum ualituram de medietate de illa nostra casa quam habemus in Portumarin, cum omni sua directura, et est casa illa de illa parte sub ecclesia Sancti Petri, doque uobis pro renda annuatim in uita mea XX^{i} anguillas. Cum autem obiero ego et uxor mea uos accipite casam illam et facite de ea quod uolueritis et orate pro animabus nostris. Si quis uero de nostro genere uel de alieno hoc spontaneum factum nostrum euacuare temptauerit, iram omnipotentis Dei cum regia indignatione incurrat et pro temerario ausu parti uestre D solidos persoluat et hoc scriptum nostrum semper maneat firmum.

Facta karta testamenti apud Superaddum VI^{to} idus iunii, sub era M^{a} CC^{a} XV^{a}. Regnante rege domno Fernando in Legione. Archiepiscopo in sublimi catedra Compostelle Petrus Suarii. In Superaddo presidente beate memorie domno Egidio. Qui presentes fuerunt: Pelagius ts., Ego Sancius Petri et uxor mea Marina Nuniz propriis manibus hoc scriptum nostrum roboramus. Iohannes ts., Fernandus ts., Rodericus ts., Ramirus cf., Cresconius cf., Fernandus qui notuit cf.

Tumbo II, fols. 98 v.-99 r.

261

A. 1196, P.

KARTA DE PONTEMINEI

In Dei nomine. Ego Iohannes Pelagii, filius domni Pelagii Cotam et dompne Iordane Martini, una cum omni uoce mea, sano animo et spontanea uoluntate, facio cartam uenditionis uobis domno Helie de Ruflac et uxori uestre Sancie Ordonii, de octaua parte tota cuiusdam domus

quam uobis uendo. Est, itaque, domus ipsa in uilla de Ponte Minei sub baselica Sancti Petri, in calle ipso qui ducit ad pontem, cuius anterior pars scilicet domus tenet in ipsa publica uia, posterior cum alteris equaliter. Et est inter domum Hospitalis et domum Didaci Diaz, et fuit et fuit *(sic)* patris mei dompni Pelagii. Dono, autem uobis ipsam portionem iam dictam pro CLX^{a} solidos quod mihi uobisque complacuit et apud uos nichil in debito remansit. Si quis uos super hanc calumpniare presumpserit CCC^{os} solidos uobis pectet.

Facta carta era M^{a} CC^{a} XXX^{a} IIII^{a}. Regnante rege Adefonso. Ruderico episcopo Lucense. Comite Gometio tenente Monte Rosum. Garsia Ramiri comendatore. Petro Sancti Iacobi ballio. Nos que scribere iussimus manibus roboramus. Iohanne ts., Didaco ts., Ruderico ts., Petro notuit.

Tumbo II, fol. 99 r.

262

A. 1206, Junio 11 P.

KARTA DE PONTE MINEI

In Dei nomine. Ego Lupus Pelagii vobis abbati Pelagio Superaddi et omnis conuentui, facio kartulam uenditionis in perpetuum ualituram de illa domo que est inter domum Hospitali et domum Didacus Didaci, et illa domus est in termino Sancti Petri Ponte Minei, in honore Sarria. Et est nominata de ipsa domus quartam partem, et recipio de uobis in precio CCCC solidos, et de precio nichil remanet. Et si quis homo de mea parte uel de extranea contra hoc scriptum ad irrumpendum uenerit uel uenero sit maledictus et excomunicatus et a fide Christi separatus et pectet ad partem Superato uel partem regis C morabetinos.

Era M^{a} CC^{a} X^{La} IIII^{a} et quot III° idus iunii. Regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia. Signifer regis Arias Petri. Tenente Sarria, Roderico Gundisalui. In sede Lucense episcopus Rodericus secundus. Ego Lupus Pelagii in hac carta manus meas roboro et signum facio. Qui presentes fuerunt: Iohannes Iohannis infirmarius Superaddi cf., frater Pelagius de Regaria Hospitale cf., frater Arias Fernandi cf., Munio Pelagii presbiter cf., Fernandus Iohannis frater et presbiter cf., Laurencius laicus cf., Lupus Petri cf., et istos duos sunt iusticias de Ponte Minei,

Pelagius Captus cf., Fernando Petri cf., Petrus Micaheli cf., Iohannes Pelagii cf., Iohannes Porcalio cf., domnus Helias cf., Fernando Giraldi tenente ecclesia Sancti Petri de Portu Marin cf., Ego Martinus Sancii scripsi et cf.

Tumbo II, fol. 99 r. y v.

263

A. 1206, Abril 19 P [1].

KARTA DE PONTE MINEI

In Dei nomine. Ego Petrus Nuni de Aldimir, cognomento Tirum, uobis abbati domno Pelagio Ouequiz de Superaddo et uniuerso conuentui eiusdem loci dono pro remedio anime mee, medietatem de una mea domo, una cum medietate de furno qui stat in ea, et habeo supradicta domum in uilla Pontis Minei, et comparaui eam de quibusdam secularibus concilio multorum hominum, et ex eis habeo cartam quam uobis cum opus fuerit dabo et stat inter domum de Duneo Pinta et de Gundina Feraria, et terminus est a camino usque caminum. Et ego debeo tenere eam in uita mea tamen. Post obitum uero meum uobis in pace remaneat in perpetuum. Et ut hoc sit cognitum tam presentibus quam futuris, uobis supradictis fratribus dabo pro censu eiusdem domus unum solidum singulis annis. Si quis tam de meo genere quam de alieno contra hanc cartam ad irrumpendum uenire uoluerit, sit maledictus usque ad septimam generationem et uobis uel uoci uestre mille solidos pectet et parti regie totidem et carta semper obtineat robur.

Facta karta donationis apud Superadum in era M^{a} CC^{a} XL^{a} et quot XIII kalendas Maii. Regnante rege Adefonso in Legione, Fernando Munionis tenente Montem Rosum. Petro Muniz electo in Sancto Iacobo. Petrus ts., Iohannes ts., Pelagius ts., Dominicus notuit.

Tumbo II, fol. 99 v. (el fol. 100 no está).

[1] Asignamos a este documento la fecha 1206, ya que en ésta fue elegido como arzobispo de Compostela Pedro Muñoz, y que en la fecha, de mano posterior, se añaden IIII.

A. 1152, Septiembre 18 R. Alfonso VII

In nomine Domini amen. Inter cetera uirtutum potentia helemosina maxime commendatur. Ea propter ego Adefonsus Hispanie imperator, una cum filiis et filiabus meis et omni generatione mea, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum remissionem, facio kartam donationis et textum firmitatis, Deo et monasterio Sancte Marie Saris et uobis priori domno Petro Godesteiz et omnibus eiusdem monasterii successoribus uestris, de illa ecclesia de Sancto Tirsso cum omni hereditate sua, quomodo diuidit per furnum de Tegula intrante ad Moledes ubi uinguntur uie et inde ad Nigrelam et inde in pronum colligendo ecclesiam Sancti Petri et diuidit cum uilla Rain, et inde ad Maladones et inde quomodo diuidit cum Falorne, et inde quomodo diuidit cum Maganeses, et inde per Gamual, et inde quomodo diuidit per sendeiru de latronibus, et inde ad Moreirolam de Sursum, et inde per aquam uertentem quomodo diuidit cum Britom, et inde ad Penelas et inde ad furnum de Tegula ubi incipimus, et cum omnibus suis salinis quas unquam habuit in tota ualle Lampredane, et cum omnibus adiunctionibus suis, necnon et ecclesiam Sancti Petri cum omni sua hereditate et salinis et cum omni hereditate que iacet inter illas duas uias que spartent se in exitu de uilla Moledes, unam que tendit ad Sanctum Tissum et aliam que ducit ad Sanctum Petrum, et ad Sancto Petro ducit ad Sanctum Tissum. Quicquid hereditas est inter has duas uias donec continuatur hereditati Sancti Tissi, hanc hereditatem do ecclesie Sancti Petri et uobis prefato priori domno Petro. Hec do cum omnibus suis hereditatibus que extra hos terminos iacent. Et hoc facio ut ab hac die habeatis eas liberas et quietas uos et omnes sucessores uestri, iure hereditario imperpetuum et faciatis de eis quicquid uolueritis, donando, uendendo uel concambiando cuicumque uolueritis libere et quiete. Si uero aliquis ex meo uel alieno genere hoc meum factum rumpere temptauerit, sit a Deo maledictus et excomunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno damnatus et insuper regie parti mille libras auri persoluat.

Facta karta Toleti quando imperator uenit de Lorca, era M^{a} C^{a} LX^{La} et quot XIIII kalendarum octobris. Eo anno quo imperator tenuit Gadiexi circundata imperante ipso inperatore Toleto et in Legione et in

Gallecia et Castella, in [N]aiara et Saragocia, in Baecia et Almaria. Comes Barcilonie tunc temporis uasallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator Hispanie cum filiis et filiabus meis hanc cartam quam fieri iussi, propria manu mea roboro atque confirmo. Rex Fernandus filius imperatoris confirmat. Rex Sancius filius imperatoris cf.

(1.ª col.) Comes Pontius maiorinus cf., comes Almanricus tenes Baetiam cf., comes Ranemirus Froile cf., comes Petrus Adefonsus cf., Nunus Petriz Alferiz cf.,

(2.ª col.) Iohannes archiepiscopus Tolletane cf., Iohannes Legionensis episcopus cf., Martinus Auriensis episcopus cf., [Raimundo] Palentinus episcopus uidit et cf., [Petro] Asturicensis episcopus cf.,

(3.ª col.) [Martino] Ouetensis episcopus cf., comes Fernandus cf., comes Rudericus cf., Fernandus Iohannes tenens Montor cf., Pelagius Curuus Gallecie cf., Pontius Minerue cf.

Ego Sancia regina propria manu roboro cf., Constantia regina imperatoris filia cf., Iohannes Fernandi can[no]icus ecclesie Beati Iacobi et notarius imperatoris scripsit.

[Signum anagrama: SIGNUM IMPERATORIS.]

Tumbo II, fol. 101 r. y v.

265

A. 1179, Agosto 22 P.

DE SANCTO TIRSO IN MOLEDES DE NENG⟨R⟩ELA

In Dei nomine, ego Dominico Caluus uobis abbas domnus Gil una pariter cum conuentu de Sobrado in D[omino] Deo eterno salutem amen. Ideo placuit nobis atque conuenio nullus quoquegentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metum neque per ebrietas uino quod est fraudis ingenio set propria mihi accessit uoluntas ut facerem a uobis kartula uenditionis et scripture firmitatis de hereditate mea propria quam habeo in Moledes, id est prenominata una salina in Moledes de Negerela que fuit de Sol Daniele et una media corte cum suo casal pro precio que accepi de uos X^{La} IIIes morabetinos in auro tantum mihi et uobis bene complacuit, et de precio nichil remansit in debito pro dare set totum completum est. Ita ut de hodie die uel tempore sit ista hereditate

de iuri meo abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata euo perhenni et secula cuncta amen. Et si aliquis homo uenerit uel uenero tam de nostris quam de aliis qui hunc factum meum irrumpere uoluerit, in primis accipiat iram Dei Patris omnipotentis et sit maledictus et excomunicatus et a fide Christi separatus et cum Iuda traditore sit particeps in eterna dampnatione et pariat ista hereditate duplata a conuentu de Sobrado et a parte palatii pectet mille morabetinos in auro.

Facta karta uenditionis notum die quot erit XI kalendas setembris, era M[a] CC[a] XVII[a]. Regnante in Spania et in Legione et in Asturias et in Gallecia rege Fernando, et sub manu eius tenente Castro Torafe magister Petrus Fernandi. Commendator Fernandus Petri. Maiorini Iago. In sede Astoricensis episcopus Fernandus, archidiaconus dompnus Luppus. Ego Dominicus Caluus uobis abbas domnus Gil una pariter cum conuentu de Sobrado in hac kartula manus meas roboro et confirmo. Qui uiderunt et audierunt: don Petro, Munio Barua, Munio Pelaz, Micahel Romaniz ts., Domingo Bel ts., Pelagius Pelaz, Domingo Pisa ts., don Gil ts., alio Gil ts., don Roderico ts., Fernan Domiguis, suo filio, Petrus Dominguiz ts., Rodrigo ts., Pelagius Barua, Salomon ts., don Uicenti, Michael Meimon ts., Diago, Petrus Cidiz, don Simon, Pelagius presbiter cum concilio de Moledes confirmo, Cid ts., Sab ts., Velid ts., In Sancto Tirso: Petrus Faber magistro cf., Rebote staleiro cf., Martinus Cubus notuit.

Tumbo II, fols. 101 v.-102 r.

266

A. 1183, Agosto 25 P.

IN MOLEDES ET IN ⟨NE⟩GRELA

In Dei nomine, ego Domingu Fenuliu et uxor mea Auru Maria tibi Domingo Roio et uxor tua Marina Petriz in domino Deo eterne salutem amen. Ideo placuit nobis atque conuenimus nullus quoquegentis imperio nec suadentis articulo neque pertinescentis metu neque per ebrietas uino quod est fraudis ingenio, set propria nobis accessit uoluntas ut faceremus a uobis kartula uenditionis et scripture firmitatis de salina quam nos habemus in Moledes et est in Negrela, quantum nos ibi habemus uel a prestitum hominis est pro precio quod accepimus de uos X morabetinos in auro et apud uos nichil remansit in debitum pro dare sed totum

completum est. Ita ut de hodie die uel tempore sit ista hereditate de iuri nostro abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata euo perhenni et seculo cuncto. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus qui hunc scriptum nostrum irrumpere quesierit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore condempnatus et a fide Christi separatus et non habeat partem in regno Christi et Dei. Et pariat ista hereditate duplata et a parte palacii C solidos de auro.

Facta karta uenditionis notum die quod erit VIII kalendas setembris, era M[a] CC[a] XXI[a]. Regnante in Spania et in Legione et in Gallecia et in Asturias et in Extremadura rege Fernandum, tenente Zemora comite Turgel. Meirinu Petro Mauro, in sede Sancti Saluatoris episcopus W[ilielmo] archidiaconus domnus Rodericus. Ego Domingu Fenuliu et uxor mea Auru Maria a tibi Domingu Roio et uxor tua Marina Petri in hanc kartam manus nostras roboramus et signum *[sig.]* facimus. Qui uiderunt et audierunt: Moniu Barua cf., Petro Cereiginos cf., Iohannes Pelaz cf., Cipriano Cidiz cf., Domingo Caluo cf., Domingo Bono Achadigo cf., Simon cf., Brinchon cf., Cidi cf., Iohannes Gonzaluiz cf., dum Petro cf., dum Froila cf., dum Petro cf., Petro Iuuiz cf., Domingo Caluo cf., Concilio de Moledes et de uila Ordoniu cf., Petro Rastro magister de Auterio. Martinus presbiter notuit.

Tumbo II, fol. 102 r.

267

A. 1183, Agosto 25 P.

DE MOLEDES ET IN NEGRELA

In Dei nomine. Ego Garcia Martiniz a uobis abbas de Subradu dum Ambert cum conuentu de Subradu et cum magistro dum Garcia de Sancto Tirso in domino Deo eterne salutem amen. Ideo placuit mihi atque conuenio nullus quoquegentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu neque per ebrietas uino quod est fraudis ingenio, set per propria mihi accessit uoluntas ut facio a uobis karta uenditionis et scripture firmitatis de salina quam ego habeo in Moledes et est in Egrela, quantum ego ibi habeo uel a prestitum hominis est pro precio quod accepi de uos, X morabetinos in auro et apud nichil remansit in debitum pro dare, set totum completum est. Ita ut de hodie die uel tempore sit ista hereditate de iuri nostro abrasa et in uestro dominio sit

tradita atque confirmata euo perhenni et secula cuncta. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus qui hunc scriptum nostrum irrumpere quesierit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore condempnatus et a fide Christi separatus, et pariat ista hereditate duplata a suo domino et a parte palacii C morabetinos.

Facta karta uenditionis notum die quod erit VIII kalendas setembris, era M^{a} CC^{a} XX^{a} I^{a}. Regnante in Spania et in Legione et in Gallecia et in Asturias rege Fernandum, tenente Benauente comite Urgel. Merino Bernal Portiru. In sede Astoricensis episcopus Fernandus, archidiaconus domnus Lupus. Ego Garcia Martiniz a uobis abbas de Subradu dum Ambert cum conuentu de Subradu et cum magistro dum Garcia de Sancto Tirso in hac cartula manus meas roboro et signum facio *[sig.]*. Qui uiderunt et audierunt: Monu Barba cf., Petro Cereiginos cf., Iohannes Pelaz cf., Ciprian Cidiz cf., Donmigo Caluo cf., Dominico Bono Achadigo cf., Simeon cf., Brichon cf., Cidi cf., Iohannes Gonsaluiz cf., dum Petro cf., dum Froila cf., Petro Uuiz, Domingo Caluo, Concilio de Moledes et de uila Ordoniu cf., Petro Rastro magister de Auteiro, Martinus presbiter notuit.

Tumbo II, fol. 102 r. y v.

268

A. 1203, Junio 7 P.

KARTULA DE UEZANA

Principium scripti sub nomine Christi amen. Ea qua propter ego Michael Salgado una cum uxore mea domna Marina Dominici et cum filiis et filiabus nostris, propria nostra uoluntate damus et concedimus unam terram quam habemus in uillam quam uocitant uilla Ueza in honore omnipotentis Dei ad Sanctam Mariam de Sobrado et ad dompnum abbatem Pelagio Ouequez et ad conuentum loci illius supranominatum pro remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum ut habeatis et possideatis et faciatis de illa quicquid uobis placuerit et faciamus de ea uobis kartam; et ista terra supranominata iacet supra Pelago Barroso ex alia parte terra de meo Zid, de tercia parte terra Pontis. Et si aliquis uel aliqua, tam nostris quam extraneis istum nostrum factum uoluerit dirumpere, in primis sit maledictus et communicatus et cum Iuda in

inferno dampnatus et quantum inuaserit in quadruplum reddat et pulsanti uocem pectet C^{m} morabetinis.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} XL^{a} I^{a} notum diem VII° idus iunii. Regnante rege Adefonso cum regina domna Berengaria in Legione, in Gallecia, in Asturiis et in Extremadura. Gundissaluus Roderici maiordomus regis. Petrus Fernandi de Uaniuidas maiordomus regine. Munio Roderici signifer regis. Gunzaluus Iohanni tenente Beneuento. Lupus Astoricensis episcopus. Iohannes Ouetensis episcopus. Alcaldes in Beneuento, presentes fuerunt et audierunt: Petrus Guterrii de uilla Fafila cf., Garcia Gunzaluez cf., Pelagius Gerra cf., Micahel Romanet cf., Petrus Carazo cf., Joan Diez cf., don Saluador. Concilium de uilla Ueza cf., Meu Zid, Dominicus Romani, Fernandus Guterrii, Petrus Iohanni, Rodericus Garsie, Rui Dominici cf., Rodericus Pelagii cf., Gunzaluus Pelagii cf., don Lobo cf., Guterrius cf., Giraldus notuit.

Tumbo II, fols. 102 v.-103 r.

269

A. 1183, Agosto 25 P.

KARTULA DE MOLEDES ET IN NIGRELA

In Dei nomine. Ego Domingu Roio et uxor mea Marina Petriz a uobis abbas de Sobradu dum Amberte cum conuentu de Subrado dum Amberte cum conuentu de Sobradu et cum magistro dum Garcia de Sancto Tirso in domino Deo eterno salutem amen. Ideo placuit nobis atque conuenimus nullus quoquegentis imperio nec suadentis articulo neque per timescentis metu neque per ebrietas uino quod est fraudis ingenio set propria nobis accessit uoluntas ut faceremus a uobis kartula uenditionis et scripture firmitatis de salina quam nos habemus in Moledes et est in Negrela, quantum nos ibi habemus uel a prestitum hominis pro precio quod accepimus de uos X morabetinos in auro et apud uos nichil in debitum pro dare set totum completum est. Ita ut de hodie die uel tempore sit ista hereditate de iuri nostro abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata euo perhenni et seculo cuncta. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus qui hunc scriptum nostrum irrumpere quesierit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore

condempnatus et a fide Christi separatus, et pariat ista hereditate duplata a suo domino et a parte palacii C morabetinos.

Facta karta uenditionis notum die quod erit VIII kalendas setember, era M^{a} CC^{a} XX^{a} I^{a}. Regnante in Spania et in Legione et in Gallecia et in Asturias rege Fernandum, tenente Benauente comite Urgel. Merino Bernal Porteiru. In sede astoricensis episcopus Fernandus, archidiaconus donus Lupus. Ego Domingu Roio et uxor mea Marina Petriz a uobis abbas de Subradu dom Amberte cum conuentu de Subradu et cum magistro dum Garcia de Sancto Tirsso in hanc kartam manus nostras roboramus et signum *[sig.]* facimus. Qui uiderunt et audierunt: Moniu Barba cf., Petro Cereiginos cf., Iohannes Pelaiz cf., Cipriano Cidiz cf., Domingo Caluo cf., Domingo Bono Achadigo cf., Simon cf., Brinchon cf., Cidi cf., Iohannes Gonzaluiz cf., dom Petro cf., Petro Nuniz cf., Domingo Caluo cf., Concilio de Moledes et de uilla Ordoniu cf., Petro Rastro magister de Auterio. Martinus presbiter notuit.

Tumbo II, fol. 103 r. y v.

270

A. 1199, Diciembre 4 P.

KARTA DE HEREDITATE QUE IACET INTER BARCIAL ET MAGAREL

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Fernandus Gutterriz una cum uxore mea Marina Petri, facio cartam donationis et confirmationis Deo et Beate Marie et uobis abbati domno Bernardo et omni conuentui Superaddi, de quarta parte de tota illa hereditate de populatura que iacet inter Barcial et Magarel, quomodo diuiditur per uallem Cardidal et fluuium Ecila. Hanc igitur hereditatem sicut ad nos pertinet, damus pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, et concedimus eam, uobis conuentui Superaddi ut ab hac die usque in perpetuum uestro iuri et dominationi sit subdita uestramque uoluntatem de ea faciatis euo perhenni. Vos quoque propter hoc participe⟨s⟩ nos facitis omnium benefactorum uestrotrum et familiaritatem uobis concedimus et firmam societatem uobiscum. Me etiam domnam Marinam recipitis sepulturam, ut quandocumque opus fuerit fratres uestri me uisitent et post obitum meum ad Superaddum me deferant, et curam anime mee habeant.

Si quis uero nostre partis uel aliene, hoc factum nostrum irrumpere temptauerit, sit maledictus et a Deo in eternum dampnatus.

Facta karta sub era M[a] CC[a] XXX[a] VII[a] et quot II[e] nonas decembris. Regnante domno Adefonso rege cum regina domna Berengaria in Legione et Gallecia et Asturiis. Maiordomus regie Fernandus Garsie. Ego Fernandus Guterriz una cum uxore mea Marina Petri in hac carta manus meas roboro et confirmo. Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., domnus Fernandus abbas de Melone cf., Rodericus Fernandi cf., Cornelius cf., Thomas cf., Micahel Coruus cf., Dominicus cf., Veremudus Pelagii cf., Henricus qui notuit.

Tumbo II, fol. 103 v.

271

A. 1202, Diciembre 28 P.

KARTA DE BARCIAL

In Dei nomine. Ego Petrus Guterriz et uxor mea domna Urraca, Deo et Beate Marie et uobis abbati domno Pelagio et toti conuentui de Superaddo, facimus cartam donationis et scripturam testamenti firmissimam de omni hereditate quam nos uestro adiutorio comparauimus de Gundisaluo Garsie et uxore eius Maria Uincentiz quantamcumque scilicet ab ipsis comparauimus, uobis damus et quantitas ipsius hereditatis est quarta pars totius hereditatis quam habebat pater de Gundisaluo Garsie in Barcial, medietatem scilicet de omni illa hereditate quam ibi tenebat domna Maria Uincentiz in arras, excepta de hereditate ill[a] tantummodo de Sancto Petro de Montis, ipsam sicut supra determinatum est uobis ex integro concedimus cum omnibus directuris et pertinenciis suis, pascuis, fontibus, pratis, ortis, molendinis et ecclesia, terris cultis et incultis, arboribus et diuisus, ut ab isto die et deinceps possideatis et uestram de ea uoluntatem faciatis iure perpetuo. Si quis autem ex nostra parte uel aliena hoc factum nostrum irumpere temptauerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et uocem uestram pulsanti C. morabetinos exsoluat, et quicquid inuaserit in quadruplum reddat.

Facta karta era M[a] CC[a] XL, V[o] kalendas ianuarii. Regnante rege domno Adefonso cum regina domna Berengaria in Legione, Gallecia, Asturiis, Extremadura, Maiordomus regis Fernandus Garsie. Signifer

regis Munio Roderici, Episcopus Astoricensis domnus Lupus. Episcopus Zemorensis domnus Martinus. Ego Petrus Guterriz cum uxore et filiis meis hanc cartam propriis manibus roboramus. Petrus reposteiru cf., Fernandus Breton cf., Iohannes caualleiro cf., Karrelo cf., domnus Romanus cf., Iohannes Gascon cf., don Guterri de Barcial cf., Petrus presbiter de Barcial cf., Fernandus Munii cf., Pelagius Carro cf., Micahel Fernandi cf., Petrus ts., Iohannes ts., Fernandus ts., Henricus qui notuit.

Tumbo II, fols. 103 v.-104 r.

272

A. 1200, Octubre 4 P.

KARTA DE BARCIAL

In Christi nomine amen. Ego Marie Uincentiz uobis Dominicus Quabezudo et ad uos Fernandus Guterrici, et ad uos Petrus Goterrici, uendo uobis meas arras quantas habeo in Barceal, que dedit mihi Gundisaluus Garsie; dedit mihi hereditatem de auiorum suorum, de quantam hereditatem illi mihi dedi in arras, erga hereditatem de Sancti Petri de Montes, totam aliam uendo uobis pro XX^{i} morabetinos, que nobis et uobis ille placuit. Ita ut de hodie die de iuri nostro sit abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata. Ipsam hereditatem uendo uobis et ipsas arras et ego Gundisaluus Garsie concede. Ipsam hereditatem est pernominatam medietatem de quantam hereditatem habuit suum pater de Gundisaluus Garsie, medietatem habeo inde in arras, ipsam uendo uobis. Et ego Gundisaluus Garsie uendidore et auctore et concede, ut habeatis illam cum suis directuris et pertinenciis, cum ecclesie, cum terris et uineis, ortos et platis, pascuis, montis, aquis, molendinis cum aris et arbores, cum exitu et regressu usque ad minimam petram, et domos et solares damus uobis, uendatis, faciatis de illam quecumque uolueritis uos et genus uestrum post uos. Si quis igitur ad istum nostrum factum ad irrumpendum uenerit uel uenerimus in primis sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda Domini traditore in infernum pateat penas et pectet C morabetinos uobis uel uoci uestre pulsanti et quantum inuaserit in quadruplum restauret. Et hoc nostrum factum semper maneat firmum.

Facta karta IIII° nonas octobris in era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a}. Regnante rege Adefonso cum regina Berengaria in Legionem, Gallecie, Asturiis

et Extremadura. Maiordomus domno regi Fernandus Garsie et tenente Benauento, signifer regis Munio Roderici. Lupus Astoricensis episcopus. Iohannes Ouetensis episcopus. Martinus Zamorensis episcopus. Alkaldes in Benauento: Rodericus Fernandi, Petrus Farto, Andres Balistero, Martinus Petri, Renaldus de Uaxera, Petrus Roderici, Martinus Cummanus, et Andres Michaelici. Ego Maria Uincentiz una cum uiro meo Gonsaluus Garsie hanc cartam quam fieri iussimus, propriis manibus nostris roboramus et confirmamus et signum fieri iussimus. Qui presentes fuerunt et uiderunt et audierunt: Petrus repostarii cf., Fernandus Breton cf., Iohannes caualero cf., Karrelo cf., don Roman cf., Iohannes Gasco cf., don Goterre de Barcel cf., Petrus presbiter de Barceal cf., Fernandus Muniz cf., Pelagius Quarro cf., Goterre Petri cf., Micahel Fernandix cf., Matheus Fernandiz cf., Martinus Pelaez cf., don Aprile cf., Meu Cidi cf., Munio Iohannis cf., Rodericus Stephaniz cf., Dominicus Alfonso cf., Dominicus Oarici cf., Iohannes de Criazon cf., Petrus notuit.

Tumbo II, fol. 104 r. y v.

273

A. 1199, Julio 5 P.

KARTA DE BARCIAL

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Petrus Guterriz una cum uxore mea domna Urraca Ordonii facio cartam donationis et confirmationis Deo et Beate Marie Superaddi et uobis domno Bernardo abbati et omni conuentui eiusdem loci de quarta de quadam populatura, et diuiditur ipsa populatura cum Ripa Roia et cum Barcial et cum Uidalais, et est sita in ripa fluuii qui Ezila uocatur iuxta Benauentum. Hanc igitur hereditatem damus uobis pro remedio animarum nostrarum et pro remedio anime filii nostri Ordonii Petriz qui apud Superaddum iacet sepultus, ita ut ab hac die et deinceps a iure nostro sit abrasa et uestro dominio et potestate sit subdita, ut scilicet possideatis et uestram uoluntatem de ea faciatis in perpetuum amen. Si quis autem partis nostre uel aliene hoc factum nostrum irrumpere temptauerit sit maledictus et excomunicatus et parti regie M^{e} morabetinos pectet et quodcumque inuaserit in duplum restituat.

Facta karta donationis sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VII^{a} et quot III° nonas

iulii. Regnante rege domno Adefonso cum uxore sua domna Berengaria apud Legionem et in Extremadura et in Asturiis et in Gallecia. Maiordomus regis Fernandus Garsie, et regine Petrus Fernandus de Baniuiues. Maiorinus in Beneuento Pelagius Iohannis. Alcaldis in Beneuento, Gascum et Muniu Odoarii, Iohannes Fernandi et Didacus Michaeli. Alcaldis, Fernandus Martini et domnus Facundus, Stephanus de Busiarac et Gundisaluus Roderici. Guterrio Petriz cf., Guterrio de Uidalais cf., Veremudus Pelagii cf., Fernandus Gutterriz cf., Garsias Petriz cf., Dominicus Gagus cf., Dominicus Ouilierus cf., Rodericus Pelagii cf., Bartolome cf., Micahel ts., Fernandus ts., Meu Cidi ts., Dominicus Pascuale.

Tumbo II, fol. 104 v.

274

Sin fecha

In Dei nomine, amen. Hec est manda quam ego domna Marina Petri de Benauenti facio. In primis mando corpus meum Sancte Marie Superaddi et lectum cum pannis suis et unam mulam meam et unam cupam et medietatem omnium rerum quas habeo in Ribela, tam hereditatis ipsius uille cum omnibus pertinenciis suis intus et foris, propre et longe, quam domorum et boum et panis et omnium quod a prestitum hominis sunt, que habeo in supradicta uilla habeo. Mando etiam supradicto monasterio domos meas integras de Beneuente sicut ante iam mandaueram cum marito meo domno Fernando Guterrit per scriptum et placitum firmissimum. Adhuc etiam mando XX morabetinos de quibus detur pitantia conuentui supradicti monasterii. Qui presentes fuerunt: Frater Arias conuersus Sancte Marie Superaddi ts. et cf., Pelagius Petri ts. et cf., Iohannes Louzanus ts. et cf.

Tumbo II, fols. 104 v.-105 r.

275

A. 1210, Octubre 4

KARTA DE RIBELA

In Dei nomine. Ego Maria Petri una cum filiis meis Petro Garsie et Eluira Garsie vobis priori domno Petro Iohannis et toti conuentui Superaddi facio kartam donationis de tota hereditate mea quam habeo uel habere debeo in uilla que uocatur Ribela et iacet in ripa fluminis de Theyra. Vendo itaque uobis pro LX[a] morabetinis, quicquid ad me pertinet uel ad uocem meam in predicta uilla, intus et foris, prope et longe, terris uidelicet cultis et incultis, hortis, pratis, pascuis, defessis, fontibus et aquauis *(sic)*, montibus et uallibus et omnibus pertinenciis suis, ut habeatis totum ius meum ubicumque inuentum fuerit in predictis locis, et possideatis iure hereditario et uestram de eo uoluntatem in perpetuum faciatis. Si quis autem ex parte nostra uel extranea hoc factum meum irrumpere temptauerit iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda traditore in inferno dampnetur et quod inuaserit in duplum restituat et parti regie D[os] morabetinos persoluat.

Facta carta uenditionis in era M[a] CC[a] X[La] VIII[a] et quot IIII° nonas octobris. Regnante rege Adefonso in Legione, in Extrematura, in Asturiis et in Gallecia. Episcopo Asturicense domno Petro Maiordomo regis Aluaro Guterriz. Signifero domno Fernando Fernandiz. Tenente Benauentum domno Roderico Fernandi. Ego predicta Maria Petri una cum supradictis filiis meis hanc cartam quam fieri iussi propriis roboro et cf., Similiter ego Pelagius Petri iermanus predicte Marie Petri hoc laudo et cf., Qui presentes fuerunt: Guterrius Pelagii ts. et cf., Lupus Pelagii ts. et cf., Egidius capellanus ecclesie de Ribela ts. et cf., Domnus Henricus magister conuersorum Superaddi ts. et cf.,

(1.[a] col.) Frater Petrus Cidade magister grangie Sancti Tirsi cf., frater Rodericus hortolanus, frater Petrus Zoqua cf., Pelagius Pelagii de Barriu miles ts. et cf., Petrus Uilar, Martinus Petri cf., Petrus de Castro, Petrus Fernandi cf., dun Lebun, Martinus Micahele cf., Micahel de Roxa, Petrus Gallegu cf.,

(2.[a] col.) Petrus Muniz cf., Februarius cf., Dominicus Maurus cf., Fernandus Cidit cf., Petrus Iohannis cf., Dominicus Cipriani cf., Dominicus Carrus cf., dun Bruliu cf.

(Entre las dos col.) Petrus, Iohannes, Pelagius.

Tumbo II, fol. 105 r.

A. 1210, Octubre 6 P.

KARTA DE RIBELA

In Dei nomine. Ego Pelagius Petri una cum uxore mea Urraca Petri et cum filiis meis Roderico Pelagii et Maria Pelagii et Petro Pelagii et Marina Pelagii et omnis uox nostra, vobis priori domno Petro Iohannis et toti conuentui Superaddi et omni uoci uestre, uendimus hereditatem nostram quam habemus in Ribela ex parte sororis mee Marine Petri quantum ad nos pertinet ex ipsa uoce Marine Petri, quantum ad nos pertinet ex ipsa uoce Marine Petri, terris uidelicet cultis et incultis, montibus et uallibus, pratis et pascuis, deffessis et fontibus, et quantum ad nos pertinet de ipsa uoce intus et foris, propre et longe, exceptis solaribus et ortis, hoc totum uendo uobis por L^{a} morabetinis, ut habeatis et possideatis iure hereditario et uestram de eo uoluntatem faciatis. Quitamus, etiam uobis et annunciamus, decimam quam a uobis exigebamus de tota hereditate quam habueritis in predicta uilla, tam de donatione quam de uenditione, quam etiam de subpignoratione ut nunquam ab aliquo homine amplius requiratur a uobis. Si quis ex parte nostra uel extranea hoc factum nostrum irumpere tamptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda traditore in inferno participium habeat et quod inuaserit in quadruplum reddat et parti regie D^{os} morabetinos persoluat.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} X^{La} VIII^{a} et quod pridie nonas octobris. Regnante rege Adefonso in Legione et in Asturiis et in Gallecia. Episcopo Astoricense Petro, Maiordomo regis Aluaro Guterrit. Signifero regis Fernando Fernandi. Tenente Beneuentum Roderico Fernandi. Ego predictus Pelagius cum uxore mea et cum filiis meis hanc cartam quam fieri iussimus, propriis manibus roboramus et hoc signum facimus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Henricus magister conuersorum Superaddi ts. et cf., Petrus monachus, frater Rodericus hortolanus, frater Petrus Zoqua, frater Micahel Braoliu ts. et cf., frater Micahel ts., Pelagius Pelagii de Barrius, Pelagius Fernando de Sancto Martino de Lamas ts., Petrus Iohannes, Petrus Iohannes de Ualle Carceris, Petrus Iohannis de Constantin ts., Roselu.

Tumbo II, fol. 105 r. y v.

277

A. 1203, Junio 9 P.

KARTA DE SANCTO TYRSI

In Dei nomine. Ego Petrus Fernandi, filius Fernandi Dominici de Moledes, una cum uxore mea Maria Cipriani et cum filiis et filiabus meis et cum omni uoce nostra, uobis abbati Superaddo domno Pelagio Ouequiz et omnibus fratribus supradicti loci, facio kartam donationis et confirmationis de uno agro meo quam habeo ex parte patris mei et iacet in Uillares iuxta alterum agrum fratrum Sancti Tirsi. Hunc supradictum agrum, dono Deo et Beate Marie Superaddi et uobis supradictis fratribus predicti loci, pro remedio anime mee atque parentum meorum, ut habeatis illum et faciatis de eo quod uobis placuerit, et possideatis iure hereditario. Si quis contra hanc cartam ad irrumpendum uenerit, iram Dei omnipotentis incurrat et ipsum agrum uobis duplatum uel triplatum pectet.

Facta karta donationis et confirmationis in era M^{a} CC^{a} XL^{a} I^{a} et quot V^{o} idus iunii. Regnante rege Adefonso in Legione, in Asturiis, in Extrematura. Roderico Petri tenentem Uillamfafilam. Lupo regente Astoricensem ecclesiam. Qui presentes fuerunt: Munio Barua, Dominicus Belus ts., Petrus Iohannis ts., Petrus Dominici, Lupus presbiter ts., Fernandus Macer ts., frater Petrus Cidade magister grangie Sancti Tirsi, frater Rodericus ts., frater Martinus Cidade ts., Stephanus Petri filius Petri Fernandi, Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fols. 105 v.-106 r.

278

A. 996, s. m., s. d.

KARTA DE LANPREANA

In Dei nomine. Ego Abiue et uxor mea Aderela, una cum filiis nostris uobis Michaeli abbati, una cum fratribus tuis uel congregatione de Sancto Tirso et de Sancta Cruce et de Sancto Michaele et de Sancto

Saluatore, in domino Deo eternam salutem amen. Placuit nobis atque conuenit ut nullo gentis inperio nec suadenti articulo set propria nobis accessit uoluntas ut tibi Micaheli abbati una cum fratribus tuis, nos faceremus kartulam uenditionis, sicut et facimus, de hereditate nostra propria quam habemus uel habere debemus in Lampreana, in uilla que uocitatur Maladones, de termino de Lacuna de Uallello usque in terminum de Sancto Tirso, tercio termino Sancti Tirsi usque in terminum de Ualadare et de Ualadare usque in terminum de Maladones, de IIII° termino super illas uineas usque in ero de Ambroce, damus uobis ipsam hereditatem quantam habemus inter nostros germanos atque heredes, pro una uaca cum filio suo et pro X ouibus et pane et uino quantum nobis bene complacuit, et de ipso precio apud uos nichil remansit in debito, habeatis autem illam uos et omnes qui uenturi sint post uos in ipso monasterio iure hereditario in perpetuum. Si quis autem de parte nostra uel extranea hanc cartulam irrumpere temptauerit a Domino sit maledictus amen, et regie parti mille morabitinos persoluat.

Facta carta uenditionis in era M[a] XXX[a] IIII[a]. Ego Abiue et uxor mea Aderela hanc kartulam uenditionis manibus propriis roboramus. Frater Uermudo cf., frater Sebastianus cf., frater Iohannes cf., frater Ciprianus cf., frater Andreas cf., frater Sesgodo cf., frater Hermildo cf., frater Sendino cf., Saluador presbiter ts., Dominicus ts., Allarus ts., frater Adefonsus ts., Ariolfo ts., Sarazin ts., Gundaro ts., Martinus presbiter qui notuit.

Tumbo II, fol. 106 r.

279

Sin fecha

KARTA DE BENAUENTO

In Dei nomine amen. Ego Rodericus Anaez una cum fratribus meis qui fuerunt in domo Malucanum uendimus istas domos que fuerunt del conde Roderici, tibi Fernandi Guterriz et uxori uestre Marina Petriz pro debitas quas debeamus in Benauento, nominati uiginti quinque morabetinis et per alias domos. Ego Roderico Anaez unam cum fratribus meis de Malucanum, Pelagi abbas, Fernandi Moniz, Petrus Garcia, Petrus Spinu, Martinus de Setrama, Pelagi Iohannes, Lopus presbiter et sobre aquestos el maestre domnus Sancho de la orden del Templo, Pelagi Uertat,

don Gozaran, commendador freire Ruberte de Benauento, Pelagi Facundez, domnus Armillo. Ego Rodericus Anaez una cum fratribus meis de Malucanum a uobis Fernando Guterriz et uxori uestre Marina Petriz cum manus nostras roboramus et confirmamus. Qui presentes fuerunt: Pelagi Martiniz cf., Monio Ouarez cf., Iohannes Lozano cf., Guter Pelaiz cf., Lopus Pelaiz cf.

Tumbo II, fol. 106 r.

280

A. 1206, Mayo 16

KARTA DE BENAUENTO

In Dei nomine amen. Facta que pagine non traduntur facile mentibus elabuntur. Ea propter ego Fernandus Guterri et uxor mea Marina Petri, damus atque concedimus Deo et beate Marie et uobis fratribus Superaddi, domos nostras quas habemus in Benauento, in collatione Sancte Marie de Uentosa, super ripa fluminis Orbigo, que fuerunt comitis domni Roderici Aluarit et nos comparauimus eas a fratribus suis de Malucanus, scilicet, Ruderico Anaiaz et sociis eius concedente domno Santio Fernandi magister Templi cum fratribus suis. Damus, igitur, eas, uobis atque concedimus cum suis omnibus curralibus et cum omnibus pertinenciis suis sicut eas habemus in presenti, et hoc facimus pro amore Dei et uestrum ut participes simus orationum et benefitiorum uestrorum. Et pro benefitio quod a uobis accepimus et modo accipimus, scilicet, C^{m} aureis quoque in presenti nobis datis. Taliter itaque eas uobis damus ut admodo non possimus eas dare alicui uendere aut inpignorare, aut aliquo modo alienare, set de iure nostro sint abrase et transeant in ius uestrum, excepto quod nos in eis uiuere in omni uita nostra nisi ordine susceperimus, quod si fecerimus liceat uobis recipere domos uestras. Vos autem interim, debetis in eis pousare, tenere in eis panem uestrum et uinum et res uestras, tamquam in domibus uestris. Quod si nos uel aliquis contra horum *(sic)* factum nostrum uenire temptauerit, sit maledictus et excomunicatus et pariat aduerse parte M^{le} aureus et hoc factum nostrum robo⟨r⟩ habeat in perpetuum.

Facta karta apud Beneuentum in era M^{a} CC^{a} X^{La} IIII^{a}, XVII kalendas iunii. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Gallecia, Asturiis et Extremis Doriis. Maiordomo Laurencio Suerii. Signifero Gundisaluus

Gomiz. Lupo Astoriensium episcopo. Martino Zemorensium episcopo. Iohanne Ouetensium episcopo. Petro Legionensium episcopo. Gundisaluo Salamintensium episcopo. Qui presentes fuerunt, uiderunt et audierunt: Laurentius abbatis Ossarii cf., Pelagius Ouequiz frater cf., Veremudus Pelagii maior cellerarius cf., Petrus Petri monachus cf., Petrus Martini cellerarius secundus Superaddi cf., Arias frater et conuersus Sancte Marie Ursarie cf., Iohannes Froile monachus Superaddi cf., Dominicus Martini presbiter cf., Micahel frade cf., Rigiladu cf., Petrus Dominici presbiter cf., Fernandus presbiter cf., Petrus Maurus cf., Iohannes Lozano cf., Pelagius Petri cf., Micahel Caluu cf., Petrus Monachini notuit, Lanca Acuta cf., Pelagius Fernandi cf., Ego Fernandus Goterri et uxor mea Marina Petri hoc scriptum quod fieri iussimus propriis manibus nostris roboramus et signum fieri iussimus.

Tumbo II, fol. 106 r. y v.

281

Sin fecha

DE BENAUENTE

In Dei nomine. Ego Pelagius Petri una cum uxore mea et cum filiis meis uobis priori domno Petro Iohannis et toti conuentui Superaddi, donamus et concedimus domos nostras quas habemus in Beneuente, pro remedio animarum nostrarum et pro C^{m} solidos, ut habeatis illas et possideatis iure perpetuo. Ego tamen Pelagius Petri solummodo tenebo eas in uita mea de manu uestra, ita tamen, quod uos et fratres uestri pausetis in eis quando uolueritis et mitatis in predictis domibus qualecumque uolueritis. Qui presentes fuerunt: De Beneuento: Petrus Maurus, P. Lorigne, Dominicus Achu, Pelagius de Barriu, Wilielmi Piscator, Fernandus Palazanu, Didacus Molinarius ts., Petrus Crispu, Dominicus Guterrit ts., Iohannes Petri, Saluadur Gagu, Iohannes Martini capellanus de Meles, Pelagius Pelagii de Barriu, Garcia de Sauagu, Nicolaus, Braoliu Pelagii, Fernandi de Sancto Martino de Lamas cf., Petrus Iohannis de Ualle Carceris, Petrus Iohannis de Constantin dictus Roselu, Guterrius Pelagii.

Tumbo II, fols. 106 v.-107 r.

282

Sin fecha

KARTA DE HEREDITATES QUE IACENT INTER UENTOSA ET BARCIAL

Ego Martinus Pelagii de Beneuenti facio cartam donationis Deo et monasterio Superaddi de illo maiolo que iacet inter molinos de Uentosa et uiam de Barceal, et accepi in robore unum bonum equm a uobis. Huius rei ts.: donus Petrus Ueremudus subprior ts. et cf., domnus Pelagius Ouequiz ts. et cf., Veremudus Petri ts. et cf., Iohannes Didaci ts. et cf., domnus Petrus Martini ts. et cf., domnus F[ernando] Suarii ts. et cf., Garsia Petri ts. et cf., Iohannes Petri ts. et cf., Iohannes Ruderici ts. et cf., Petrus de Uiueyru ts. et cf.

Tumbo II, fol. 107 r.

283

A. 1202, Enero s. d.

DE BARCEAL, KARTULA

In Dei nomine amen. Initium scripti fiat sub nomine Christi amen. Ego Pelagius Roderici et uxor mea Enxemena Iohannes, damus et concedimus hereditatem quam habemus et nobis pertinet in Barceal a Sancta Maria de Sobrado et eius prior Pelagius Ouequiz et eius conuentum et suas arras et quantum ibi habemus, tam solos quam ortos, exitus, diuisus, aquas, montes, pascuis, molendinis et parte in ecclesia, arbores, uineas, cultas et incultas. Et nobis damus a uobis propter istam hereditatem, domos que habemus in Sancta Helena medietatem de uineas et hereditatem integram, habeatis in uita uestra et si Pelagius Roderici ante obierit que sua uxor, de substantia et de hereditatem quam habuerit, remaneat medietatem ad illa et altera medietate a Sancta Maria de Sobrado. Et si Enxemena Iohannes obierit ante que suum uirum, remaneat tota sua substantia et sua hereditate ad Pelagius Roderici, in uita sua, et si ille uoluerit intrare in a ordine nobis recepimus et si noluerit stet in domo

sua et non prendat mulierem nullam, et si noluerit facere algunam causam per nostrum consilium, faciat, et post obitum suum remaneat totam suam substantiam integram et hereditatem a Sancta Maria de Sobrado, et damus uobis una iuga boum et una uaca et III modios de pane a nouo, deinde II^{os} modios de pan cada anno, uno de trigo et altero de centeno et una pele cordera a sua uxor et una capa ad el et uno modio de pan in presente. Qui ista karta infringere uoluerit, pectet C morabetinos et in quadruplum redat et careat uoce.

Era M^{a} CC^{a} XL^{a}, facta karta mense Ianuarii. Regnante rege Alfonso in Legione cum regina Berengaria. Tenente Benauento et maiordomus regi Fernandus Garsia. Signifer regi, Monio Roderici. Episcopus in Ouetensis, Iohannes; in Astorga, Lupus Andres. Ego Pelagius Roderici et uxor mea Enxemena Iohannes a uobis de Sancta Maria de Sobrado et eius prior et conuentum, ista karta cum nostras manus roboramus et confirmamus. Qui ibi presentes fuerunt et audierunt: Petro Martiniz cellerarius cf., frater Micahel Bruno, Micahel Carazo, Micahel Garanno, Fernandus Guterriz, Petrus Guterriz, Monio Oarez, Cidi, Dominici Romanei, Ordono, Fernandus Stephani, Roderici Stephani, Petrus Iohannes, Roderici Iohannes, Iohannes notuit, Fernandus presbiter, Pelagius Felicis, Gonzaluo presbiter, Petrus Lechon.

Tumbo II, fol. 107 r. y v.

284

A. 1202, Enero 11 P.

KARTA DE BARCEALI

Era M^{a} CC^{a} X^{La}, quot III° idus ianuarii. In nomine Domini. Ego Pelagius Roderici et uxor mea Exemena Iohannis, Deo et Beate Marie et uobis abbati domno Pelagio Ouequiz et omni conuentui de Superaddo, facimus placitum et pactum firmissimum de omni hereditate nostra de Barciali, quam uobis ex integro damus et concedimus sicut ad nos pertinet cum omni directura sua, domos uidelicet, ortos, exitus, diuisus, aquas, montes, pascua, molendinos et partem in ecclesia, arbores, uineas cultas et incultas. At tamen, terra que data est in arris domne Enxemene, in uita nostra tenere debemus, ita ut non habeamus potestatem uendendi eam uel donandi, et si eam per nos metipsos non potuerimus laborare, fratres uestri, si uoluerint, eam laborabunt et nobis dabunt quantum

alius dare pro ipsa. Si autem uos acquisieritis apud Sanctam Helenam terram de Michaele Salgado et uolueritis quod in uita nostra teneamus illam, pro arris supradictis nos dono (por *bono*) animo hoc facere debemus, et illas arras uobis in perpetuum dimittemus. Uos autem, pro his que suprascripta sunt domos quas habetis in Sancta Helena nobis datis in uita nostra et medietatem de uineis et totam hereditatem quam ibi in presenti habetis, ut eam possideamus in uita nostra, tali pacto, quod si ego Pelagius Roderici ante uxorem meam mortuus fuero, de substantia et de hereditate ipsa medietatem habebit uxor mea, ut dictum est, in uita sua, et aliam medietatem monasterium de Superaddo. Si uero uxor mea ante me obierit, tota substantia et hereditas quandiu uixero, mihi remanebit, et si ordinem intrare uoluero, recipietis me et si uoluero in domo mea manere, non accipiam uxorem et secundum consilium fratrum me habeo et post mortem meam et uxoris mee omnia bona nostra tam in substantia quam in hereditate monasterio de Superaddo in perpetuum remanebint. Adhuc etiam datis nobis duos boues et unam uaccam et dedistis iam mihi Pelagio Roderici unam cappam et domne Exemene unam pellem, et hoc primo anno datis nobis tres modios de pane, unum de tritico et duos de centeno, et deinde per singulos annos dabitis nobis duos modios de pane, unum de tritico et unum de centeno per eminam de Beneuento. Qui autem hanc cartam infringere temptauerit C morabitinos pectet et quod inuaserit in quadruplum reddat, et careat uoce.

Facta carta regnante apud Legionem rege domno Adefonso Fernandi cum regina domna Berengaria. Maiordomo regis Fernando Garsie tenente Beneuentum. Signifer regis Munio Roderici. Episcopus Ouetensis Iohannes. Episcopus de Astorica Lupus Andree. Ego Pelagius Roderici una cum uxore mea Enxemena Iohannis hoc placitum roboramus. Qui presentes fuerunt: Ego domnus Petrus Martini cellerarius cf., Fernandus Guterriz cf., frater Micahel Bruno cf., Ordonio cf., Monio Odoarii cf., Cidi cf., Dominicus Romani cf., Fernandus Stephani cf., Rodericus Stephani cf., Petrus Iohannis cf., Rodericus Iohannis cf., Iohannes presbiter cf., Fernandus presbiter cf., Pelagius Felicis cf., Petrus presbiter de Barcial cf., Martinus presbiter cf., domnus Fernandus Munii cf., Pelagius Martinus, Gutterrio Petri. Henricus notuit.

Tumbo II, fols. 107 v.-108 r.

285

A. 1175, Diciembre 12 P.

DE UILLAFRANCA, HEREDITATE DE UEIGA ET DE QUINTANAS

In Dei nomine. Sciant omnes tam presentes quam futuri quia ego Martino Iohannes cum uxore mea Maria Iohannes, facio kartulam uenditionis ad tibi Gilbertus et ad uxor tua dona Iusta de ratione que pertinet nobis de uno sopto quod iacet in ueiga de Iude cum suo diuisu et cum suo exitu quomodo incipitur a uinea de Sancto Felice et peruenit usque ad Castro. Et accepimus de uobis in precio pro ipso sopto X^{m} morabetinos precium quod a nobis et uobis bene complacuit, et de ipso precio apud uos in debitum nichil remansit. Et similiter facimus uobis kartulam de quarta parte de quintas que nobis pertinent de ipsas uineas que iacent in costa de Sancto Saluatori. Et sunt ipsas uineas determinatas per terminos de Pelagio Petriz et de carrale que uadit ad Castro. Et accepimus de uobis in precio pro ipsas uineas VI morabetinos precium quod placuit nobis et uobis et apud nos ab integro est completum. Et item facimus uobis kartulam uenditionis de una molinaria que iacet circa riuulo de Ualcarcer. Et est determinata ipsa molinaria, per terminos de te ipso don Gilbert et de Pelagio Miloto, et accepimus in precio de uobis pro ea VI solidos, precium quod nobis et uobis bene complacuit et apud uos de ipso precio in debitum nihil remansit. Ita ut ab hoc die uel omni tempore, sint ipsas hereditates a iuri nostro abstersas et in uestro traditas atque concessas, ut habeatis uos et filii qui ex uobis nati fuerint uel cum uestra uoluntas fuerit euo perhenni. Et si aliquis homo, tam de proienie nostra quam de extranea, contra hanc kartulam ad inrumpendum uenerit uel uenerimus, tam de nostris quam de extraneis, quisquis ille fuerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda qui Domini tradidit in infernum dampnatus et ad partem regis pariat quingentos morabetinos et ipsas hereditates duplet uobis in simili tali loco.

Facta kartula uenditionis in era M^{a} CC^{a} X^{a} III, prididie *(sic)* idus decembris. Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia. Episcopus Arnaldus in Astorica. Tenentes Uillafranca Iohanne Petriz et Elias Kexada et Fernando Iohannes et quidam iudeus nomine ex aliis sub manu regina Orraca et sub manu de Nunno Pelagiiz. Et ego Martinus Iohannes

una cum uxore mea Maria Iohannes et cum filiis meis, hanc kartulam, quam fieri iussimus, propriis manibus roborauimus et signum facimus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt et confirmauerunt: Petro Michaeliz et alii multi qui uiderunt et audierunt:

(1.ª col.) Petro Franco cf., Giraldo Sanchauinensis cf., Martino Aleiman. P. Torto cf., De Sancto Felice: Petrello, I. Diaz cf., Petrus abbas cf.,

(2.ª col.) Bernaldus de la Fonte cf., Martinus Guilelmiz cf., Iohanne Moniiz cf., Aldefonsus Gondizaluus cf., Veremudo Cousido, Velascus cf., Petrus frater notuit.

Tumbo II, fol. 108 r. y v.

286

A. 1165, Marzo 13 P.

KARTA DE LANDOIRO

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quam ego Petrus Uermudiz cum uxore mea Exemena et cum filiis meis, uobis Guilleberto et Baldouino uendimus terram unam cum prato suo en Landoiro, ex una parte per terminum de neptis Saluador de Portella et Martini Pelagi, ex aliis duabus partibus per uias que uadunt ad Montem Rotundum, ex inferiori parte per terminum filii mei Meendi, pro qua terra dedistis nobis C solidos, precium quod nobis et uobis placuit et nos concedimus uobis terram ipsam ut habeatis eam uos et cui eam dederitis aut uendideritis. Si quis hoc contradicere uoluerit tam de nostris quam de extraneis, uobis siue qui uestram uocem pulsauerit, duplet terram supradictam in loco consimili, parti regis pectet C morabetinos et sit maledictus et cum Iuda traditore Domini in inferno sepultus. Ego Petrus Uermudiz cum uxore mea Exemena et cum filiis meis hoc scriptum facere mandauimus, manibus roborauimus et signum in eo facimus.

Factum scriptum III° idus marcius, era M^{a} CC^{a} III^{a}. Regnante rege Fernando Legione et Gallecia. Episcopo Fernando in Astorica. Comite Ramiro tenente medietatem de Beriz et de manu sua Ordonio Aluitiz tenente Uillambonan. Alteram mediam de Beriz tenente Didaco Fernandiz et de manu sua Sancio Iohannis. Eodem comito Ramiro et comite Pontio tenentibus Uillamfrancam et sub ipsis Iohanne de Fonte. Qui presentes fuerunt: Iohannes Caluo, Martinus Caluo ts., Ameiricus, Iohannes Pelagii

faber, Petrus Maurus et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus Brunus ts., Petrus Oariz, Iohannes Dominici, Martinus Wilelmus ts., Helias ts., Andreas scripsit.

Tumbo II, fol. 108 v.

287

A. 1168, Abril 24 P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quam ego Martinus Pelagii, tibi Guileberto et uxori tue Iuste, uendo uineam unam in Sancto Felice, uilla que ita nuncupatur pro XV solidos, precium quod mihi placuit et est ipsa uinea ex parte per terminos uestros terminata et per terminos Petri Pelagii ex parte, ut amodo et deinceps sit [u]estra et detis eam et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit parti regie pectet C solidos, vobis uero duplet quantum inquietauerit in consimili loco. Ego Martinus Pelagii scriptum hoc quod fieri mandaui proprio robore confirmo et roboro.

Factum scriptum era M^{a} CC^{a} VI^{a}, VIII kalendas maii. Rege domno Fernado regnante in Legione et Gallecia. Episcopo domno Fernando in Astorica. Martino Costal tenente Uillambonam et medietatem de Beriz sub Alfonso Ramiriz. Roderico Diez tenente aliam medietatem sub Didaco Fernandi. Presentibus de Sancto Felice: Pelagio Diaz sacerdote et Petro Pelagii, Iohanne Diez, Fernando Romaniz et aliis multis qui uiderunt et audierunt. Iohannes ts., Petrus ts., Martinus ts., Petrus Pelagii et eius uxor Marina et eius filii. Andreas scripsit.

Tumbo II, fols. 108 v.-109 r.

288

A. 1167, P.

KARTA DE RIUUS DE NINA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint quam ego Iohannes Iohannis et uxor mea Maria Pelagi, tibi Giliberto et uxore tue Iuste, uendimus quartam partem hereditatis

illius que dicitur riuus de Nina pro XII solidos, precium quod nobis et uobis placuit. Qua propter, damus et concedimus uobis ipsam hereditatem per la Faligin ex una parte, ex alia per locata Doiro, ex alia per Castrum usque ad riuum qui dicitur Ualcarcer, et octauam partem de la riba de soto de Permeo. Hanc hereditatem damus et concedimus uobis precio supradicto quicquid infra iam dictos terminos habemus, ut habeatis eam in uestram et detis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contraditione uoluerit, parti regie pectet XXX^{a} morabetinos, uobis uero, siue qui uestram partem sustinuerit duplet quantum inquietauerit in consimili loco. Ego Iohannes Iohannis et uxor mea Maria Pelagi scriptum hoc quod facere mandauimus proprio robore confirmamus et roboramus *[sig.]*.

Factum scriptum era M^{a} CC^{a} V^{a}. Regnante rege domno Fernando et eius uxore regina domna Vrracha in Galletia et in Legione. Episcopo Fernando in Astorica. Martino Costal tenente Uillambonam sub Affonso Ramiri. Regina domna Urracha et comite Ramiro tenentibus Uillamfrancam et sub illis Helia Borzes et Iohanne de Fonte. Alcadiis in eadem uilla P. Iaques, P. Micahele, Iohanne Caluo, Wilelmo Flota, Giraldo de Baiona, Iordano. Qui presentes fuerunt: Nicolaus de Astorica, Martinus Iohannis. Ragemundus Sutor et alii multi qui uiderunt et audierunt: Pedrelo et uxor eius cf., P. Pelagii cf., Fernandus Petri cf., Pelagius Diez cf., Petrus Bruni cf., G. de Astorica cf., Wilelmus Rufus cf., P[etro] ts., Martinus ts., Iohannes ts.

Tumbo II, fol. 109 r.

289

A. 1174, Noviembre P.

KARTA DE LANDOIRO

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint quam ego Martinus Pelagii cum uxore mea Christiana et ego Petrus Pelagii cum uxore mea Maria Martini, tibi Gileberto et uxori tue Iuste, uendimus hereditatem, illam totam que est inter riuum qui dicitur Buruia et montem illum qui dicitur Landoiro per terminos Roderici de Perexo et per lo tratorium de monte Rotundo pro X^{La} solidos Andegauensium, precium quod nobis placuit et nos totum a uobis recipimus. Vnde iam dictam hereditatem in uestram tradimus, ut a modo

iure hereditario eam habeatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit, parti uestre pectet C morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili et scriptum uenditionis huius maneat firmum. Ego Martinus Pelagii cum uxore mea Christiana et ego Petrus Pelagii cum uxore mea Maria Martini, scriptum hoc quod fieri mandauimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Factum est scriptum uenditionis huius, apud Uillamfrancam mense nouember, era M[a] CC[a] XII[a]. Regnante inclito rege domno Fernando et eius uxore regina domna Urraca Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo in Astorica domno Arnaldo. Fernando Roderici et Guterrio Roderici tenentibus Uillamfrancam et sub illis Martino Costal, Petro Micaheliz, Lupo Iohannis. Alcaldiis: Petro Michaeli, Dominico Iohannis, Iohanne Petri, Iohanne Caluo presentibus cf. Domno Arucio cf., dono Mantipio, Raemundo Torner cf., Petro Petriz cf., Roberto Petriz cf., Petro Nepto cf., Petrus ts., Iohannes Martinus ts., Andreas scripsit.

Tumbo II, fol. 109 r. y v.

290

A. 1160, Agosto 21

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Sciant omnes tam futuri quam presentes, quod ego Petrus prior ecclesie Sancte Marie de Uillafranca et omnis conuentus mihi subditus, tam monachorum quam clericorum, necnon cum omni consilio burgensium eiusdem uille ad honorem Dei et Beate Marie semper uirginis et ad augmentum cluniacensis ecclesie, facio kartam donationis tibi Giliberto et tibi Baldoino, de una plaza que iacet transpontem de Uillafranca, sub signo Sancte Marie, de supra, caminum et de subtus, per terminos de ipsomet ponte et ex alia parte per terminos de uinea Sancte Marie et ex alia parte per terminos de Aqua Burine et est concessa et confirmata cum uinea et cum orto usque ad predicta aquam. Et ex illa redditurus est singulis annis per forum decem et tres solidos de censu p[re]fate ecclesie ad festum Sancti Micahelis. Quicumque ergo istud testamentum infringere temptauerit, siue monachus, siue clericus, siue laicus, quisquis fuerit qui talia comiserit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno condampnatus et illam

hereditatem integram peitet in duplo in loco consimili et ad parte regis M morabetinos aut qui uocem eius pulsauerit.

Facta uero hac carta XII kalendas september, era M[a] C[a] LXXXX[a] VIII[a]. Regnante rege Fernando in Legione et Galletia. Fernando episcopo in Astorica ipsemet. Petrus prior in Uillafranca. Raimundus de Triacastella et Iordan maiorini in eadem uilla, sub manu comitis Ramiri et Fernandi Roderici. Gonzaluus Pedriz tenens Uillambonam sub manu comitis prefati. Ego, itaque, Petrus prior predictus et omnis conuentus prenominatus, istam kartam confirmamus propriisque manibus nostris roboramus *[sig.]* et hoc signum facimus. Qui presentes fuerunt: Petrus scriba capellanus ecclesie Sancti Nicolai, Bonetus capellanus ecclesie Sancte Marie, Wilelmus sagrestanus ecclesie Sancti Iacobi, pro confirmant, Iohannes monachus cf., Petrus Gonzaluiz sacerdos cf., Arnaldus sacerdos cf., Pedro Ariz cf., Pedro Brunn cf., Giral de Astorgua cf., Wilelmus Ros cf., Wilelmus Flota cf., Gauaron cf., Iohannes Dominguiz cf., Multi alii boni homines qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Martinus ts., Pelaius ts., Wilelmus scripsit.

Tumbo II, fols. 109 v.-110 r.

291

A. 1160, Mayo 24 P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uiderint *(sic)* uel audierint quam ego Martinus Dominici tibi Gileberto uendidi uineam unam quam habui in ualle Aquile propre ecclesiam Sancte Marie ex una parte per terminum Bernaldi, ex altera parte per terminum Galterii Bufon, ex alia Marcoardi. Per terminos istos uendidi tibi uineam ipsam pro XXX[a] solidos regale monete, precium quod mihi et tibi placuit, et quia totum precium ad uoluntatem meam mihi persoluisti, sit ipsa uinea iure hereditario tibi tradita et concessa, ut eam habeas et possideas tu et filii tui pacifice et cui eam dederitis aut uendideritis. Si quis tamen hoc contradicere uoluerit, uobis siue qui uestram pulsauerit uocem, duplet uineam in consimili loco, parti regis pectet C solidos. Ego Martinus Dominici hoc scriptum facere mandauimus, manibus roboraui et signum in eo feci.

Facta karta uenditionis nono kalendas iunii era M[a] C[a] nonagesi-

ma VIII[a]. Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia. Episcopo Fernando in Astorica. Comite Ramiro tenente medietatem de Beriz et Uillambonam. Alteram medietatem tenente Didaco Fernandi. Saionibus in Beriz de manu eorum: Gunsaluo Petri et Iohanne Xemeniz. In Uillafranca pretoribus Raimundo de Triacastella et Iordane. Qui presentes fuerunt: Wilelmus Rufus, Giraldus de Astorica, Petrus Brunus, Petrus Oariz, Iohannes Moniz, Durandus, Iohannes Caluus, Iohannes Dominici et alii multi qui uiderunt et audierunt, Gira⟨l⟩dus, Wilelmus, Gunsaluus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Petrus ts., Andreas scripsit.

Tumbo II, fol. 110 r.

292

A. 1167, Mayo 13

KARTA DE UINEA QUE IACET INTER SANCTUM FELICEM ET CASTRUM

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quam ego Martinus Iohannis cum uxore mea Maria Iohannis et ego Petrus Pelagi cum uxore mea Maria Martiniz, tibi Gileberto et uxori tue Iuste, uendimus uineam unam pro XXVIII morabetinos et LXXIII solidos Andegauensium, precium nobis et uobis placuit et uos totum nobis persoluistis. Ideoque damus et concedimus uobis pro supradicto precio uineam ipsam que est in ipso colle inter Sanctum Felicem et Castrum, ex una parte per terminos nostros, ex alia parte per terminos Martini Petriz, ex altera per terminos Tuimet Guileberti, ex inferiori parte per uiam qua itur ad Sanctum Felicem. Per hos terminos damus ⟨et⟩ concedimus uobis uineam ipsam in uestram, ut ex hac die sit uestra libere et quiete ad faciendum quicquid uobis placuerit. Si quis tamen hoc contradicere uoluerit parti regie pectet C morabetinos, vobis uero duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et sit maledictus et cum Iuda Domini traditore in inferno dampnatus. Ego Martinus Iohannis cum uxore mea Maria Iohannis et ego Petrus Pelagii cum uxore mea Maria Martiniz hoc scriptum quod fieri mandauimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Factum scriptum era M[a] CC[a] V[a], III idus Maii. Regnante rege Fernando et eius uxore domna Vrracha in Legione et Gallecia. Episcopo

Fernando in Astorica. Martino Costal tenentem Uillambonam et medietatem de Beriz sub Affonso Ramiriz. Regina domna Vrracha et comite Ramiro tenentibus Uillamfrancham et sub illis Helia Burzes et Iohanne de Fonte. Alcadiis in eadem uilla P. Iaques, P. Michaeli, Iohanne Caluo, Wilelmo Flota, G[iraldo] de Baiona, Iordano. His et aliis multis presentibus qui uiderunt et audierunt. Factum est hoc et confirmatum ut sit firmum et stabile. Iohannes ts., Martinus ts., Petrus ts., Petrus scriba capellanus. Wilelmus sacrista, Petrus Affonsi ts., Andreas scripsit.

Tumbo II, fol. 110 r. y v.

293

A. 1165, Noviembre 20

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Ego Iohan Iohannis et uxor mea Maria Pelagii, uobis Guiliber[to] et don Baldouin, ipsi nobis et uobis illis eternam salutem. Placuit nobis toto mentis affectu et uoluntate sine ui atque metu, ut faceremus uobis carta uenditionis sicuti facimus de una uinea et de uno sauto que habemus in territorio Bergido in que uocitant San Feliz, sub aula Sancte Felice, et est ista uinea ubi dicunt in illo ualle per terminos de Petro Pelagii et per terminus de Iohan Diaz et exi a carral antiqua usque uno riu, et illo sauto iace ubi dicunt in Ueiga de Uilla, per terminos de Petro Manso et per terminos de Pelagio Diaz usque illo riu. Super ista uinea et super isto sauto fecimus pacem et conuenienciam inter nos in concilio de Sante Felice et in Uillafranka. Quod ego Iohan Iohannis et uxor mea Maria Pelagii accepimus de uobis Guiliber et de don Baldouin precium XVIII morabetinos, que nobis et uobis bene placuit. Illa mea ratione, quanta nobis pertinet, de isto sauto, ipso uendimus, habeatis uos et filiis et qui uestras uoluntas fuerint. Et ista karta sedeat firmam inter nos per cuncta secolorum secula. Si quis igitur de hodie die et tempore de iuris nostris abrasa et in iuris uestris sit tradita atque confirmata et placiti diffinitione aliquid inquietare aut conturbare uoluerimus, tam nos quam aliquis de genere nostro, quicumque fuerit, in primis habeat Dei maledictionem, careat uisu oculorum et totis in hoc seculo diffusis suis membris, in eterna dampnatione permaneat in secula seculorum, amen, et quantum inquietauerit tantum duplet in simili tali

loco, et ad partem regis uel qui istam uocem pulsauerit CC^{os} morabetinos pectet.

Facta karta uenditionis notum die quod erit XII kalendas december, era M^{a} CC^{a} III^{a}. Regna[n]te Fernandus rex in Legione et in Gallecia. Comite Radimiro tenente Bargido, etiam de medietate et de Uillafranka tenente medietate sub suas manus. Villicus Guilelmo Frota et Iohan de la Fontana. Fernandus Dei gratia Astoricensium episcopo. Ego Iohan Iohannis et uxor mea Maria Pelagii uobis Guileberte et don Baldouin in hanc kartulam uenditionis manus meas roborauimus et signum fecimus *[sig.]* coram ts. P[etro] ts., Iohannes ts., Pelagius ts. Andreas scripsit.

Tumbo II, fols. 110 v.-111 r.

294

A. 1174, Mayo s. d.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quam ego Martinus Pelagii cum uxore mea Christiana tibi Guileberto et uxori tue Iuste et tibi Willelmo Roberti, totam illam hereditatem de Ponte Regis per antiquam uiam et per fragoas usque ad Saxum Corui quod aliter Penna Corui dicitur et per terminos nostros, pro C. XXV. solidos uendimus nobis *(sic)*, precio quod nobis placuit et nos totum a uobis recepimus. Vnde iam dictam hereditatem in uestram tradimus ut amodo iure hereditario eam habeatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Excipimus tamen ab hac uenditione, portionem de Brega Paleam et cetera omnia uendimus uobis cum germana mea filia Willelme, liberam et quietam ut omnes uos inquietantes super eam amodo reprimamus. Quod si quis contradicere uoluerit, parti uestre et omni qui uestram partem sustinuere, pectet CCC morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco et scriptum uenditionis huius maneat firmum. Ego Martinus Pelagii cum uxore mea Christiana et cum germana mea scriptum hoc, quod fieri mandauimus, proprio robore confirmamus et roboramus.

Factum est scriptum hoc apud Uillamfrancam mense maio, era M^{a} CC^{a} XII^{a}. Regnante inclito rege domno Fernando et eius uxore regina domna Urracha Legione et Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo

in Astorica domno Arnaldo. Fernando Roderici et Guterrio Roderici tenentibus Uillamfrancam et sub illis Martino Costal, Petro Michaele, Lupo Iohannis. Alcadiis, Iohanne Petri, Iohanne Caluo, Dominico Iohannis. Petro Michaele cf., Didacus Pelagii cf., Didacus Aluiti cf., Petrus Nepto cf., Veremudus Cosido cf., Robertus Petri cf., Petrus Maurus cf., Petrus Petri cf., Arueius cf., et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Iohannes ts., Andreas scripsit.

Tumbo II, fol. 111 r. y v.

295

A. 1174, Enero s. d.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint quam ego Exemena Suariz et ego Maria Suariz, tibi Guileberto et uxori tue domne Iuste, uendimus totam nostram partem de sauto de Permeio quicquid nobis contingit de iure hereditario patris nostri Suerii Garcie, quod est inter Uillamfrancam et Sanctum Felicem sub Castro per terminos uestros et per terminos Petri Tabladelle et Petri Affonsi et domne Marine et Gunsalui, et per uiam, pro LXX I solidos Andagauensium, precium quod nobis placuit et nos totum a uobis recepimus. Vnde iam dictam hereditatem in uestram tradimus ut amodo iure hereditario eam habeatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit, parti uestre pariat CCC solidos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et scriptum hoc uenditionis quod fieri mandauimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Factum est scriptum huius uenditionis apud Uillamfrancam mense Ianuari, era M^{a} CC^{a} XII^{a}. Regnante inclito rege domno Fernando et eius uxore regina domna Urracha Legione, Galletia, Extrematura et Asturiis. Episcopo in Astorica, domno Arnaldo. Fernando Roderici et Guterrio Roderici tenentibus Uillamfrancam et sub illis Garcia Fernandiz. Martino Costal, Ordonio Aluiti et Petro Affonsi, presentibus confirmant. Pelagius Didaci cf., Iohannes Didaci cf., Fernandus Romaniz de Sancto Felice cf. De Uillafranca, Martinus Petri, Raemundus Sutor, Pelagius Petri. P. I., Martinus ts., Andreas scripsit.

Tumbo II, fol. 111 v.

296

A. 1170, Julio 13 P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint quam ego Pelagius Diez tibi Gileberto et uxori tue Iuste, uendo linare unum in Pradella, per terminos Pedrelli et per terminos Pelagii Meendiz et Iohannis Pelagii. Per hos terminos, uendo uobis linare predictum pro XXX^{a} solidos, precium quod mihi placuit et uos totum mihi reddidistis. Vnde ego Pelagius Didaci, concedente Iohanne Petri et eius uxore Marina Iohannis et eius filio Petro Iohannis et eius filia Marina Iohannis, a quibus linare ipsum comparaueram, cum istis prenominatis, tibi Gileberto, linare iam dictum tradimus et iuri tuo assignamus, ut amodo tuum sit iure hereditario et dones et uendas cui uolueris et tota tua successio. Quod si quis contradicere uoluerit, parti regie pectet L^{a} morabetinos et duplet quantum inquietauerit cum expensis. Ego Pelagius Didaci et ego Iohannes Petri cum prenominata uxore et filiis meis, hoc scriptum quod fieri mandauimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Factum scriptum era M^{a} CC^{a} VIII^{a}, III° idus Iulii. Regnante rege domno Fernando et eius uxore regina domna Urracha in Legione et Gallecia, Extrematura et Asturiis. Iohanne Legionensi episcopo. Ordonio Aluitiz et Garcia Meendiz tenentibus Ualcarcer, saionibus P. Tarasum et Garcia Martiniz. Presentibus, de Uillafranca: Petro de Mercado, Giraldo de Sancto Auito, Petro Garcia de Uilela. Iohanne Didaci de Sancto Felice. P. de Uilela et de Pradella. Petrus Fernandiz cf., Pelagius Meendiz cf., Pelagius Caluus cf., Iohannes Aldretiz cf., Affonsi cf., Sacerdos cf., Giraldus cf., Froila Pedriz cf., Pelagius Uermudiz cf., Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Andreas scripsit.

Tumbo II, fols. 111 v.-112 r.

297

A. 1161, s. m., s. d.

KARTA DE UILAFRANCA

Sub Christi nomine et Sancte Indiuidue Trinitatis, uidelicet Patris et Filiis et Spiritus Sancti uiuis essentia, vnius maiestatis, unius deitatis regnantis Dei per secula cuncta amen. Notum sit omnibus quod ego Maria Froa una cum filiis meis, facio cartam uenditionis tibi Guilleberto de quadam uinea que iacet ad molinum del Tan, sub signo beati Nicolai per terminos de carrera antiqua que uadit ad Uilelam et ad Curlum, et ex alia parte per terminos de Marcuard, et ex alia parte per terminos de la carrera que uadit ad ipsam uineam et ad illas uineas quas de Sancte Marie; et ex illa uinea recepi de te in precium CCC. XX. solidos quod mihi et tibi bene placuit, vnde iam pacata sum. Quicumque ergo ad hanc cartulam ad irrumpendum uenerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno condampnatus et illam uineam pectet in duplo et ad partem regis C morabetinos aut illi qui uocem eius pulsauerit.

Facto autem hoc testamento in era M^{a} C^{a} nonagesima nona. Regnante rege Fernando in Legione et Gallecia. Fernando episcopo in Asturicensi sede. Petrus prior in Uillafranca. Reimum de Triacastella et Elias Dengolesma prepositi in eadem uilla sub manu comitis Remiri et Fernandi Roderiquit et Aluari fratris sui. Iohannes Muniz tenens Uillambonam sub manu comitis Remiri. Iohan Ensemiz sub manu Dega Fernandit. Ego, itaque, Maria Froa et filii mei istam cartam confirmamus propiisque manibus nostris roboramus ita ut ex hoc die a iuri nostro sit abrasa et in iure uestro sit tradita usque in sempiternum ad faciendum ex ea quicquid tibi placuerit. Qui presentes fuerunt: Petrus Brun, Iohan Muniz, Martin Dominguiz. Petrus Ariz cf., Giral de Asturga cf., Guilem Ros cf., Iohannes Dominguiz cf., Remund de Triacastella cf., Pelai Barragan cf., Gilelmus qui notuit.

Tumbo II, fol. 112 r. y v.

298

A. 1167

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint quam ego Petrus Fernandix et Marina Sancii cum filia mea, tibi Gileberto et uxori tue Iuste, uendimus uineam unam subtus Fotenelam pro L[a] solidos Andegauensium, precium quod nobis et uobis placuit, et terminatur ipsa uinea ex una parte per terminos Micahelis Pelagii et ex alia parte per terminos Petri Pelagii et ex alia parte per antiqua uiam, per hos terminos uendimus uobis uineam ipsam pro supradicto precio ut habeatis eam in uestram amodo et deinceps uos et filii uestri et tota proienies uestra, aut cui eam dare aut uendere uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit, parti regie pectet CC° solidos, uobis uero duplet quantum inquietauerit in consimili loco. Ego Petrus Fernandix et Maria Fernandix et Marina Sancii cum filia mea scriptum hoc quod facere mandauimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Factum scriptum era M[a] CC[a] V[a]. Regnante rege domno Fernando et eiux uxore regina domna Urracha in Legione et Galecia. Episcopo domno Fernando in Astorica. Martino Costal tenente Uillambonam et medietatem de Beriz sub Affonso Ramiriz. Regina tenente Uillamfrancam cum comite Ramiro et sub illis Helia Burzes et Iohanne de Fonte. Presentibus de Sancto Felice: Pelagio Diez cf., Petrus Pelaz cf., Iohannes Diez cf., et alii multi qui uiderunt et audierunt de collatione Sancti Felicis et de Uillafranca. Martino Pebillum cf., Ragemundo Sutore cf., Martino Pedriz cf., Martino ts., Iohannes ts., Petro ts.

Tumbo II, fol. 112 v.

299

A. 1177 [1]

DE UILLAFRANCA

In Dei nomine. Ego Petro Alfonso el freire et Suerin et Petro Deires, ad tibi Giliberte et Daniel, fatio karta donationis pro XXX[a] solidos de rogo et X[La] denarios de foro a diem Sancti Martini de una placia qui

[1] Hay un número raspado entre los cientos y el V de la era.—Alfonso IX nace en 1171 y Fernando II obispo de Astorga lo es desde 1177.—Según esto, lo tachado es una X.

est in Uillafranca per nostros terminos de Sancta Maria et per aqua Buruia et accepit de te XXX^{a} solidos de rogo et X denarios de foro ad Sancti Martini. Quod si quis homo contra hanc kartam ad irrumpendum uenerit, sit maledictus et excomunicatus et a uobis aut qui uocem uestram pulsauerit, pectet C morabetinos et duplet tibi quantum inquietauerit in simili loco et scriptum maneat firmum.

Era M^{a} CC^{a} [X]V^{a}. Regnante rege Fernando cum filio suo Ildefonso in Legione et Galletia et Strematura siue Asturias. Fernando electo in Astorica. Regina Orracha tenente medietate de Uillafranca et sub illa Micolas Martinis et Wilelmus Branco, et alia medietate Nuno Pelagii et sub illi Fernan Iohannes. Alcaides in eodem uilla Petro Micahele, Giral de Baiona, Iohanne Petrici, Helias Arihanbar. Ego Petro Alfonso et Suerin et Petro Deires hanc kartam roboro et signum facio *[sig.]*. Don Erueo ts., Giral Iohannes cf., Nicolas Martiniz cf., Martin Iohannes cf., Petro Pelagii cf., Petro ts., Iohanne ts., Pelagio ts., Martinus scripsit.

Tumbo II, fols. 112 v.-113 r.

300

A. 1163, Marzo 15

DE UILLAFRANCA

In Dei nomine. Sciant omnes quod ego Pelai Iohannis et Iusta Iohannis, facimus cartam uenditionis tibi Gilleberto et tibi Baldeuino, de quanta particione nos habemus nos habemus *(sic)* in illo solto de Sancto Felici quia totus ille soltus fuit diuisus in quatuor et quarta pars remansit propinquis de Maria Antoniz, et illa quarta pars fuit diuisa postea in VII partes, et de illis septem partibus uendimus uobis et concedimus quatuor partes, que iacent toto suo que ad uos pertinet, exitu, per terminos de Pelai Diez de Sancto Felici de Brega Paille, et ex alia parte per Laeirole, et ex illo solto recepimus de te in precium nonaginta solidos regie monete, precium quod nobis et uobis bene placuit, et unde iam pacati sumus. Quicumque ergo istud scriptum infringere temptauerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno condampnatus, et illa hereditatem pectet in duplo et ad partem regis C morabetinos aut illi qui uocem eius pulsauerit.

Facta uero hac carta X^{a} VIII^{a} die kalendarum aprilis, luna XIIII,

era M[a] CC[a] I[a]. Regnante rege Fernando in Legione et Gallecia. Fernando episcopo in Asturga. Petrus prior in Uillafranca. Iohanne Muniz et Elias Dengolesma ts., Giral de Baiona prepositi in eadem uilla sub manu comitis Remiri et Fernandi Roderici. Iohanne Muniz tenens Uillambonam sub manu comitis prefati. Ego itaque Pelai Iohannes et Iusta Iohannes istam cartam confirmamus propriisque manibus nostris roboramus, ita ut ex hoc die a iure nostro sit abrasa et in uestro sit tradita, ad faciendum ex ea quicquid uobis placuerit. Qui presentes fuerunt: Martin Pedriz cf., Martin Iohannes cf., Rodericus Feliz cf., Petrus Ariz cf., Petrus Brum cf., Giral de Astorga cf., Guilem Ros cf., Iohan Dominguiz cf., Et multi alii qui uiderunt et audierunt. P[etro] ts., Martinus ts., Pelai ts., Robertus qui notuit.

Tumbo II, fol. 113 r.

301

A. 1174, Mayo s. d. P.

DE UILLAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint quam ego Martinus Iohannis cum uxore mea Maria Iohannis, tibi Gileberto et uxori tue Iuste uendimus duas terras, altera quarum terminatur per stratam Francorum et per riuum qui dicitur Ualcarcer et per terminos filiorum Pelagii Milot et per terram confrarie Sancti Saluatoris et Sancti Petri, altera est in loco qui dicitur Riuus de Nina, quicquid ibi habemus per terminos uestros et Martini Petri et Fernandi Murula et per [u]iam que ducit ad Dragunti pro LXX III solidos et dimidio, precium quod nobis placuit et nos totum a uobis recepimus. Vnde iam dictam hereditatem in uestram tradimus ut amodo iure hereditario eam habeatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit parti uestre aut qui eam sustinuerit pectet L[a] morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco et scriptum uenditionis huius maneat firmum. Ego Martinus Iohannis cum uxore mea Maria Iohannis scriptum hoc quod fieri mandauimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Factum est scriptum hoc mense maio, era M[a] CC[a] XII[a]. Regnante rege domno Fer[nando] et eius uxore regina domna Urraca Legione,

Legione *(sic)*, Gallecia. Episcopo domno Arnaldo in Astorica. Fernando Roderici et Guterio Roderici tenentibus Uillamfrancam et sub illius M[artino] Costal, P[etro] Micahele, Lupo Iohannis. Alcaldiis: P[etro] Micahele, I[ohannes] Petri, I[ohannes] Caluo, Domenico Iohannis. Martino Petriz cf., Nicholao Testa cf., Petro Alemando cf., Fernando Murula cf., P[etro] ts., Iohannes ts., Martinus ts., Andreas scripsit.

Tumbo II, fol. 113 r. y v.

302

A. 1166, Enero 8 P.

KARTA DE UILLAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint, quam ego Martinus Pelagi et Maria Pelagi, uobis Giliberto et Baldouino uendimus quartam partem montis illius de Lamdoiro ex una parte per terminum tuimet Gileberti ex altera per lo traito rio de Monte Rotundo, quicquid habemus infra iam dictos terminos montis illius, uendimus uobis pro II marabetinos, precium quod nobis et uobis placuit, et quia precium totum nobis persoluistis, damus et concedimus uobis quartam partem montis illius ut habeatis eam et possideatis, detis et uendatis cui uolueritis. Si quis tamen hoc contradicere aut rumpere temptauerit parti regis pectet L^{a} marabetinos, uobis uero siue qui uocem uestram pulsauerit duplet hereditatem ipsam in consimili loco, et sit maledictus ita ut in omnibus maledictionibus repleatur. Ego Martinus Pelagi et Petrus Pelagi et Maria Pelagi hoc scriptum facere mandauimus manibus roborauimus et signum ponere fecimus.

Factum scriptum, era M^{a} CC^{a} IIII^{a}, VI idus ianuarii. Regnante rege Fernando et eius uxore Urraca Adefonsi in Legione et Gallecia. Episcopo Fernando in Astorica. Comite Ramiro et Didaco Fernandi tenentibus Beriz. Ordonio Aluitiz tenente Uillambonam sub eodem comite. Ipso comite tenente Uillamfrancam cum Fernando Roderici et sub illis Iohanne de Fonte. Presentibus bonis uiris de Uillafranca. Petro Bruno, Giraldo de Astorica, Wilelmo Rufo, Petro Oariz, Iohanne Dominici, Wilelmo Flota, Iohanne Moniiz, Helia de Engolisma, Iohanne Caluo. His et aliis pluribus qui uiderunt et audierunt in quorum presentia factum est hoc et roboratum. Iohannes ts., Petrus ts.. Fernandus ts., Giraldus ts., Willelmus cf., Helias cf., Andreas scripsit.

Tumbo II, fol. 113 v.

303

Sin fecha, P. (s. XII) [1]

KARTA DE UILLAFRANCA

Sciant omnes quod ego Martinus Dominguiz tibi Giliberto et uxoris tue Iuste suppinnoro uineam meam quam habeo secus molinum de azenia, prope Uillamfrancam pro XXX[a] III morabetinos et VIII denarios de ianuario ad ianuarium. Presentibus Andrea qui scripsit. Gunsaluo Martini qui audiuit et uidit, Garsione ts., Martino Iohannis ts., Pelagio Traela ts., Boiso Neto ts., Petro Affonsi ts., Wilelmo Roberti qui uidit, et alii qui uiderunt et audierunt.

Tumbo II, fols. 113 v.-114 r.

304

A. 1175, Mayo 11 P.

ORDINATIO DE DON WILLIBERTI ET DOMNA IUSTA UXOR EIUS.
KARTA DE UILLAFRANCA

Saluator noster in euangelio dicit: «Date helemosinam et omnia munda sit uobis.» Item scriptum est: «Fiducia magna erit coram summo Deo helemosina omnibus facientibus eam et non patietur animam ire in tenebras, quia sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina extinguit peccatum.» Hec ita esse uera credens ego Gislebertus et uxor mea Iusta et omnis uox nostra uobis abbati Superaddi domno Egidio et conuentui eiusdem loci propter remissionem peccatorum nostrorum facimus hoc testamentum donationis et scripturam firmitatis de medietate totius substantie nostre que est in domibus, agris, uineis uel aliis hereditatibus quas habeo uel deinceps adquisiero. Vna domorum est iuxta pontem in sinistra parte pergentibus ad sanctum Iacobum, altera contra illam in dextera parte,

[1] Ver los diversos documentos hechos a Giliberto de 1161 a 1180.

et medium supellectile earum ad obitum meum. Hec supradicta omnia sint in iure monasterii Sancte Marie de Superaddo in perpetuum ad obitum nostrum, aliam medietatem omnium possessionum nostrarum relinquimus filiis nostris. Nos autem in tota uita nostra promittimus uobis esse fideles tanquam fratres uestri et uos in necessitatibus nostris siue in habundancia nostra curam nostri habeatis, iuuetis et defendatis secundum ordinem uestrum pro ut melius potueritis et ad obitum nostrum exoluatis officium pro animabus nostris sicut facitis pro fratribus uestris. Simili modo commendamus uobis filios nostros, ut curam eorum habeatis in uita sua sicut et nostri, et ipsi sint uobis obedientes et subditi in fide et ueritate et defendatis eos, eo modo, quo et nobis tenemini cum substantia sua quam eis dimittimus. Et ego Gislebertus et uxor mea ab hodierna die tenemus omnia que uobis dedimus de manu uestra sicut familiares et domestici uestri. Et si ego mutare uoluero uitam meam apud uos hoc faciam ut ibi habeam sepulturam. Vxor mea etiam in uita quam habere uoluerit agat per omnia cum consilio uestro et curam eius habeatis. Et si ego uel quilibet ex parte ex parte *(sic)* nostra hanc conueniencia uiolauerit, persoluat monasterii Superaddi mille aureos. Et fratres fratres *(sic)* Superaddi similiter si eam uiolauerint, parti nostre tantumdem persoluant. Si quis uero ex parte mea uel extranea uenerit et hanc cartam donationis testamentiue infringere temptauerit sit excomunicatus et maledictus et cum Dathan et Abiron quos terra absorbuit in inferno sepultus.

Facta karta testamenti atque donationis sub era M^{a} CC^{a} X^{a} III^{a}, V^{o} idus maii. Regnante rege domno Fernando in Legione et Gallecia. Comes Gomet in Transtamar. Ego Gislebertus et uxor mea Iusta et omnis uox nostra hoc scriptum quod fieri iussimus manu propria confirmamus et roboramus *(signa)*.

(1.^{a} col.) Petrus Dei gratia Compostellane ecclesie archiepiscopus cf., Iohannes Legionensis episcopus cf., Iohannes Lucensis episcopus cf., Gundisaluus Ouetensis episcopus cf., Beltrandus Tudensis episcopus cf., Arnaldus Astoricensis episcopus cf.,

(2.^{a} col.) Bernaldus de Fonte cf., Petrus Micaheli cf., Iohannes Petri cf., Iohannes Caluus cf., Dominicus Iohannis cf., Et alii plures qui uiderunt et audierunt. Qui presentes fuerunt: Martinus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 114 r. y v.

305

A. 1180, Octubre 30 P.

KARTA DE UILLAFRANCA

Inmuetur ueritas in eternum cirographum. Saluator noster in euangelio dicit: «Date helemosinam et omnia munda sunt uobis.» Item scriptum est: «Fiducia magna erit coram sumo Deo elemosina omnibus facientibus eam et non pacietur animam ire in tenebras, quia sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum.» Hec ita esse uera credens ego Gislebertus et uxor mea Iusta et omnis uox nostra uobis abbati domno Herberto Superaddi et conuentui eiusdem loci propter remissionem peccatorum nostrorum facimus hoc testamentum donationis et firmitatis scripturam de medietate totius substantie nostre que est in domibus, agris, uineis, uel aliis hereditatibus quas habeo uel deinceps adquisiero. Vna domorum est iuxta pontem in sinistra parte pergentibus ad Sanctum Iacobum, altera contra illam in dextera parte, et medium supellectile earum ad obitum nostrum. Hanc nostram medietatem eo misimus. Ego frater Willelmus prior Superaddi cum reliquiis fratribus eiusdem loci domino abbate Herberto concedente domne Iuste uxori scilicet prefati Gisleberti ut ipsa sit nobis fidelem famulam et conseruet omnia nobis ad utilitatem nostram ipsa tamen uiuente in illa supradicta hereditate. Et si aliqua superueniente necessitate superuenerit conuocet concilium ipsius uille et consilio eorum nobiscum comunicato, faciat ipsa ut nobis et ipsis uisum fuerit. Filii uero medietatem suam si aliqua necessitate urgente conpulsi sunt uendere uel subpignorare nobis potius quam aliis suppignorent uel uendant, et nos eis conuerso. De cetero centum aureos et quadringentos solidos comodauimus domno Gisleberto et Iuste uxori sue ex quibus medietatem tam pro amore Dei, tam pro honore seculi dimisimus. Et medietatem nostram aliam super tale pignus quod nobis placuerit reliquimus ut ipsi nobis ostendant in quo securi simus et nobis placeat.

Facta karta confirmationis atque testamenti, sub era M^{a} CC^{a} XVIII, III° kalendas nouembrium. Regnante rege domno Fernando et eius filio Alfonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Fernando in Astorica. Comes Gomet in Trastamar. Ego Gislebertus et uxor mea Iusta et omnis uox nostra hoc scriptum quod fieri iussimus manu propria confirmamus et roboramus.

(1.ª col.) Archidiacono domno Nicholao cf., Martino Wilelmi cf., Iohanne Munionis cf., Dominico Iohannis cf., Petro Petri cf., Petro de Fonte cf.,

(Entre las dos columnas: signa.)

(2.ª col.) Helia de Engolesma cf., Giraldo de Baona cf., Martino Pelagii cf., Nicholao Martini cf., Helia Archambaldo cf., Willelmo Bruno cf., Petrus, Iohannes, Martinus ts., Et alii multi qui uiderunt et audierunt cf., Dominicus scripsit.

Tumbo II, fols. 114 v.-115 r.

306

A. 1182, Noviembre 7 P.

KARTA DE UILLAFRANCA

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sanctis amen. Era M^{a} CC^{a} XX^{a} et quot VII^{mo} idus nouembris. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Gislebertus de Uillafranca et uxor eius nomine Iusta, dederunt in elemosinam Deo et monasterio Superaddi, domum suam de Uillafranca positam iuxta pontem ad plagam Mindianam inter fluuium et domum Geraldi Siguini, cum tota suppellectili sua et insuper hereditates plurimas agrorum et uinearum, post mortem eorum iure perpetuo possidendas. Porro fratres Superaddi commodauerunt eidem Gisleberto et uxori eius C^{m} morabetinos cum CCCC^{os} solidis Andegauensibus ab eodem Gisleberto quandocumque uelleret sibi reddendos. Defuncto autem Guisleberto cum uxor et filii eius, tam ex donatione ista quam ex pecunia persoluenda, se forte grauandos quererentur, miserti eorum supradicti fratres ad uoluntatem femine ac filiorum eius placitum mutauerunt. Rogatu itaque mulieris ac liberorum eius, necnon etiam rogatii concilii bonorum hominum Uillefrance, statutum est ut eadem femina cuncta que fuerant Gisleberti cum omnibus que ipsa deinceps adquisierit, in uita sua possideat, ita tamen quod de medietate fratrum nichil dare aut uendere aut inpignorare possit. Post obitum uero eius, omnis hereditas omnisque facultas eorum, ubicumque reperta fuerit, usque ad precium nummi inter fratres Superaddi et liberos Gisleberti fideliter et communiter per medium diuidetur. Notandum quoque quod fratres Superaddi supradicte pecunie quam mutuo Gislebertus acceperat unam me-

dietatem uxori ac liberis eius rogaui concilii condonaret, reliquam, uero, medietatem cum aliis XC[a] solidos Andegauensibus qui eis ab eodem Gisleberto cuiusdam mule precio debebantur usque ad obitum femine dimiserint, ita quod ea defuncta domus illius quam prediximus medietatem illam que ad filios pertinet in pignore retinebant et eam quibuscumque uoluerint tradent donec eam filii rediment. Sciendum etiam quod eadem mulier, manibus suis positis inter manus abbatis Superaddi, in fide sua iurauit ac firmiter promisit, quod omnem supradicti monasterii partem ad utilitatem fratrum quasi suam fideliter et pie custodiet et omnia sua, cum consilio eiusdem abbatis et fratrum eius, disponet et faciet. Ipsi uero fratres curam eius ageret et si forte deciderit fratres ita tam complebunt, ut semper honorifice uiuere possit et in obitu eius tantum pro ea facient quantum pro uno de suis monachis facturi sunt. Iste uero sunt hereditates quas nominatim exprimimus: due uidelicet domus cum omni suppellectili sua, quarum una est iuxta pontem de qua superius diximus, altera contra illam opposita in altera parte pontis; vinea de Azena; in costa Sancti Saluatoris uinee quatuor; hereditas de Sancto Felice cum duabus uineis; hereditas de Landuria; hereditas de Canosa; hereditas de Ponte Regis per terminos suos; hereditas de riuo de Nine cum sua directura; et in strata publica tres hereditates: hereditas de Saltu cum suis directuris; hereditas de Dragonte, de comparatione et pignore; hereditas de Pradella; et alia plurima si fuerit reperta. Quicumque, igitur, conuenienciam istam uiolauerit mille aureos inde persoluat. Testes et confirmatores isti sunt nominati: Petrus Ordonii clericus, Dominicus Iohannis, Fernandus Gudestei, Martinus Wilelmi, Nicolaus Martini, Petrus Petri, Pelagius Barragan, Petrus de Fonte. Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus qui transcripsit ex scripto domni Herberti abbatis cf.

Tumbo II, fol. 115 r. y v.

307

A. 1193, Mayo s. d.

DE UEIGA

In Dei nomine. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quam ego don Pol tibi Cipriano Micaheli et uxori tue domne Siuilie uendo totam meam partem quam habeo nunc uel in futuro habiturus

sum in souto de Ueiga de Uid pro XXX V solidos Turonensis, per terminos de don Phelis, per terminos domna Iusta, per terminos Iohannes Petri, per terminos de Riu Maiore, precium quod mihi placuit, et de uobis totum recepi. Vnde iam dictum souto ut supradictum est uobis tradimus ut amodo iure hereditario eam habeatis, possideatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis hoc scriptum contradicere uoluerit, pectet C^{m} morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et hoc scriptum semper maneat firmum. Ego don Pol tibi Cipriano Micaheli et uxori tue domne Siuilie hoc scriptum confirma et roboro.

Factum scriptum apud Uillamfrancam mense Maii, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} I^{a}. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Galletia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Lupo in Astorica. Comite Froila tenente Uillafranca et de manu eius Garsia Pelagii. Alcaldiis: domnus Mauretone, Martinus Frolex, Petrus Pelagii, Martinus Pelagii. Presentibus confirmantibus: Petro Fernandi cf., Iohannes Roderici, Didaco Petri cf., Philippus cf., domnus Andreas cf., Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Iohannes scripsit.

Tumbo II, fols. 115 v.-116 r.

308

A. 1200, Febrero s. d. P.

DE UILAFRANCA KARTULA

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Ea que inter homines fiunt nisi scripture comedentur, facile obliuioni traduntur. Ideoque ego Maria Wilelmi et Stephania Wilelmi et Reimondus Wilelmi, filii Wilelmi Robertez et domne Elene Gilberti, uobis domno Bernardo monasterii de Superada uenerabili abbati et P[etro] Ouequi priori, et Beremudo cellerario, necnon et uniuerso eiusdem monasterii conuentui, uendimus totam illam nostram hereditatem que ad nos pertinet ex parte matris nostre domne Elene et auorum nostrorum domni Gilberti et domne Iuste in Uillafranca et extra Uillamfrancam, tam in domibus quam in uineis quam etiam in uillis, terris cultis et incultis, arboribus, pratis, pascuis, cortis, aquis, exitibus et ingressibus, et cum omnibus directuris ad nos ex parte iam dicte matris nostre et auorum nostrorum pertinentibus, ubicumque eas inuenire potueritis. Vendimus,

inquam, iam dictas hereditates pro septigentis et quinquaginta solidis monete regis currrentis. Vt ab hac die et deinceps, iam dictas ipsas hereditates habeatis, possideatis, uendatis, donetis et totum uelle uestrum tamquam de propria hereditate uestra faciatis. Si quis igitur contra hanc nostram uenditionem quam uobis facimus, tam ex parte nostra quam ex aliena, uenire temptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et pro temerario ausu parti regis mille morabetinos persoluat et ipsas hereditates in quadruplum reddat et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta apud Uillamfrancam mense februarii, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a}. Regnante regi Adefonso in Legione, Galletia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Lupo in Astorica. Regina domna Tarasia Portugalense tenente Uillamfrancam. Alcaldis: Petro Helie et domno Aprili. Presentibus confirmantibus: Archidiaconus Petrus Iohannis, Pelagius Barragan cf., Martinus Froile cf.,

(1.^{a} col.) Petrus Pelaz cf., domnus Mauretone cf., domnus Andrea cf., Petrus Iohannis cf., Dominicus Iohannis cf.,

(2.^{a} col.) Petrus Dominici cf., Petrus Ualle Uiridi cf., donnus Giraldus cf., Rodericus Uele cf., Martinus Pelagii cf.,

(3.^{a} col.) Didacus Martini cf., Petrus Didaci cf., Pelagius Furado cf., Iohannes Petri cf., Pelagius Marti cf., Petrus Petri, Petrus Munionis cf., Pelagius Martini cf.,

[Sig. entre dos cols.]

Iohannes scripsit.

Tumbo II, fol. 116 r. y v.

309

A. 1200, Febrero s. d.

KARTA DE UILAFRANCA

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi, amen. Ea que inter homines fiunt, nisi scripture conmendentur facile obliuioni traduntur. Ideoque ego don Polo uendo totam illam portionem ab integro quam ego comparaui de nepta mea Marina Wilelmi que ad ipsa pertinebat ex parte matris sue domne Elene Gilberti et auorum suorum domni Gilberti et domne Iuste in Uillafranca et extram Uillamfrancam, tam in domibus quam in uineis, quam in uillis, terris cultis et incultis, arboribus, pratis,

pascuis, ortis, aquis, exitibus et ingressibus et cum omnibus directuris ad ipsam iam dictam neptem meam ex parte matris sue et auorum suorum pertinentibus, ubicumque eas inuenire potueritis. Vendo inquam portionem iam dicturam hereditatum uobis, pro ducentis et quinquaginta solidis monete regis currentis, ut ab hac die et deinceps ipsam supradictam portionem hereditatum habeatis, possideatis, uendatis, donetis et totum uelle uestrum tamquam de propria hereditate uestra faciatis. Si quis igitur contra hanc meam uenditionem quam uobis facio, tam ex parte mea quam ex aliena uenire temptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et pro temerario ausu, parti regis mille morabetinos persoluat et ipsam portionem in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta apud Uillamfrancam mense februarii, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a}. Regnante regi Adefonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Lupo in Astorica. Regina domna Terasia Portugalense tenente Uillamfrancam. Alcaldiis: Petro Helie et domno Aprili. Presentibus confirmantibus: Archidiaconus Petrus Iohannis subscripsi. Petrus Pelagii cf., Pelagius Barragan cf., Martinus Froile cf., domnus Mauretone cf., domnus Andrea cf., Petrus Iohannis cf., Dominicus Iohannis cf., domnus Giraldus cf., Rodericus Uele cf., Martinus Pelagii cf.,

(1.^{a} col.) Petrus Dominici, Petrus Ualle Uiridi, Petrus Didaci.

(2.^{a} col.) Didaco Martini, Pelagius Furtado, Petrus Petri.

(3.^{a} col.) Petrus Munionis, Iohannes Petri, Dominicus Petri.

Iohannes scripsit.

Tumbo II, fol. 116 v.

310

A. 1200, Julio s. d.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Marina Wilelmi facio kartam uenditionis uobis don Pol, de omnibus rebus et hereditatibus meis quas habeo et mihi pertinet ex parte patris et matris mee et auulorum meorum, ubicumque potueritis inuenire, tam in domibus quam in uineis, in terris cultis et incultis, in montibus et pascuis et riuis, siue in omnibus locis ubicumque potueritis inuenire. Dono uobis hec omnia supradicta atque concedo pro CC solidis currentis monete iure hereditario possidenda. Vt tam uos quam uestra progenies

habeatis et possideatis et quicquid inde facere uolueritis, nullo contradicente libere faciatis. De precio autem supradicto nichil apud uos remansit indebito. Si quis igitur ex parte mea uel aliena, contra hanc cartulam quam uobis facio ad irrumpendum uenire presumpserit, uobis uel uoci uestre C^{m} morabetinos in pena persoluat, et duplet uobis quantum inquietare presumpserit. Ego Marina Wilelmi hoc scriptum quod fieri iussi, proprio manu roboro et confirmo.

Facta cartula apud Uillamfrancam mense Iulio, era M^{a} CC XXX^{a} VIII^{a}. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Lupo in Astorica. Regina domna Terasia Portugalense tenente Uillamfrancam. Alcaldibus, Petro Iohannis et Petrus Fernandi. Presentibus confirmantibus: Iohannes de Fonte, Petrus Fernandi, Pelagius Petri ts., Iohannes Petri cf., Gascon cf., Petrus Iohannes ts., Martinus. Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Iohannes scripsit.

Tumbo II, fols. 116 v.-117 r.

311

A. 1198, Enero 18 P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Christi nomine et eius gratia amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego don Pol nullo cogente, set propria uoluntate, facio uobis abbati Superaddo domno Bernardo et priori domno Fernando et omni conuentui, cartam uenditionis de omni hereditate mea que me contingit inter fratres meos, de parte patris mei et matris mee, uel etiam de ganancia, tam in Uillafranca quam in aliis locis, tam de illis quas in presenti habeo quam de illis quas ex ipsis possidere spero, tam de hereditatibus quam de animalibus seu uasis aut de quibuslibet aliis facultatibus, pro quibus accipio a uobis mille solidos, precium quod nobis et uobis complacuit. Eo tempore VI^{ex} solidos et VIII denarios denarii illorum in concambio ualebant marabitinum. Hec omnia que uobis uendo sint ab hodierna die de iure meo ablata et in uestro tradita et confirmata, cum domibus uel locis domorum, cum exitibus uel regressibus, cum planis et montibus, cum uineis, ortis et plantationibus, cum erbis et aquis, molendinis et abtis locis molemdinorum, et cum omnibus que in omni ipsa hereditate continentur et ad prestitum hominis sunt

usque ad minimum calculum. Quod si ego uel alius aliquis contra hoc meum factum insurrexerit et hanc cartam contradicendo irrumpere temptauerit, non sit ei licitum set iudiciali lege conuictus, quantum inquietauerit uobis in duplo restituat cum melioratione hereditatis et regie potestati, mille pectet morabitinos.

Facta karta uenditionis XV kalendas februarii, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VI^{a}. Rege Adefonso regnante in Legione et in Gallecia. Episcopo in Astorica domno Lupo. Regina domna Tarasia tenente Uillamfrancam. Maiordomo uille de manu regine domno Tibaldo. Ego don Pol, uobis supradicto abbati et fratribus uestris, istam cartam roboro et signum facio. Prior domnus Martinus confirmat. Petrus Ordonii capellanus, Dominicus Iohannes cf.

(1.^{a} col.) Domnus Ciprianus. Martinus Petri, pro testibus.

[Sig. entre las dos cols.]

(2.^{a} col.) Vermudus cf., Fernandus cf., Pelagius cf.

Petrus notuit.

Tumbo II, fol. 117 r. y v.

312

A. 1160, Noviembre 11 P.

KARTA DE UINEA DE KARRALE, IN UILAFRANCA

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis, Patris uidelicet et Filii et Spiritus sancti. Ego Maria Froa simul cum meo filio Cid Domingo facio karta uenditionis uobis don Gillibert de ipsa uinea media de Lazenia, et ipsa uinea iacet per terminus de la carral que uadit per a Uillela e per a Coriglon. Accepimus de uos in precio CCC^{os} solidos, precium que nobis et uobis bene complacuit, et de ipso precio apud uos nichil remansit set completi sumus ab integro. Habeatis si quod de hodie die de iuri nostro sit abrasa et in uestro dominio sit tradita. Habeatis uos et filii uestri, et quicquid ex ea uolueritis faciatis per secula cuncta. Si quis tamen, quod fieri minime credimus, de nostris aut de extraneis, tam nos quam alii ad infringendum uenerit, et nos in consilio noluerimus auctoricare ista uinea, media, per ubicumque potuerint nostra bona inuenire, integrent se, et postea illi qui infringere temptauerint, sint maledicti et excomunicati, et pro dampno temporali uobis, uel uocem uestram pul-

santi, pectet C^{m} morabitinos, et in consimili loco sit duplata. Ego Maria Froa, simul cum meo filio Zid Domengo, hanc quam fieri iussimus, proprias manus roboramus et signum faciamus *[sig.]*.

Facta karta notum die III idus nouember, era Mª C^{a} LXXXX^{a} VIII. Regnante rege Fernando in Legione et in tota Gallicia. Episcopus domnus Fernandus in Astoricensi sede. Comite Ramiro tenente Uilla Bona et medio Bergido. Didacus Fernandi altera medietate. Maiordomus de Bergido, Gonzaluo Pedriz et Iohan Exemenez. Villicus in Uillafranca Reimon de Triacastella de manu regis e don Jordan de manu de Fernan Rodriguiz. Qui presentes fuerunt: Petro Ariz, Petro Brun, Giral d'Astorga, Wilelm Ros, Wilelmi Flota, Gauarron, Iohan Moniz, Iohan Domenguez. Et alios multos qui uiderunt et audierunt. Coram testes: Pelagio ts., Petrus ts., Martinus ts., Elias ts., Iohannes ts., Willelmus qui notuit.

Tumbo II, fol. 117 v.

313

A. 1202, Marzo s. d.

KARTA DE UINEA DE UEIGA

In Dei nomine amen. Magna merces est helemosina monasterio danda et hereditate possidenda, que semper oratur et uiuificatur. Qua propter ego domno Andrea cum uxore mea uobis domino abbati Pelagio de Superaddo et uestro monasterio et uestro conuentui de Superaddo, damus et offerimus Deo et uestro monasterio et nostro *(sic)* conuentui, damus et offerimus Deo et uestro monasterio in presentia fratri Martino, una uinea in Uillafranka quam habemus ex nostra comparatione loco predicto Ueiga de Uilla, damus uobis et concedimus pro animabus nostris, ut Deus det nobis partem in omnibus orationibus uestris. Si uero aliquis uobis infringere uoluerit, maledictus et excomunicatus sit, et cum Iuda traditore in inferno permaneat cruciatus et uobis talem uineam et in tali loco uobis in duplum restituat, et regie parti CCC^{os} morabetinos reddat.

Facta carta in era M^{a} CC^{a} XXXX^{a} et mense Marcio. Regnante rege Alfonso cum regina domna Beringaria in Legione et in alia multa terra. Villicus regis, Fernandus Garsia. In Astorica episcopus Lupus. Et ego domno Andrea et uxor mea uobis domino abbati Pelagio de Superado et uestro conuentu in presentia fratri Martino, hanc cartam uobis robo-

ramus et signum facimus. Cipriani Micaeliz cf., Fernandus Micaheli cf., Rodericus Uelaz cf., don Moureton cf., Iohannes Maureton cf., Martinus ts., Micahel ts., Petrus ts., Giassar notuit.

Tumbo II, fols. 117 v.-118 r.

314

A. 1221, Enero s. d.

KARTA IN UALLE AQUILE

In Dei nomine. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego domnus Andreas et uxor mea domna Marina Pelagii, cum filiis et filiabus nostris, uobis domno Henrico abbati Superaddi et conuentui uestro, uendimus unam uineam quam habemus in ualle Aquile, sicut determinatur per terminos uinee canonicorum Legionensium et u[i]nee Wilelmi de Briua et uinee Sancte Marie, et per uiam qua itur ad Palombinam et per alteram uiam que uadit inter uineas iam dicte vallis Aquile, pro CCCXXX^{a} morabitinos, precium quod nobis et uobis placuit et a uobis totum recepimus. Vnde iam dictam uineam uobis in uestram tradimus, ut amodo iure hereditario eam habeatis, possideatis, uendatis et donetis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit, sit maledictus et excomunicatus et uobis aut ei qui uocem uestram pulsauerit pectet quingentos morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et hoc scriptum maneat firmum. Et ego domnus Andreas et uxor mea supradicta cum filiis et filiabus nostris, hoc scriptum confirmamus et roboramus.

Facta carta apud Uillamfrancam mense Ianuarii, era M^{a} CC^{a} L^{a} VIIII^{a}. Regnante rege domno Aldefonso in Legione et in toto regno suo. Episcopo domno Petro in Astorica. Regina domne Therasia tenente Uillamfrancam. Alcaidibus: Iohanne Muniz, Iohanne Petri. Presentibus confirmantibus: Iohanne Pelagii, capellano Sancti Nicolai cf., Fernando Michaelis cf., Roderico Martini cf., domno Siluestro cf., Didaco Martini carpentario cf., Iohanne Ordonii cf., Iohanne Pelagii cf., Garsia Michaeli, Iohanne de Dragonte, Pelagio Petri cf., Iohanne Petri carpentario cf., Petro de Castelione cf., Munio cf., Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Martinus ts., Iohannes ts., Viuianus scripsit.

Tumbo II, fol. 118 r.

315

A. 1204, Julio 1 P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quod ego Egidius Wilelmi uobis domno Pelagio abbati de Superado et conuentui uestro, uendo quantumcumque mihi pertinet iure hereditario, ex parte matriis mee domne Elene et auorum meorum domni Guilleberti et eius uxoris domne Iuste, tam in Uilafranca quam in alio loco, domos, terras, uineas, arbores, pascua, montes, prata, exitus atque diuisus, et totum aliud ubicumque potueritis inuenire, pro CC^{os} L^{a}, precium quod mihi placuit et a uobis totum recepi. Vnde iam dictam hereditamentum uobis trado, ut amodo iure hereditario habeatis, possideatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit, uobis aut ei qui uocem uestram pulsauerit, quingentos morabetinos persoluat et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et hoc scriptum maneat firmum. Ego Egidius Wilelmi hoc scriptum quod fieri iussi confirmo et roboro.

Facta karta apud Uillamfrancam kalendas iulii, era M^{a} CC^{a} X^{La} II^{a}. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Lupo in Astorica. Regina domna Terasia tenente Uillamfrancam. Alcadiis domno Aprili et Didaco Martini. Presentibus confirmantibus:

(1.^{a} col.) Domno Mauretone cf., Cipriano Michaeli cf., domno Andrea cf.

[Sig. entre las dos cols.]

(2.^{a} col.) Rod⟨er⟩ico Uele. Martino Martini, Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts.,

Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Iohannes scripsit.

Tumbo II, fol. 118 r. y v.

316

A. 1199, Agosto 7

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quod ego Martinus Spartidus et ego Pelagius Furtadus cum uxore mea Marina Martini, uobis domno Bernardo abbati de Subrado et conuentui uestro, uendimus uineam unam que est in loco qui dicitur Ueiga de Uilla, per terminos uestros et per uiam que tendit ad Sanctum Felicem, pro CXL solidos, precium quod nobis placuit et a uobis totum recepimus. Vnde iam dictam uineam uobis tradimus ut amodo iure hereditari habeatis, possideatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit, uobis, aut ei qui uocem uestram pulsauerit, pectet C morabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et hoc scriptum maneat firmum. Ego Martinus Spartidus et ego Pelagius Furtadus cum uxore mea hoc scriptum maneat firmum quod fieri iussimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Facta karta VII^{mo} idus mensis augusti, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VII^{a}. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Lupo in Astorica. Regina domna Taresia tenente Villamfrancam. Alcadibus: domno Andrea, Petro Iane. Presentibus confirmantibus: Dominico Iohannis cf., domno Giraldo cf., Martino Petri cf., domno Cipriano cf., Petro Pelagii cf., Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Dominicus scripsit.

Tumbo II, fols. 118 v.-119 r.

317

A. 1197, Octubre s. d.

KARTA DE UILAFRANCA

In nomine Domini Ihesu Christi. Ego Lena Gilberti et maritus meus, uobis conuentui Superaddi facimus kartam uenditionis de terra nostra quam habemus in Ueiga de Uilla, portionem que nobis contingit et por-

MINISTERIO DE EDUCACION Y CIENCIA - BIBLIOTECA -

tionem domni Pauli cognati mei, quam de illo comparauimus, ambas portiones uendimus uobis pro XV solidos, precium quod nobis complacuit et penes nos habemus. Est autem ipsa terra sub signo Sancti Felicis determinata de Riuo Maiori et per terminos de domno Matheo, et per terminos de maliolo quod fuit de domno Philippo, et per terminos de domna Iusta et Martino Espartido. Habeatis uos et omnes successores uestri ipsam terram euo perhenni iure hereditario. Quod si aliquis propinqus noster uel extraneus aliquis contra istam kartam ad irrumpendum uenerit, in primis sit maledictus et excomunicatus, et quantum inquietauerit duplatum uobis restituat, et regie potestati L^{a} morabetinos persoluat.

Facta carta uenditionis mense octubris, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} V^{a}. Regnante rege Alfonso in Legione et Gallecia. Regina domna Terasia tene⟨n⟩te Uillamfrancam. Episcopo in Astoricense sede domno Lupo. Ego Lena Gilberti et maritus meus Guilelmus Munionis uobis conuentui de Superaddo kartam roboramus et signum facimus *[sig.]*. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Rodicus ts., Suario ts., Sancius Munionis cf., Iohannes Munionis cf., Petrus Petri cf., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 119 r.

318

A. 1204, Noviembre s. d.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Ego Petronilla, filia Baldouini, spontanea uoluntate absoluo uos fratres Superaddi et quito ab in petitione et calumnia qua inpetrabam uos super hereditates et bona domni Guiliberti que dicebam pertinere ad ius patris mei Baldouini, propter quod accipio a uobis CLX^{a} solidos, quod mihi bene placet. Dimitto igitur uobis et quito quicquid habetis uel habuistis ad hereditatibus uel bonis iam dicti Guiliberti siue patris mei Baldouini. Quicumque igitur super hoc uos inquietauerit uel molestauerit, quicumque ille sit, sit maledictus et pariat u⟨o⟩b⟨is⟩ CCC aureos et scriptura ista robur obtineat in perpetuum. Ego iam dicta Petronilla scripturam istam roboro et confirmo.

Facta karta apud Uillamfrancam mense Nouembri, era M^{a} CC^{a}

XL[a] II[a]. Regnante rege Adefonso, Astoricensi episcopo domno Lupo. Regina domna Terasia Portugalense tenente Uillamfrancam. Alcaides: domnus Aprile et Didacus Martini. Presentibus confirmantibus: Petrus Petri monachus de Superaddo, Pelagius Barragan, Petrus Pelagii, Martinus Froile ts., domnus Andreas cf., Ciprianus Micaheli cf., domnus Mauretoni cf., Fernandus Micaheli cf., Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Iohannes Pelagii presbiter scripsit et cf.

Tumbo II, fol. 119 r.

319

A. 1210, Marzo s. d.

In Dei nomine. Notum sit omnibus quod ego Martinus Lupi et Petrus Munionis inquietabant domnum Eliam abbatem de Superaddo et eius conuentum propter quadam uineam quan sua esse dicebant, et quam abbas possidebat, propter quod causa dissensio uertebatur inter eos. Vnde actum est per manus bonorum hominum pacificata est dissensio, ita uidelicet quod ipsi inquietabant uineam dimiserunt eam domino abbati et eius conuentui pro XXX[a] solidos quos ab eis coram bonis hominibus acceperunt. Tali uidelicet tenore ut nunquam inquietetur uinea illa ab illis nec a uoce sua, set abbas Superaddi et eius conuentus eam iure hereditario habeant et uoluntatem suam illam possideant. Vinea illa est in loco qui dicitur Ueiga de Uilla, et determinatur in circuitu per uineam Superaddi et per uiam antiquam. Statutum est ab eis quos si quis contradicere uoluerit CCC morabetinos persoluat in pena abbati uel eius uoci et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et hoc scriptum maneat firmum. Ego Martinus Lupi et Petrus Munionis hoc scriptum quod fieri iussimus, roboramus et confirmamus.

Facta karta apud Uillamfrancam mense Marcii, era M[a] CC[a] X[La] VIII[a]. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Petro in Astorica. Regina domna Terasia Portugalense tenente Uillamfrancam. Alcadiis; Petrus Iohannes, Didaco Martini. Presentibus confirmantibus: Ciprianus Micaheli cf., Martinus Petri cf., Iohannes Franco cf., domnus Andrea cf., Dominicus Petri cf. Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Iohannes scripsit.

Tumbo II, fol. 119 v.

320

A. 1207, Febrero s. d. P.

DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Petrus Pelagii cum uxore mea Dominica Bernardi, ob remedium animarum nostrarum, damus et concedimus Deo et beate Marie de Superaddo tempore abbatis domni Pelagii, uineam quadam, uidelicet tali modo, ut annuatim tribuamus ab illa eidem monasterio metrum unum uini in uita nostra et post obitum nostrum remaneat eidem monasterio libera iure hereditario per infinita secula. Vinea illa est in costa de Uilela per terminos nostros et Sancte Marthe, et per uiam que tendit ad Fontem Columbariam. Statuimus quod si quis contradicere uoluerit, tam de nostris quam de extraneis, maledictionem Dei et uestram incurrat et quingentos morabetinos supradicto monasterio uel uoci sue in pena persoluat, et hoc scriptum maneat firmum. Ego Petrus Pelagii cum uxore mea hoc scriptum quod fieri iussimus, confirmamus et roboramus.

Facta karta mense februarii, era M^{a} CC^{a} XL^{a} V^{a}. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Petro in Astorica. Regina domna Taresia Portugalense tenente Uillamfrancam. Alcadibus: Petro Iohannis, Martino Martini. Presentibus confirmantibus: Cipriano Micaheli, Martino Martini cf., domno Andrea cf., Martino Petri cf., Fernando Micaheli cf., Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Dominicus notuit.

Tumbo II, fols. 119 v.-120 r.

321

A. 1200, Diciembre s. d. P.

KARTA DE UILAFRANCA

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi amen. Ea que inter homines fuerit, nisi scripto comendetur scito obliuioni traduntur. Ea propter ego Nicholaus Petri uendo Deo et monasterio Sancte Marie de Superada et

uobis fratri Martino tenente Landoiro, uendo totam illam hereditatem quam habeo, tam de auolengo quam de ganantia quam de comparatione quam de suppignoratione in Monte Rotundo et in riu de Silual, pro XXX^{a} solidos currentis monete. Vendo inquam uobis totam ipsam hereditatem per hos terminos, per riuum de Canosa et per aquam silual et per riuum de Buruia et quicquid habeo uel habere debeo infra istos terminos, vt ab ac die et deinceps ipsam hereditatem habeatis, possideatis, uendatis, donetis et totam uestram uoluntatem de illa faciatis. Si quis igitur contra hoc meum factum uenire uoluerit, iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda Dei traditore in inferno dampnetur, et pro ausu temerario uobis uel uocem uestram pulsanti CC morabetinos persoluat, et quod inuaserit in quadruplum reddat.

Facta karta apud Uillamfrancam mense decembris, sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a}. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Galletia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Lupo in Astorica. Regina domna Terasia tenente Uillamfrancam. Alcadiis: Petrus Fernandi et Dominico Iohannis. Presentibus confirmantibus: Ciprianus Michaelis cf., domnus Andrea cf., Petrus Martini cf., Martinus Petri cf., Fernandus Micaelis cf., Fernandus Micahel cf. Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Iohannes scripsit.

Tumbo II, fol. 120 r.

322

A. 1182, Enero 30 P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Martinus Faber et sotius meus Petro Pelagii tibi Martino Espartido et uxori tue Enxemene Petri, uendimus uobis uineam unam que iacet in ueiga de Uite, per terminos domne Marine Sancti Felicis et de uinea Didaci, uinea qua tenet Peronela in suppignoratione et per uiam antiquam qua itur Sancto Felicio, pro LXXX^{a} solidos Andegauensium, precium quod nobis et uobis placuit et nos a uobis totum recepimus. Vnde iam dictam uineam uobis tradimus ut amodo iure hereditario eam habeatis, possideatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit uobis aut ei qui uocem uestram pulsauerit pectet C^{m} marabetinos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et

scriptum uenditionis huius maneat firmum. Ego Martinus Faber et sotio meo hoc scriptum quod fieri mandauimus proprio robore confirmamus et roboramus.

Factum scriptum apud Uillamfrancam mense Ianuarii III° kalendas februarii, era M[a] CC[a] XX[a]. Regnante inclito rege domno Fernando et eius filio Alfonso in Legiione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Fernando in Astorica. Comite Urgelensi tenente Uillamfrancam et de manu eius Petro de Fonte, Dominico Iohannis, Pelagio Barragan, Martino Pelagii. Alcadiis: Helia Rchambaldo, Pelagio Ueremudi, Pelagio de Luco. Presentibus confirmantibus: Iohanne Saluatoris cf., Wilelmo de Cruce cf., Iohanne de Pauia cf., Iohanne Petri cf., Iohanne Cortes cf., Didaco carnicerio cf., Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Dominicus notuit.

Tumbo II, fol. 120 r. y v.

323

A. 1198, Febrero s. d. P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus, quod ego domna Marina de Sancto Felice cum filiabus et neptis meis, uobis abbati de Superaddo domno Bernardo et conuentui uestro, uendimus uineam unam cum uno orto in Ueiga de Uilla, per terminos uestros et filiorum Iohannis de Ueiga et Martini Spartidi et per Riuum Maiorem, pro LXXX[a] VIII solidos, precium quod nobis placuit et de uobis totum recepimus. Vnde iam dictam uineam et ortum uobis tradimus ut a modo iure hereditario habeatis, possideatis, donetis et uendatis cui uolueritis. Quod si quis contradicere uoluerit, uobis aut ei qui uocem uestram pulsauerit pectent CC solidos et duplet quantum inquietauerit in consimili loco, et hoc scriptum maneat firmum. Ego domna Marina cum filiabus et neptis meis hoc scriptum confirmamus et roboramus.

Factum scriptum mense februarii, era M[a] CC[a] XXX[a] VI[a]. Regnante rege domno Alfonso in Legione, Gallecia, Extrematura et Asturiis. Episcopo domno Lupo in Astorica. Regina domna Taresia tenente Uillamfrancam. Alcadibus: Aria Pelagii, Pelagio Barragan, Petro Pelagii, Mar-

tino Froile. Presentibus confirmantibus: Dominico Iohannis cf., Gascone cf., Cipriano Micaheli cf., Paulo cf., Roderico Uele cf. Et alii multi qui uiderunt et audierunt. Petrus ts., Iohannes Martinus ts., Dominicus notuit.

Tumbo II, fol. 120 v.

324

A. 1197, Octubre P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Christi nomine et eius gratia amen. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Ciprianus Micaheli et uxor mea domna Sibila, facimus kartam uenditionis uobis conuentui de Sobrado de terra nostra quam habemus in Ueiga de Uilla, portionem domni Pauli cognati mei quam de illo comparauimus. Ambas portiones uendimus uobis pro LXXV solidos, precium quod nobis complacuit et penes nos habemus. Est autem ipsa terra sub signo Sancti Felicis, determinata de Riuo Maiori et per terminos de domno Matheo et per terminos de Maliolo quod fuit de domno Philippo, et per terminos de domna Iusta et Martino Esparcido. Habeatis uos et omnes successores uestri ipsam terram euo perhenni iure hereditario. Quod si aliquis propinqus noster uel extraneis aliqui co⟨n⟩tra istam kartam ad irrumpendum uenerit, in primis sit excomunicatus et quantum inquietauerit duplatum uobis restituat et et *(sic)* regia potestati C marabetinos persoluat.

Facta karta uenditionis mense Octubris, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} V^{a}. Regnante rege Alfonso in Legione et Gallecia. Regina domna Terasia tenente Uillamfrancam. Episcopo in Astoricense sede domno Lupo. Ego Ciprianus Michaeli et uxor mea domna Sibilia uobis conuentui de Sobrado istam kartam roboramus et signum facimus. Concilium quod uidit de Uillafranka et confirmat. Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Petrus notuit.

Tumbo II, fols. 120 v.-121 r.

325

A. 1199, Febrero 16 P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Ego Ciprianus Micaheli cum uxor mea Sibilla et cum filiis nostris et omnis uox nostra, uobis abbati domno Bernardo Sancte Marie Superadi et omni uestro conuentui, facimus carta uenditionis et textum scripture firmitatis de hereditate nostra quam habemus in Uillafranca, que fuit de domno Gilberto et de domna Iusta, que nobis conuenit inter nostros fratres, pro precio quem a nobis *(por uobis)* accepimus, uidelicet mille solidos, ut ab hac die sit de uestro *(por nostro)* iure ablata et in uestro dominio tradita per ubi eum potueritis inuenire, ut habeatis et iure hereditario possideatis, per suis locis hac terminis, quomodo diuidit per illum molendinum qui est sub monasterio Sancte Marie usque ad Sanctum Felicem, casas, uineas, plantatos et cetera que omnia ibi sunt. Si quis uero ex parte nostra uel extranea hanc scripturam infringere temptauerit sit maledictus et parti regie pectet mille morabetinos.

Facta karta uenditionis is Uillafranca, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VII^{a} et quotum XIIII kalendas marcii. Qui presentes fuerunt. Petrus Ordonii presbiter.

(1.^{a} col.) Giraldus diaconus cf., Dominicus Iohannis cf., Pelagius Barraganus cf., Bernardus de Fonte cf.,

[Sig. entre las dos cols.]

(2.^{a} col.) Domnus Andreas cf., Iohannes Petri cf., domnus Maure cf., Iohannes Pelagii notuit cf.

Tumbo II, fol. 121 r.

326

A. 1199, Febrero 22 P.

DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus quicumque hoc scriptum uiderint uel audierint, quod ego Bernardus abbas Sancte Marie Superaddi, una cum conuentu eiusdem loci, tam presenti quam futuro, tibi Cipriano

Micaheli et uxori tue Sibille et filiis tuis, facimus pactum et placitum in perpetuum ualiturum de illa hereditate de Landoiro et de Ponte Regis et sub uia et super uia et de monte Redondo et de Canosa et de Pradela et de terras de extra publica ad dexteram et de sinistram et de Rasinde et de riuo de Nina et de Dragonte, ut habeamus supradictas hereditates per medium cum omnia que ibi sunt uel fuerint pro CCC solidos de denariis, quod nobis dedisti, pro tali pacto ut semper sis nobis amicus fidele et ite custodiatis nostra sicut uestra. Similiter ego Cipriano Michaeli cum uxore mea Sibilla cum filiis et filiabus nostris, uobis abbati domno Bernardo et uestro conuentui facimus pactum et placitum de ipsa nostra hereditate de Landoiro et de ponte Regis et de monte Redondo et de Canosa et de riuo de Nina, cum omnia que ibi modo habemus uel habuerimus ut habeamus per medium et similiter sitis nobis fideles amici et adiutores per omnia proposse uestro. Has omnes supradictas hereditates debemus habere per medium, laborare et hedificare, et si equalibus parte ex hinc aliquid adquisierit uel comparauerit, semper per medium diuidatur, ita tamen quod si comparauerit medietatem precii recipiat ab altera parte. Si quis uero ex qualibus parte hunc pactum uiolauerit, in pena presumptionis pectet mille morabetinos.

Facta karta placiti sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VII^{a} et quot VIII kalendas martii. Qui presentes fuerunt: Petrus Ordonii presbiter, Giraldus diaconus, Dominicus Iohannis, Pelagius Barraganus cf., Bernardus de Fonte cf., domno Andrea cf., Iohannes Petri cf., domno Mauretone cf., Iohannes Pelagii qui notuit.

Tumbo II, fol. 121 r. y v.

327

A. 1207, Abril 21 P.

Era M^{a} CC^{a} X^{La} V^{a} et quot XI kalendas maii. Verum est quod domnus Pelagius Ouequit dictus abbas Superaddi cum toto conuentu eiusdem loci dedit CC solidos domno Giraldo de Uillafranca, ut mitteret eos in aliquam hereditatem propter Superaddum et ipse domnus Giraldus misit eos in uineam que fuit de Iohanne Pinario et iacet ipsa uinea in ueiga de Uilla [franca *tachado]* inter alias uineas de Superaddo et ipse predictus domnus Giraldus et suprinus eius Iohannes Petri debent predictam uineam tenere tamen in uita sua. Post mortem uero illorum, predicta

uinea remanebit Sancte Marie Superaddi libera et quita ab omni impedimento. Qui presentes fuerunt: Petrus Stephani ts. et cf., Wilelmus ts. et cf., Iordan ts. et cf., Petrus Iordani ts. et cf., Iohannes ts., Petrus ts., Martinus ts.

Tumbo II, fol. 121 v.

328

A. 1199, Diciembre s. d., P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod Eurardus et Gozbertus germani fratres receperunt ab abbate domno Bernardo et fratribus Superadde quandam terram sub hac conditione: quod illam excolerent et laborarent in uinea propriis sumptibus et pro sua tenerent usque ad VI annos. Ex inde communiter tam ipsi quam supradicti fratres excolant illam et laborabunt, parcientes inter se fructus qui prouenerint, et ita comunis erit usque ad obitum illorum germanorum. Post obitum amborum tota illa uinea remanebit fratribus et domui Superadde. Quod si forte supradicti germani infra sextum annum, quod absit, expirauerint, fratres de Superadda recipiant illam qualem inuenerint.

Factum scriptum apud Uillamfrancam mense decembri, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VII^{a}. Presentibus et confirmantibus: Petrus Pelagii cf., domno Andrea cf., Iohannes Petri cf., Cipriano Micaheli cf., Iohannes scripsit.

Tumbo II, fol. 121 v.

329

A. 1199, P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Bernardus abbas Sup[er]adde de assensu et consilio fratrum nostrorum, concessimus quandam domum nostram in Uillafranka supra pontem

iuxta hospitale Sancti Iohannis, Martino Petri et uxori eius Enxemene Saluadoris, et illi nobis dederunt pro animabus suis uineam unam per terminum Riui et ex alia parte per terminum Pelagium Barragan et ex alia parte per terminum Pelagii Iohannis et ex alia parte per terminum antiqui uie, sub hac conditione quod in uita sua tenebant et domum et uineam. Et si alter prior decesserit, qui superuixerit uendendi seu quomodo alienandi uel obligandi potestatem non habebit. Quod si uel [in] uita sua uel post mortem alterius fuerit attemptatum et domum pariter et uineam perdent. Similiter paciantur fratres de Superado si contra cartam istam uenire temptauerint.

Facta karta apud Uillamfrancam, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VII^{a}. Qui presentes fuerunt: P[etro] Iohannis archidiacono cf., Pelagius Barragan cf., domno Mauretone cf., domno Andrea cf., Cipriano Micaheli cf. Iohannes scripsit.

Tumbo II, fols. 121 v.-122 r.

330

A. 1224, Agosto s. d. P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego domnus Henricus abbas de Superada, habito fratrum nostrorum consilio, do et concedo domno Matheo Fabro et uxori sue Maria Fernandi et fratri suo Joanino, mediam partem unius quinte quam nos de iure habemus in illa uinea quam predictus Matheus iure hereditario possidet, et illa uinea est determinata per terminos fratrum Sancti Felicis, et Petri Iohannis Bugarel, et Sancte Marie, et per uineam de caritate Sancti Spiritus. Tali uidelicet pacto, do eis, ut habeant in tota uita sua et dent fratri nostro unoquoque anno, in tempore uindemiarum, V solidos, post mortem uero tercii illa media pars predicte quinte quiete et pacifice ad monasterium deuoluatur. Si forte aliquis tam de nostra quam de uestra parte hoc infringere temptauerit, pectet alteri parti CCC solidos et quod factum est maneat firmum.

Facta karta mense augusti, era M^{a} CC^{a} LXII^{a}. Regnante rege Adefonso in Extrematura et in toto regno suo. Episcopo domno Petro in Astorica. Regina domna Tharesia tenente Uillamfrancam. Alcaldibus: Iohanne Muniiz, Martino Pelagii. Presentibus confirmantibus: domno abbate domno Henrico cf., domno abbate de Meira magistro F. cf., dom-

no Roderico monacho cf., Iohanne Martini monacho cf., fratre Iohanne de Batel cf., fratre Roderico cf., I[ohanne] Pelagii capellano Sancti Nicolai cf., Fernando Micaheli cf., domno Andrea cf., Petro Iohannis cf., Micahele Cipriani cf., Micahele Martini cf., Rodericus Iohannis scripsit.

Tumbo II, fol. 122 r.

331

A. 1220, Mayo s. d. P.

KARTA DE UILAFRANCA

In Dei nomine. Notum sit presentibus et futuris, quod ego abbas frater Henricus de Superaddo, una cum conuentu nostro tibi Martino Petri et uxori tue Exemene Saluatoris damus in prestimonio casam nostram que inter uestram casam et inter casam de hospitali, ut teneatis eam in uita uestra et ad obitum amborum uestrorum quita et libera monasterio remaneat. Huius beneficii gratia et pro remedio anime mee, ego Martinus Petri ad mortem meam do uobis et monasterio uestro illam uinam que iacet in brachio cum illa de Ueiga de Uilla et unam cupam plenam uino que faciat XVI metros et hec debetis recipere statim post mortem meam, etiam quamuis post me uiuat uxor mea, et ad mortem amborum damus uobis aliam uineam de Veiga de Uilla. De rebus autem nostris que sunt reposita in illa casa quam de uobis tenemus, debemus facere quicquid uobis placuerit, ita quod ex tunc nullus ibi aliquid tenebit nisi de beneplacito uestro. His addicimus quod illam casam nostram que est iusta uestram non uendamus nisi monasterio uestro si uos rationabiliter eam comparaueritis, nec demus pro animabus nostris aliis nisi uobis, et hoc facere debemus tam nos quam illi qui nobis successerint in hac domo, et hoc scriptum maneat firmum. Ego iam dictus abbas de Superaddo una cum conuentu nostro hoc scriptum quod fieri mandauimus, confirmamus et roboramus.

Facta karta mense mai, era M^{a} CC^{a}L^{a} VIII^{a}. Testes istius pacti: Petro Iohannis fratre cf., Petro Martini cf., Martino Roderici cellerario cf., Petro Ueremudi priore cf., Petro Ouequiz cf., Magistro scola de Meyra cf., Fernando Micaheli cf., Martino Alfonsi cf., domno Andrea cf., capellano Sancti Nicolai cf., fratre Roderico tenente Baliam.

Tumbo II, fol. 122 r. y v.

332

A. 1252, s. m., s. d. P.

KARTA DE UILAFRANCA

Sciant presentes et futuris, quod ego Iohannes Ele de Montan maritus domne Iuste de Uillafranca dedin *(sic, por dedi)* in elemosina ecclesie Superaddi terciam partem cuiusdam domus quam habet in Uillafranca, que domus posita est inter domum Iocelmi et domum Geluiri Sanchii, et uineam quandam que est iusta ecclesiam Sancti Iacobi inter uineam Geraldi Sancheui et uineam Petri Fernandi. Hanc itaque terciam partem domus et uineam supradictam tradidit iam abbati Superaddi, a quo iterum recepi eam in uita sua possidenda, eo pacto: quod post mortem Iuste uxoris sue si ipse superuixerit singulis uite sue annis reddet inde XI [± 2] numus Superaddi in festo Sancti Micahelis. Notandum uero quod quidam coheredes eius, id est, Wilelmus Ueremudi, Martinus Dominici filiastri eiusdem Iohannis. Porro ipse Iohannes promisit abbati Superadi quod eandem hereditatem [± 50] quod eandem hereditatem ab omnibus hominibus usque ad unum annum, hoc est ab isto natali. Domini adquietabat, et fratribus Superaddi liberam reddet illam. Quod si noluerit aut non poterit abbas de Samo qui fideiussor est inde cum capitulo suo reddet fratribus Superaddi ducentos solidos in morte predicti Iohannis. Sciendum est etiam quod illa tercia pars supradicte domus in pignore iacet pro ducentis et triginta solidis, et si prefatus Iohannes redemerit eam, tenebit illam in uita sua et centum solidos cui uoluerit dabit de precio eiusdem domus. Quod si non redemerit eam usque ad annum et fratres deinceps eam redemerint, tenebunt eam donec idem Iohannes redimat a fratribus ipsis et semper in morte Iohannis reuertetur tota hereditas ad fratres Superaddi. Huius rei testes sunt: Pelagius abbas de Samo cf., Julianus Ueremudi cf., Petrus Christiani cf. et Marcus monachi eius cf., Dominicus Iohannis de Uillafranca, Nuno Garsie, Iohannes Calueti, Gislebertus Caluet cf. De Asturica portarius regis Dominicus Net et alii multi.

Factum est hoc era M^{a} CC^{a} XC^{a}.

Tumbo II, fols. 122 v.-123 r.

333

A. 1212, Agosto 26 P.

KARTA DE UILAFRANCA

Notum sit presentibus atque futuris, quod ego domnus Petrus Iohannis de Uillafranca, una cum matre mea domna Maria Martini et cum fratribus meis Martino Iohannis et Nicholao Iohannis et cum sorore mea domna Horraca Iohannis uobis abbati domno Henrrico Superaddi et omni conuentui ipsius loci, do uineam meam quam habeo in Uillafranca que uocatur de Querco, et accipio a uobis CXL^{a} morabitinos de Ponte, tali uidelicet pactó, quod in prima dominica quadragesime absque alia re, dem uobis supradictos morabitinos aureos et directos cunei et ponderis, quod si non fecero, uinea supradicta sit uobis quita absque omni calumpnia et a meo iure ablata ad uestrum dominium in perpetuum libere et in pace pertranseat.

Facto placito apud Superaddum in era M^{a} CC^{a} L^{a} et quot VII kalendas setembris. Qui presentes fuerunt: Domnus Pelagius Ouequiz cf., Iohanne Iohanni monachus cf., domnus Fernandus Suarii cf., domnus Nicolaus ts. et cf., domnus Pol ts. et cf.

Tumbo II, fol. 123 r. (en blanco el resto del folio 123 r.)

334

A. 1506, Mayo P.[1]

En el an⟨n⟩o de mil y D VI anos, en el mes de mayo del presente ano y principio a reynar el rei don Felipe y la reina donna Jana y aportaron en el puerto de la Crunna en Galyzia y en aquel ano ouo muy gran fanbre de pan y de carnes que en aquel ano se murieron todos los ganados de Castilla y valya unna carga de tryga dos mill marauadis, en Canpo no o⟨vv⟩o pan en este ano, Dios sea loado.

[1] De letra del siglo XVI; a continuación la copia de esto de letra posterior, del siglo XVII o XVIII.

En este dicho anno moryo el muy reverendo sennor don fray Pacyfico, reformador de Castilla y de Gallyzia y de Portugal y de Navarra y de Aragon y de toda Espanna, por vnna bula que se gano en su tienpo del Sumo Pontifice que se llamava el papa Julyo quarto y erra venecyano, en su tyenpo se tomaron las casas a la dicha oservancya: Palacuellos, San Prudencio, la Vega, Ovila; en Galycya Meira, Melon, Monfero; y de Monfero fue el primero abbad tryennal fray Pedro de Cueva, filius Sacramenye, y fallecyo en el Espina a IX de Agosto, byspera de San Lore[n]co y en domingo a las honze del dia y catolycamente como verdadero christiano y este fue reformador IIII° annos y medio.

Tumbo II, fol. 123 v.

335

A. 1163, Febrero 25 P.[1]

... et hoc meum factum maneat semper firmum ego *(sic, por euo)* perenni, secula cuncta ob remissione pecatorum meorum et parentum meorum. Quod si aliquis potens uel inpotens, ecclesiastica uel laicalia persona, contra hanc meam donationem spontaneam factam, ad irrumpendum seu a predicto monasterio eam auferemdum uenerit, sit maledictus et excomunicatus et quod in calumpnia miserit in duplo uel triplo eidem loco componat, et insuper solidos mille uobis et cenobio uestro persoluat.

Facta serie testamenti donationis et confirmationis V kalendas marcii, era M^{a} CC^{a} I^{a}. Ego domna Urraca prolis Ueremudiz et omnis uoci mee in hac kartula testamenti quod fieri iussi propriis litteris confirmo. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Didacus ts., Iohannes ts., Fernandus ts., abbas Petrus Ciniensis cf., abbas Petrus Burgudiensis cf., abbas Pelagius Musoncii cf., Gundisaluus Ildefonsi cf., Pelagius Ouequiz cf., Adefonsus Arie cf., Et ceteri plures qui uiderunt et audierunt ts. et cf. Fernandus qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 125 r.

[1] Falta el principio, que debía de estar en el fol. 124, que también falta.

336

A. 1151, Mayo 28 P.

DE SANTUS ANDREAS

In nomine Domini. Ego Ouequs Suariz una pariter cum uxore mea Adosinda Ruderici et filiis meis, uobis abbati domno Petro de Superado et fratribus eiusdem loci, tam presentibus quam sequturis, in honore Beate Marie et omnium Sanctorum, facio kartam testamenti de hereditate mea propria quam habeo de auis et parentibus meis. Et est ipsa hereditas in terra Trasancos uocitata, Sanctus Andreas de Brium, ripa fluminis Iuuie. Do uobis de supradicta hereditate de IIII^{a} media et octaua, et de ipsa hereditate habui mediam partem de subrino meo Gundisaluo Uermuiz pro meo quinione de uilla Corneli, scilicet media parte, quam uendidit ipse ad Oueco Gunzaluiz. Do uobis supradictis illam per suos terminos et directuras pro remedio anime mee et parentum meorum, euo perhenni secula cuncta. Similiter do uobis de Briun superiori, portionem meam et subrini mei, quam de eo habui per supradictam rationem, scilicet de IIII^{a} tercias duas, excepto quod istam abeatis ad mortem meam. Eodem modo in presenti do uobis de fraga de riuulo de molinos quinionem nostrum, hoc est quartam partem. Si quis uero contra hoc factum nostrum de parte mea uel extranea ad irrumpendum uenerit uel uenerimus, in primis sit maledictus et cum Iuda traditore dampnatus et insuper pariat parti uestre quingentos solidos et quod calumpniauerit duplet.

Facta karta testamenti in era M^{a} C^{a} octogesima IX^{a} et quotum V kalendas iunii. Ego Ouecus Suariz in hac karta testamenti quam fieri iussi manum meam roboro.

Tumbo II, fol. 125 r.

337

A. 1151, Junio 27 P.

DE SANCTUS ANDREAS

In Dei nomine. Ego Uisclauara Suariz et filii mei, in domino Deo eterno amen. Placuit nobis spontanea uoluntate ut faceremus Deo et Beate Marie et uobis abbati domno Petro de Superaddo et fratribus eiusdem loci, tam presentibus quam futuris cartulam testamenti de hereditate mea uocitata Sancti Andree de Brium. Do uobis de ea meam portionem integram, hoc est de IIII^{a} quarta et octaua per suos terminos et directuras, pro remedio anime mee et filiorum et parentum meorum, euo perhenni secula cuncta. Si uero, quod absit, aliquis homo de parte mea uel extranea, uenerit uel uenero ad hoc factum irrumpendum, sit maledictus et cum Iuda traditore dampnatus, et insuper pariat parti uestre centum solidos et quod calumpniauerit duplet.

Facta karta testamenti in era Mª C^{a} LXXX^{a} IX^{a} et quot V^{o} kalendas iulii. Ego Uisclauara Suariz cum filiis meis in hac scriptura manum meam roboro. Qui presentes fuerunt: Archidiaconus domnus Gunsaluus confirmo, Petrus Nuniz presbiter cf., abbas Munio Montisferi cf., Froila Athans ts., Gunzaluus ts., Menendus ts., Froila ts., Robertus scripsit.

Tumbo II, fol. 125 r. y v.

338

A. 1170, Mayo 21 P.

DE BALONI

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Ego Froila Pelagii uxorque mea Maria Martini facimus cartam testamenti firmissimam in perpetuum ualituram Deo et Sancte Marie de Superaddo, de hereditate mea quam habeo uel habere debeo in uilla Baluni et est in territorio Trasancus. Do itaque eam Dei propter amorem et remissionem meorum

peccatorum meorumque parentum, quatinus mereamur participes esse omnium orationum et benefitiorum supradictorum fratrum et dum uixero teneam eam. Cum autem mortuus fuero absque liberis huius mulieris uidelicet Marie Martini, iam dicto monasterio relinquam prefatam hereditatem, id est VIII[a] integra ab omni hereditate illius uille Baluni ubi eam inueneritis per terminos et loca sua antiqua uidelicet per riuum de barca et fontem Astrili et per calcaynam de castro de uilla Sancii et per confurcos de Dunius et per aquam de riuo Malo et per agrum de Perario et per arenam Paradisi, cum omnibus exitibus et regressibus suis. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hanc cartam irrupere temptauerit, sit ille maledictus nec numeretur inter filios Dei et sit semper segregatus ab ecclesia fidelium nisi satisfecerit et iuste emendauerit delictum suum, et pro temerario ausu parti monasterii uel uoce D[os] solidos persoluat et quod inuaserit in quadruplum reddat, et hec carta semper maneat inconuulsa.

Facta karta apud Superaddum XII kalendas iunii, era M[a] CC[a] VIII[a]. Ego Froila Pelagii uxorque mea Maria Martini in hac carta manibus propriis. Testium presentium nomina sunt hec: Petrus ts., Munio ts., Fernandus ts., Pelagius ts., Arias notarius.

Tumbo II, fol. 125 v.

339

A. 1170, Mayo 21 P.

DE BALONI

In nomine Domini amen. Ego Froila Pelagii et uxor mea Maria Martini facimus kartam uenditionis uobis fratribus Superaddi de hereditate nostra quam habemus uel habere debemus in uilla Baluni territorio Trasancus. Damus eam uobis pro precio uidelicet uno caballo precio L[a] solidorum prefatam hereditatem cum omni iure suo, et est octaua integra ab omni uilla Baluni per ubi eam inuenire potueritis, per terminos et loca sua antiqua supernotata in prima carta. Amodo uos eam habeatis et iure hereditario possideatis. Si quis igitur hanc cartam irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat, et pro temerario ausu parti uestre uel uoci D[os] solidos persoluat et quod inuaserit in quadruplum reddat et hec carta semper maneat ualida.

Facta karta apud Superaddum XII kalendas iunii, era M[a] CC[a] VIII[a].

Ego Froila Pelagii uxorque mea Maria Martini in hac karta qua facere mandauimus manibus nostris *[sig.]*. Testium presentium nomina sunt hec: Petrus, Munio, Fernandus, Pelagius. Aurouelidus, Arias notarius.

Tumbo II, fols. 125 v.-126 r.

340

A. 1170, Junio 15 P.

DE BRION

In nomine Domini nostri amen. Ego Ueremudus Froile cognomento Nariz, facio kartam uenditionis uobis fratribus Superaddi de hereditate mea quam habeo uel habere debeo, uidelicet VIII[a] pars hereditatis Sancti Christofori et medietas ipsius ecclesie, et est in terra Trasancus. Do eam uobis pro precio id est XXV solidos, predictam hereditatem cum omni iure suo in circuitu per antiquos muros suos. Ab hac die et deinceps uos eam iure hereditario possideatis, et omne uelle uestrum ex ea libere faciatis. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hanc cartam irrumpere temptauerit, repentina mors irruat super eum et pro temerario ausu C solidos persoluat, et quod commiserit in quadruplum reddat, et hec carta semper maneat inconuulsa.

Facta karta apud Superaddum XVII kalendas iulii era M[a] CC[a] VIII[a]. Ego Ueremudus Froile in hac carta manibus meis *[sig.]*. Testium presentium nomina sunt hec: Petrus, Munio, Fernandus, Iohannes, Rodericus, Arias notarius.

Tumbo II, fol. 126 r.

341

A. 1156, Enero 12 P. (y a. 1170)

DE MARIE MARTINI

Uerumque obliuionis incomoda sentimus cum per negligentiam eaque facimus scripture non comendamus. Ea propter ego domnus Froila Pelagii una cum omni mea uoce per scriptum donationis firmissimum imperpetuum ualituram, tibi dulcissime mee dictam Marie Martini et omni

uoci tue, profiteor donare sicuti et dono et facio kartulam dotis quam dicunt arrarum, de omni mea hereditate quanta me compotet inter germanos uel heredes in uilla que dicunt Sunierio et in uilla de Condux et in uilla Barrandanus. Et ut ab hac die et deinceps im prefatas uillas uobis do omnes meas portiones integras. Do uobis meas kasas et kasales, quintanas, cortinis, exitibus, ingressibus, mo[n]tibus, fontibus, agris, baucis, pumares et sautis, arboribus et pomiferis. Do uobis cum omni suo plantato et hedificio per omnes suos terminos, iuri quieto et pagato sicut obtinuerunt parentes et antecessores mei, quomodo eas inueneritis de aliis hereditatibus diuisis, do uobis omnem meam directuram quicquid in eis habeo uel habere debeo cum quantum ad prestitum hominis est usque ad granum sinapis, cum omnibus directuris et pertinenciis suis intus et foris. Et sunt ipsas uillas in territorio Nemitus inter ⟨duo⟩ flumina Mero et Mandeu, Barradanus et Condux concurrentes ecclesiam Sancte Marie de Ollariis, et Suniero discurrente ecclesia Sancti Iuliani eadem uilla nominata. Habeatis uos et omni progenie uestro, uendatis, donetis et omnem uoluntatem uestram de illis faciatis uos omni progenie uestro iure hereditario imperpettum uobis habendis concedo. Addo etiam uobis quidam caballus colore baius et presentialiter trado ad meam portam quando ibi estis adpropriata. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc meum uoluntarium factum ad irrumpendum uenire temptauerit, tam nobilis quam ignobilis, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et cum Iuda Domini proditore et cum Datan et Abiron quos terra absorbuit in inferno sit dampnatus, et pro temerario ausu parti regie solidos D^{os} componat, et quod inuaserit uobis uel uoci uestre in quadruplum reddat et hoc scriptum semper robur obtineat.

Facta pagina donatio et confirmationis IIe idus ianuarii, era M^{a} C^{a} LX^{La} IIII^{a} in diebus Adefonsi regis et imperatoris Hispanias totos cum duobus filiis iam regis nominatis rex Sancius in Castella et rex domnus Fernandus in omni Galletia. Pelagius Dei gratia Compostellane sedis archiepiscopus. Comes Gundisaluus filius comitis Fernandi dominans Transtamar, comitissa eius Berengarie. Ego iam supranominatum Froila Pelagii pro me et pro mea uoce in hoc scriptum quod fieri iussi propria manu et robore et confirmo. Qui presentes fuerunt hic sunt: Petrus ts., Martinus ts., Munio ts., Herus Pelagii cf., Ferueus Pelagii cf., Petrus Iohannis cf., Petrus Munionis cf., Veremudus Iohannis cf., Veremudus Froila cf., Martinus qui notuit. Era CC^{a} VIII^{a} post milesima.

Tumbo II, fol. 126 r. y v.

342

A. 1125, Marzo 9 P.

DE DOMNO UEREMUDO PETRI ET DE UENTOSA

Sub imperio omnipotentis Dei uidelicet Patris et Filii et Spiritus Sancti regnantis in secula seculorum amen. Quo circa ego Froila Pelaiz una cum coniuge mea Eilo et etiam filiis et filiabus nostris uobis domno Ueremudo Petriz et uxor uestra infans domna Urraca, placuit nobis atque conuenit grato animo nullus quoquegentis imperio nec suadentis articulo, set propria nobis uoluntas accessit pro tale actio que mihi euenit, de uestro homine quem occidi scilicet nomen illius Ueremudum Gundisaluiz, proinde damus uobis hereditatem nostram propriam nominata uilla Uentosa, que est in terra Cetarie discurrente ad ecclesiam Sancti Cosmete, iusta flumen Pennal, damus uobis illam hereditatem cum suis terminis et locis antiquis medietatem de illa quantum nos compotet inter nostros heredes per ubi eam potueritis inuenire in illa uero uilla damus ca[s]as coopertas et discoopertas, petras mobiles et inmobiles, pomares et arbores fructuosas et infructuosas uel quantum ad prestitum hominis est, damus et concedimus uobis ut habeatis uos et possideatis et omnis posteritas uestra in seculum. Si quis nobis uel ex parte nostra uenerit uel uenerimus pariat ipsa hereditate duplata uel triplata.

Facta cartula donationis sub era M^{a} C^{a} LX^{a} III^{a} et quod VII idus martius. Ego Froila et uxor mea Eilo et filiis nostris manus nostras roboramus. Regnante rex Adefonsus in Toletana ciuitas im tempore illo, et regnante regina domna Urraca in ciuitate Legione. Tenente sedem Uallibriesis episcopo domno Munio. In Sancto Iacobo archiepiscopus domnus Didacus II^{us}. Qui presentes fuerunt: Pelagius ts., Gundisaluus ts., Petro ts., Menendus ts., Froila ts., Nunu ts., Archidiaconus terre illius qui notuit.

Tumbo II, fols. 126 v.-127 r.

343

A. 1138, Junio 14 P.

DE BALONI

In Dei nomine, ego Guntrode Ferueiz, una pariter cum filio meo Ferueo, et filia mea Guntrode Pelaiz in domino Deo eternam amen. Placuit nobis adque conuenit nullis quoquegenti imperio nec suadenti articulo, set propria nobis fuit uoluntas, ut faceremus kartula de ipsa hereditate de Baloni a tibi filio meo Froila Pelagii pro ipso tuo caballo que mihi dedisti que ego dedi a Uermuu Petriz et pectauit illum ad ille Ueremudus Petriz pro intentione de ipso meo filio pernominato Ero Pelaiz qui tenuit ille Ero sua terra de Uermuu Petriz et dimisit ille Ero illa terra sine gratude Uermuu Petriz, et proinde pecit ille Uermuu illa hereditate ad illa Guntrode pro pignora qui si illa potuisset habere suo filio quod redisset ratione de illa terra, et illa non potuit illum habere per nullum ingenium et proinde do ego Guntrode ipso kaualo de meo filio Froila, et sacco ipsa hereditate de Uermuu Petriz, et proinde do de illa duas partes sic de auolario quomodo et de ganantia et de quantum in illa uisum sum habere per auctoritatem de ipsos meos filios iam supernominatos et de ille Uermuu quod illa dimisit pro ipso kaualo et presente Rodesindo Froliaz, similiter Froila Roderiquiz, quod si illa posso sacare per precium usque Pasca et dare tibi Froila CCC^{os} solidos et si non habeas illas duas partes de illa hereditate sic quomodo de sursum resonat, et ego non posso dare illo habere, et proinde facio ista karta de illa hereditate iam supernominata a tibi filio meo Froila ut habeas tu illa et possideas secundum tua uoluntate sic in uita quomodo in morte, et si aliquis homo de mea parte uel de extranea tibi ad irrumpendum uenerit uel uenerimus, pariat tibi ipsa hereditate duplata uel triplata et quantum tibi fuerit meliorata et insuper a parte regis solidos mille, et sedeat maledictus et excomunicatus.

Sub era M^{a} C^{a} LXX VI^{a} et quot XVIII kalendas iulias. Ego Guntrode in hac kartula manus meas roboro. Qui presentes fuerunt: Froila ts., Petro ts., Martino ts., Nuno ts., Pelagio ts., Munio qui notuit.

Tumbo II, fol. 127 r.

344

A. 1200, Octubre *15* P.

DE SARANTES

Ea que uenduntur aut donantur pro memoria temporis literis assignantur, ne post modum obliuioni tradantur. Quo circa ego domnus Gundisaluus Nunonis et omnis uox mea tibi criato meo Iohanni Petri filio Petri Melendi et uoci tue profiteor donare sicuti et dono et facio cartam benefactis et textum scripture firmitatis imperpetuum ualiturum de mea hereditate propria quam ego ganaui de Eldonce Muniz que fuit sterilis et siue semine et est una media septima, que hereditas est in terra Trasancos in concurrentia ecclesie Sancti Saluatoris de Sarantes, quam hereditatem do tibi cum tota sua uoce intus et extra, tam in casas quam etiam in casales, in cortinis, in quintanis, in agris, in baucis, in arboribus et in pomiferis, et tota parte ubicumque uox de Sarantes intrat et exiit ad montes et mari ut habeas eam et possideas tu et semem tuum iure hereditario in perpetuum uobis habendum concedo. Hanc hereditatem do tibi sicut uasallo et criato qui semper mihi bonum seruitium fecisti. Et ex hoc si ego uel aliquis de mea parte uel de extranea uobis hanc kartam irrumpere temptauerit aut hereditatem istam inquietauerit a Deo Patre maledicatur et excomunicetur et a fide Christi separetur et pro temerario ausu parti regie solidos quingentos componat et quicquid inuaserit uobis in quadruplum reddat, et hec karta semper maneat firma.

Facta karta donationis idus octobris, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a}. Ego iam supranominati domnus Gundisaluus Nunonis pro me et pro mea uoce hanc cartam quam fieri iussi propria manu et robore co[n]firmo. Huius rei testes sunt: Suerinus prepositus in domo domni Gundisalui, Martinus Romeu et frater eius Arias Romeu, Monio Menendiz, Nuno Iohannis, Froila Roderici, Fernandus Melendi et plures et alii uidentes et audientes. Regnante rege domno Anfonso. Pelagius Dei gratia Minduniensis episcopus, Martinus Macie archidiaconus. Petrus notuit.

Tumbo II, fol. 127 r. y v.

345

A. 1186, Mayo 25 P.

DE BRIONI

In nomine Domini. Nos Petrus Pelagii et Rodericus Pelagii fratres dicti Cotones et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facimus cartam donationis et quitationis imperpetuum ualituram de omni illa hereditate nostra quam habemus per illum regum et per illum coone de Sudris usque ad Grangiam de Brion que uocatur Sancti Andree, ut ab hinc in antea habeatis et possideatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis imperpetuum. Et qui contra hanc cartam uenerit ad irrumpendum sine fine permaneat maledictus et condempnatus et pariat uobis solidos C^{m} et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta VIII kalendas iunii, era M^{a} CC^{a} XX^{a} IIII^{a}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Rodericus Martin cf., Gundisaluus Adefonsi cf., Petrus Balorentus cf., Fernandus Froile cf., frater Petrus Ferrarius cf., frater Poncius cf., Rodericus Bisauquinus cf., Pelagius presbiter qui notuit et cf.

Tumbo II, fol. 127 v.

346

A. 1205, Julio 10 P.

In Dei nomine, nos Iohannes Petri et Petrus Petri et Martinus Petri et Guntrode Petri et Maria Petri et omnis uox nostra, vobis Petro Martini cellerario et ceteris fratribus monasterii Superaddi, uendimus medietatem de agro de Coeru qui iacet iuxta uinea de Cartimir in Briuncinu pro precio quod mihi dedistis et pro conca[m]bia de una leira uestra que est in Sarantes, quam uobis uendidit Petrus Giraldit et pro uno pomerio, ut habeatis medietatem de supradicto agro cum omnibus directuris suis et possideatis illum uos et omnis uox uestra in secula cuncta, et si uos non potueritis me defendere cúm supradicto pomerio

debetis mihi dare IIII^{or} oues. Predictus ager est determinatus per marcum quem posuimus iuxta Quercum Nigral et inde quomodo uadit per aquam et intrat in mare. Si quis ex parte nostra uel de extranea hanc cartam fregerit, pectet uobis ipsam hereditatem duplatam et parti regis C solidos.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} X^{La} III^{a} et quot VI idus iulii. Regnante rege Adefonso in Legione. Comite Gomez tenente de Trastamar. Episcopo Pelagio Ceueira in Mendonendo. Nos supradicti filii de Petro Rabilon hanc cartam roboramus. Qui presentes fuerunt: Frater Ouecius Froile ts. et cf., frater Martinus Cidade magister de Brion ts. et cf., frater Pelagius de Armentaria ts. et cf., frater Pelagius Buarius ts. et cf., Nuno Iohannis miles cf., Fernandus Menendi cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 128 r.

347

A. 1205, Julio 10 P.

DE CARTIMIR

In Dei nomine, ego Rodericus Pelagii, cognomento Coton, et soror mea Maria Pelagii, vobis Petro Martini cellerario et ceteris fratribus monasterii Sancte Marie Superaddi uendimus portionem que nobis pertinet integram cum omnibus pertinenciis suis in agro que iacet iuxta aquam de clausa de Cartimir, que aqua intrat in mare, agro determinato per marcum quem posuimus iuxta Quercum Nigral et inde quomodo uadit per aquam et intrat in mare. Hanc supradictam portionem nostram de predicto agro uendo uobis pro ouibus et porcis quos nobis dedistis, et de precio et de robore apud uos nil remansit ad pacandum. Si quis ex parte nostra uel de extranea hanc cartam fregerit, pectet uobis ipsam hereditatem duplatam et uoci regie pariat C solidos, et hec carta robur obtineat.

Facta karta uenditionis sub era M^{a} CC^{a} X^{La} III^{a} et quot VI idus iulii. Regnante rege Adefonso in Legione. Comite Gomet tenente de Transtamar medium. Episcopo in Mendonedo Pelagio Ceueira. Qui presentes fuerunt: Frater Ouecus Froile ts. et cf., frater Martinus Cidade magister de Brion ts. et cf., frater Pelagius de Armentarie ts. et cf., frater Pelagius Buarius ts. et cf., Nuno Iohannis miles cf., Fernandus Menendi cf., Petrus ts., Pelagius ts., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 128 r.

348

A. 1175, Febrero 22 P.

DE BALONI

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ad hec scripta fuerit ut que ueritatis luce resplendent, obliuionis nebula in posterum non obfuscentur. Inde utique est quod ego Iohannes Adefonsus et uxor mea Eluira Pinoiz et omnis uox mea, uobis abbas Egidius de Superaddo et omni conuentui uestro, facio kartam uenditionis de hereditate mea propria quam habeo de ganancia pro meo habere de ipso Menendo Petriz. Et ista hereditate iacet in terra Trasancus, in uilla dicta Baloni de Sancti Romani de Dunius, et iacet subtus monte Paonte et per monte Petroso et per castrum de uilla Sancti et per fontem Astrili et per fluuium de Barcha et per arenam de Paradiso et per Brion de Susano et per fluuius Malus, et est media sexta de casal Nuni, et media duodecima de Baloni, et ista hereditate do uobis inde media pro amore Christi ad Sancta Maria de Superato pro me et pro mea muliere, et ista alia media do uobis in precium quem uobis mihi datis et pernominatum ipsa ganancia que uobis habetis de uestro fratre Petrus Pelaiz, cognominatus Puxu et in Sarantes et que dedit Roderico Froilaz et Fernandus Froilat pro remedium animarum suarum. Sic uendo uobis totum meum directum de ipsa hereditate quantum ibi habeo uel habere debeo per suos terminos antiquos, cum casis et casalibus et petris, tam mobilibus quam immobilibus, et cum suo exitu et introitu, ad montem et ad aquas, cum omnibus suis directuris intus et foris, pro qua accipio de uobis beneplacitum precium sicut superius resonat et de precio nichil remansit in debito. Ita ut ab hac die sit ipsa hereditas de iuri meo ablata et in uestrum ius sit data et confirmata, ut habeati set possideatis uos et posteritas uestra et post uos. Si uero aliquis ex propinquis uel extraneis uobis eam calumpniauerit quod calumpniauerit duplo componat et ad partem regi pariat solidos D^{os}.

Factum in era M^{a} CC^{a} X^{a} III^{a} et quot VIII kalendas marcii. In temporibus regi Fernandi regnante in Legione, Gallecia et in Asturiis, conius eius filia regis Portugalensium. Comes in Trastamar Gomez Gundisaluiz. Episcopus in Uilla Maior domni Rabinaldus, archidiaconus terre Fernandus Pandus. Maiordomus terre Petrus Naraius. Ego Iohannes Adefonsus

et uxor mea Eluira Pinoiz et omnis uox nostra in hanc kartulam manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus Menendiz cf., Fernandus Menendiz cf., Petrus Balorentu cf., Ruderico Martini cf., Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Martinus ts., Munio Diaz et diaconus qui notuit.

Tumbo II, fol. 128 r. y v.

349

A. 1200, Mayo 25 P.

DE BALONI

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Munio Eriz et uxor mea Maria Petri una cum filiis nostris Petro Muniz et Fernando Muniz et Iohanne Muniz et Maiore Muniz et Maria Muniz, facimus cartam donationis et confirmationis Deo et Beate Marie et omni conuentui Superaddi de nostra hereditate propria quam habemus uel habere debemus in Balonio et in Boza Rotunda. Has damus predicto loco et uobis abbati domno Bernardo et conuentui uestro, et etiam cum his quitamus uobis illas hereditates quas uos a nobis tenebatis in pignore in Brium superiori, et in riu Malo et in his locis omnem uocem nostram et quicquid ad nos pertinet damus uobis pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, ut possideatis et habeatis eam liberam et uestro dominio subiectam imperpetuum. Si quis autem nostre partis uel aliene hoc factum nostrum impedire temptauerit, sit maledictus et cum Iuda in inferno dampnatus.

Facta carta sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a} quot VIII kalendas iunii. Rege domno Adefonso regnante cum regina domna Berengaria in Legione et in Gallecia et in Asturias et in Extremadura. Domno Gomecio comite in Trastamar. Apud Compostellam archiepiscopo domno Petro Suarii. Petrus ts., Rodericus ts., Iohannes ts., Froila Ouequiz cf., domnus Ouequs cf., Petrus Gutterit cf., Pelagius Bafua cf., Ego Nunio Eriz et uxor mea Maria Petri una cum filiis et filiabus nostris in hac carta manus proprias roboramus. Henricus qui notuit.

Tumbo II, fols. 128 v.-129 r.

350

A. 1192, Septiembre 29 P.

DE CARTIMIR

Sub Christi nomine. Ego Petrus Martini et uxor mea Maria Pelagii et filiis nostris et omnis uox nostra, uobis abbati domno Thome monasterii Sancte Marie Superaddi et omni conuentui eiusdem monasterii, insimul facimus kartulam uenditionis de tota hereditate quam hodie in nostro iure tenemus iuxta ipsam uestram uineam de Cartimir in ripa maris, et est diuisa quomodo incipit per ipso marco qui stat in caput de ipsa aqua de Giraldi et inde per Lamegario et inde per ipso nido de Coruo et inde per ipso laboradio de Fontania et inde quomodo diuiditur de hereditate de Sarantes et inde quomodo uadit ad ipsum marcum qui stat in ripa maris. Istam hereditatem integram sicut est diuisa in toto giro uendimus uobis pro precio quod a uobis accepimus, uidelicet uno boue optimo et medio de uno puldro et totum precium completum est. Deinceps habeatis eam firmiter et faciatis de ea totam uestram uoluntatem in seculorum secula. Et nos concedimus uobis super nos et super omnia bona nostra ut semper defendam uobis istam hereditatem de totis hominibus. Si autem aliquis ex nostra parte uel extranea hoc nostrum factum irrumpere temptauerit, sit maledictus et in quadruplum componat quantum calumpniauerit et pro auso terre (temerarie) solidos CCC exsoluat et hoc nostrum factum maneat firmum.

Facta karta uenditionis III kalendas octobris in era M^{a} CC^{a} XXX^{a}. Hoc superius memorati in hac carta quam fieri iussimus manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Petrus ts., Munio ts., frater Pelagius magister de Reparade cf., frater Pontius magister de Brion cf., frater Gundisaluus magister de Cartimir cf., Iohannes Moniz cf., Petrus Iohannes cf., Froila Pelagii cf., et alii plures unanimiter cf., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 129 r.

351

A. 1200, Diciembre 6 P.

DE EUSUDIIS ET DE BOUZA DA INFESTA ET DE PEREIRU

In Dei nomine. Nos filii de Froila Petri et omnis uox nostra, uobis fratribus de Superaddo facimus kartam uenditionis de hereditate nostra quam habemus de successore auorum nostrorum in Guiralde et in Xudris et in boza de Infesta et in Pireyru, quantum pertinet ad nostram uocem ab aqua de riuulo Malo usque ad grangiam. Damus itaque uobis predictam hereditatem per manum de Petro Martini de Balui et de Petro Aluo pro XII solidos et una taega de cibaria in robore, precium quod nobis et uobis bene complacuit et precium totum nobis dedistis. Si quis igitur hanc kartam infringere uoluerit, sit maledictus et cum Iuda Domini traditore in inferno dampnatus, insuper ipsam hereditatem uobis duplet uel triplet. Similiter ego Perrote et omnis uox mea uobis fratribus de Superaddi uendo omnem portionem meam quantum habeo in supradictis locis ab aqua de riuulo Malo usque ad Grangiam pro X solidos et una teiga de cibaria in robore. Nos supradicti hanc kartam quam facere mandauimus propiis manibus roboramus.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a} et quot VIII idus decembris. Qui presentes fuerunt: Poncius conuersus cf., Munio conuersus cf., Petrus Alberge cf., Munio Gunzaluit, Gunsaluus Nunit ts., Iohannes Martini ts., Petrus Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 129 r. y v.

352

A. 1220, Febrero 1 P.

DE GAUTELLUS DE IUSANUS

In Dei nomine, ego Iohannes Pelagii cognomento Gurdu, uobis abbati domno Henrico et omni conuentui de Superaddo, facio kartam donationis imperpetuum ualituram de omni hereditate quam habeo siue

habere debeo in uilla que dicitur Gantelus de Iusanus concurrente ad ecclesiam Sancti Uincentii in terra que dicitur Bisaucus iuxta riuum de Iuuia. Trado itaque uobis supradictam hereditatem quam habui ex parte matris mee domne Azende Pelagii, cum omnibus pertinenciis suis, scilicet integram portionem matris mee, cum omnibus bonis suis pro remedio anime mee et parentum meorum quorum fuit hereditas ut participes simus in omnibus beneficiis et orationibus uestris.

Facta karta donationis et quitationis sub era M[a] CC[a] L[a] VIII[a] apud Superaddum in die kalendarum februarii. Si quis igitur contra hanc cartam quam fieri iussi ad irrumpendum uenerit sit maledictus usque ad VII[a] generationem et iram Dei omnipotentis habeat et quod inuaserit in quadruplum reddat, et carta perpetuum obtineat robur. Huius rei sunt testes: Prior domnus Petrus Ueremudi ts. et cf., frater Iohannes Ueremudi ts. et cf., domnus Ueremudus Petri ts. et cf., Iohannes Martini qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 129 v.

353

A. 1190, P.

DE CARTIMIR ET DE BOUZA ROTUNDA

Sub Christi nomine. Ego Froila Pelaiz uobis fratribus de Superaddo prenominatos Pelagio de Armentaria, magister de Reparade, facio kartam de mea hereditate propria que ego habeo in terra Trasanquos de parte de meo patre quomodo ego habeo uel habere debeo per ubi eam melius potueritis inuenire a Bouza de Toucia de Cartimir Denfesto per ubi se desparte de Sarantes, quomodo ex parte per ocaham de Guiraldi et finit ibi et intrat in flumine et accepi de uobis precium X solidos et in roboratione VI denarios. Ita ut de hodie die sit de iuri meo sit abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata. Si quis aliquis homo de parte mea uel de extranea ad isrumpendum uenerit sit maledictus et excomunicatus et a uoci regie pariat C[m] solidos et quantum calumpniauerit in duplo reddat.

Facta karta in era M[a] CC[a] XX[a] VIII[a] in temporibus rex Adefonsus. Comite Comes. Maorino Menendus Gundisaluus. Episcopus R[odericus]. Archidiaconus M[artinus Macias]. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pe-

lagio Colpe ts., Iohanne Froila ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Martinus ts., Iohanne Gundisaluit monachus de Sancto Martino laudo et cf., Munior frater laudo et cf., Et ego Froila Pelait manus meas proprias roboro. Froila Froilat capellano de Sancto Martino qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fols. 129 v.-130 r.

354

A. 1223, Julio 15 P.

DE SARANTES

In Dei nomine, ego Maria Petri dita Babirza, uobis fratres de Sancta Maria de Superaddo do uobis pro anima mea et de meis parentes mea hereditate que ego habeo in uilla que uocitant Sarantes, de auolos meos in territorio Trasanquos subtus monte Petroso discurrente ad ecclesiam Sancti Saluatoris, inter fluuius rio Maiore et Iuuia, pro anima mea do ista hereditate et pro precium que mihi et uobis bene placuit, XV solidos et duas cabras, in uita sua habeat illa medietatem et de suo fructo et post mortem meam libera et quita tota remaneat. Ita ut de hodie die uel tempore de iuri nostro sit abrasa et in uestro iure sit confirmata. Si quis tamen quod fieri non credo, aliquid homo de parte mea uel de extranea istam kartulam ad isrumpendum uenerit tunc pariat uobis CC^{os} solidos.

Facta karta uenditionis era M^{a} CC^{a} LX^{a} I^{a} et quot idus iulii. Ego Maria Petri dita Babirza in ista karta manibus meis roboramus pro uno caseo que mihi dedistis. Regnante rege Adefonso. Ricome Rodericus Gomez. Maiordomus Martin de Miino. Episcopo domnus Martinus. Archidiaconus Simeon. Alcaldes de Ferol, Rodericus Gundizaluiz, Ueremudus Pelagii. In Brion magister Iohannes Ueremudi, stalario frater Petrus Caparino, Petro Martiniz de Brion cf., frater P[etro] cf., frater M[artino] cf., Iohannes Petri clerico, Petro Pelaiz clerico ts., Iohannes Munionis clerico ts., Vincentio Petri ts., Gundisaluo Petri ts., Micahel Pelagii qui notuit.

Tumbo II, fol. 130 r.

355

A. 1199, Septiembre 26 P.

DE MARINIANO ET DE UILLA OSAZ

Ego Iohanne Fernandi et Petro Fernandi et Gomez Fernandi et Martinus Fernandi, mandamus et concedimus Deo et Sancte Marie Superaddi totam nostram hereditatem et nostrum habere totum si nos non habuerimus filios, si autem filios habuerimus IIª partes tantum damus Superaddi et terciam partem remaneat filiis nostris, et mandamus in presenti nostram hereditatem totam de Mariniano et de Ualuem et de Villa Osaz et insuper, ubi uestros boues et homines de uestris grangiis uoluerint laborare concedimus uobis et mandamus et hoc quitamus et damus Deo et Sancte Marie nostram portionem de Molinis et de Sancto Christoforo et hoc facimus pro pro remedio animarum nostrarum.

Facta karta in era Mª CCª XXXª VIIª et quot VI kalendas octobris. Qui presentes fuerunt: Petro Pelaz de Sancto Matheo monachus cf., Petrus Martiniz de Balui cf., suus filius Pelagius Petri cf., P[elagio] qui notuit.

Tumbo II, fol. 130 r. y v.

356

A. 1222, Noviembre 13 P.

KARTA DE LEIXA

Hoc est placitum et conuenienciam inter fratres Superaddi et domna Maior Diaz et domna Marina Garcia, super hereditate de Leixa et de Furones et de Pousada et Uilalberti, ecclesiastica siue laicalia, et est nominata IIIIª parte habebat domno Ordonio Pelagi de parte suos auolos que dedit a Sancta Maria Superati sua germana, et est ipsa domna, matre de domno Fernando Roderici de Benedicti que est Superati, et de plus que uecerunt fratres Superaddi per directo de Froila Ordoni et de

suo frater Martinus Ordonii que calumpniabant ista uoce sine nullo directo. Venerunt fratres Superaddi per compositionem per multos bonos homines que ipsas dominas domna Maior Diat et Marina Garcia teneant de ipsa hereditate medietate in prestimonio in omni uita eorum et adiuuarent melius que potuerint, et quando eas obierint remaneat ista hereditate a Sancta Maria Superati in pace. Si nullus homo uenerit calumpniare ista hereditate et per directo sine forcia uincerit ea medietate remaneat ad Superati in pace, de ista hereditate si non uincerit ea integra remaneat Superaddi. Si aliquis homo de nostra parte uel de extranea frangere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et ad aliam partem CC^{os} solidos reddat et placitos sint semper firmos.

Factos placitos in era M^{a} CC^{a} LX^{a} et quot idus nouembris. Regnante in Legione Adefonsus. Ricome Roderico Gomez. Suo maiordomo, Martino de Miino. Episcopo domno Martino, Dayanus Simeonis. Abbate Petrus Gundisaluit. In Ferrol alcaydes: Roderico Gundisaluit et Ueremudo Pelagii. Tenente ecclesiam Sancti Petri de Leyxa domnus Oueco Froila presbiter. Don Iohanne Ueremudit magister de Reparade ts., Queco Froila presbiter ts., Iohannes Ueremudi de Mandian ts., Petro Menendit ts., Petro Martiniz ts., Petro Sachio ts., Fernan Pelagii ts., Petro Iohannes ts., Petro Fernandit de Ferrol ts., Et alii multi qui uiderunt et audierunt ts., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 130 v.

357

A. 1186, Mayo 25 P.

DE CARTIMIR

Era M^{a} CC^{a} XX^{a} IIII^{a} et quot VIII^{a} kalendas iunii. Ego Petrus Pelaiz et Rudericus Pelaz et omni uoce nostra, uobis Petrus Faber magister Reparade et fratrum eiusdem loci, tam presenti quam futuri, facimus placitum firmissimum in solidos C^{m} roboratum tali pacto ut demus nostras iermanas ad roborandum usque ad diem Sancti Iohannis uenturum hereditate de clausa Cartimir de porto Giraldi usque ad Ecclesiola per omnes suos terminos quomodo sunt adsignati cum homines de Baloni, adicimus uobis nostros corpus et nostra hereditate et nostro habere, ut de hodie die sedeat uestra comenda, et si obierimus et filios non relinquerimus tota nostra directura maneat apud fratres Reparada, et si

filios habuerimus, ad obitum nostrum partem faciamus ad Superado de nostra hereditate siue de abere, scilicet III[a] parte, et fratres debent nobis adcommodare uel manleuare super nostro habere uel super nostra hereditate quanto uiderint in saluo habere, ad nostra oppressione de plagas siue de infirmitate, uel si tales fuerimus ut recipiatis nos ad sepulturam et ad conuersionem, et nos debemus esse uobis fideles amici, uendere aut donare uel subpignorare nostra hereditate ad uobis sine dubitatione. Qui presente fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Arias ts., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fols. 130 v.-131 r.

358

A. 1200, Noviembre 27 P.

DE UILLA BUILLI

In nomine Domini. Era M[a] CC[a] XXX[a] VIII[a] et quot V° kalendas decembris. Nos Martinus Fernandi, Iohannes Fernandi, Petrus Fernandi et Gomez Fernandi fratres, et ego Fernandus Iohannis et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi et uoci uestre, ponimus in pignore pro solidos CC[os]II quantam hereditatem habemus cum suis directuris et bonis a muro de uilla Builli per antas de super ponte usque ad uestram grangiam de Brion, quam scilicet teneatis impace et habeatis ex ea omnem lucrum, quousque uobis persoluamus solidos CC II de Sancto in Sanctum Martinum. Quod si nos hoc scriptum fregerimus duplemus uobis supradictos solidos et exeamus cum torto. Qui presentes fuerunt: frater Pontius cf., Iohannes Martini de Heremita cf., Petrus Maurus cf., Petrus Albus cf., Froila Stephani cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 131 r.

359

A. 1227, Abril 18 P.

DE SANCTI ANDREE DE BRION

Era M[a] CC[a] LX[a] IIIII[a] et quot XIIII kalendas maii. Ego priore domnus Uilielmus una cum conuentu Beati Martini de Neda et omni uox nostra, uobis abbas domnus Gundisaluus et omni conuentu Beate Marie

de Superaddo et omni uox uestra facimus uobis pactum et placitum et scripture firmitatis et adligabile uerbum in solidos D^{os} roboratum de IIII^{a} Sancti Andree de Brion que damus uobis pro concambia de uestra hereditate pernominata Sada, de illos Coteses medietate integra, que uobis nobis donatis sicuti eam uobis ganastis de comes domnus Gundisaluus et de Suerius Melendiz cum sua directura sine homine, tali pacto, ut habeatis quarta integra de Sancti Andree cum sua directura, extra portum de Arena de Paradiso que damus ad Sancti Martini liberum et quietum de nostra uoce de Superaddo in secula cuncta, et de cetera alia hereditate de Sancti Martini non accipiamus per nulla iussione de nullus homo sine licentia de conuentu Beati Martini. Et si mentiose fuerimus et hoc placitum irrumpere uoluerimus, quisquis de nobis comiserit, pariat ad uoce alterius quod supra resonat. Nos iam supranominati in hoc placitum manus nostras proprias roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Arias ts., Rodericus Froila, Gundisaluus Adefonsus cf., Veremudus Froilaz cf., et cetera curia comes domnus G. qui uiderunt ts. et cf., Et hoc scriptum semper obtineat robore in secula cuncta, tam nobis et uoce nostre. Ego priore domnus Uilielmus roboro et confirmo. Pelagius Iohannis qui notuit et cf.

Tumbo II, fol. 131 r.

360

A. 1226, Marzo 15 P.

DE SARANTES

Initium scripti fiat in nomine Christi. Ego domnus Fernandus Iohannis et uxor mea domna Inxemena et uox nostra, facimus cartam donationis in perpetuum ualituram Deo et Sancte Marie Superaddi et uobis abbati domno Anrico et conuentu eiusdem loci de VI^{a} partem ecclesie Sancti Saluatoris de Sarantes, quam habemus de nostra ganancia, et damus uobis illam pro remedio animarum nostrarum, ita tamen quod in uita amborum tantum tenebimus eam in prestimonio de manu uestra, post mortem nostram quita et libera remaneat monasterio uestro. Quicumque contra hoc factum nostrum uenerit, Dei maledictionem incurrat et parti regi et uestre CC^{os} aureos persoluat. Et hec carta semper maneat firma et stet in robore.

Facta carta donationis idus marcii, era Mª CCª LXª IIIIª. Ego domnus Fernandus Iohannis et uxor mea domna Inxemena pro nobis et pro omni uoce nostra, in hac carta que iussimus fieri manibus roboramus, regnante rege nostro domno Adefonso. Qui presentes fuerunt: Iohannes Fernandi, miles cf., Iohannes Petri, miles dictus Mera cf., Stephanus Peirer cf., dum Per d'Acosta cf., Gozbert cf., domnus Iohannes Didaci, uestiarius cf., Munio Petri, monachus cf., Iohannes Ueremudi, monachus cf., Petrus Oueci, monachus cf., frater Munio cf., Iohannes Romeu notarius Crunie, iuratus scripsit et hec est signum eius.

Tumbo II, fol. 131 r. y v.

361

A. 1226, Marzo 15 P.

DE UALUEM ET DE SOUTO

In Dei nomine. Notum sit tam presentibus quam posteris, quod ego Iohannes Fernandi miles et uox nostra, facio cartam donationis imperpetuum ualituram Deo et Beate Marie Superaddi et uobis abbati domno Henrico et conuentu eiusdem loci, de hereditate mea de Ualuen quam uobis do in presenti, pro remedio anime mee et parentum meorum, ut habeatis et possideatis iure hereditario euo perhenni et seculo. Super hoc quito uobis et adnuncio demandam quam faciebam in hereditatibus de Brion et de Riuo Malo. Et insuper mando uobis ad mortem meam quantum ad me pertinet in uilla de Sauto quod in concurrentia Sancti Saluatoris de Sarantes, ita quod ego teneam illam in uita mea, post mortem meam habeatis illud iure hereditario euo perhenni et secula. Quicumque contra hoc factum meum ad irrumpendum uenerit, Dei maledictionem incurrat et parti regi et uestre CCos aureos persoluat, Et hec carta semper maneat firmat et stet in robore.

Facta carta donationis idus marcii, era Mª CCª LXª IIIIª. Ego domnus Iohannes Fernandi, miles, pro me et pro omni uoce mea, in hac carta que iussi fieri manu mea roboro. Regnante rege nostro domno Adefonso, Archiepiscopo domno Bernardo. Rudericus Gomez ricome. Qui presentes fuerunt: Fernandus Garsie, miles cf., Iohannes Petri, miles dictus Mera cf., Rudericus Menendi, armiger cf., Stephanus Peirer cf.,

dum Per da Costa, Gozbert cf., domnus Iohannes Didaci uestiarius cf., Munio Petri, monachus, Iohannes Ueremudi, monachus cf., Petrus Oueci cf., frater Munio cf., Iohannes Romeu notarius Crunie, iuratus scripsit qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fols. 131 v.-132 r.

362

A. 1186, Mayo s. d. P.

DE UILELA

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Hoc est pactum et conuenientia que fit inter fratres Superaddi et Uemudum Menendi. In primis Ueremudus Menendit roborat et confirmat testamentum et donationem auorum suorum, tam de hereditatibus quam de ganato siue de aliis quibusque rebus. Deinde Uillelam quam tenebat contra uoluntatem ipsorum fratrum, sicut moris est, integrat eis per arboris ramum. Et super hoc misit manus suas inter manus abbatis domni Fernandi ut esset illis familiaris et amicus fidelis. Et ad obitum eius, si opportuerit, ipsi fratres debent illi dare in monasterio Superaddi sepulturam. Si uero ipse habitum religionis uoluerit interim accipere in Superaddo, debet esse et non in alio loco. Fratres autem Superaddi pro his omnibus concedunt illi partem omnium bonorum spiritualium ordinis sui et insuper debent eum et res suas iuxta posse suum defendere et amparare. Dant etiam illi, quartam integram ipsius iam dicte uille de Uillela ut plantet et hedificet et populet eam et teneat in uita sua, et ad obitum suum cum omnibus que ibi habuerit et augmentauerit libere Superaddo sine contraditione relinquat. Et fratres debent illi accomodare pecuniam super talem hereditatem, per quam eam habere possint, si forte, quod absit talem ipse habuerit necessitatem quam sustinere non possit.

Facto scripto me[n]se maio, era M^{a} CC^{a} XX^{a} IIII^{a}. Filii et filie ipsius Ueremudi Menendi ts. et cf., Gundisaluus ts., Iohannes ts., Petrus ts., Qui presentes fuerunt: Iohannes Adefonsi cf., Iohannes Roderici cf., Petrus Iohannis cf., Veremudus Menendi cf., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fol. 132 r.

363

A. 1208, Junio 26 P.

DE SARANTES

Era M[a] CC[a] X[La] VI[a] et quot VI[o] kalendas iulii. Hoc est pactum et placitum firmissimum inter fratres Superaddi et comitem domnum Fernandum, filium comitis domni Nunonis et regine domne Tarasie, in mille morabitinos roboratum. Si quidem predictus comes domnus Fernandus calumpniam ingerebat fratribus Superaddi super hereditatem et cautum de Sarantes et super alias causas, vnde factum est quod predicti fratres acomodauerint prefato comiti mille solidos ualente marcha argenti L[a] solidos, tali uidelicet pacto, ut ipse comes domnus Fernandus cesset ab illa calumpnia quousque predictus comes uel qui eius uocem pulsauerit supradictos mille solidos eisdem fratribus persoluat. Qui hoc placitum fregerit sit maledictus et cum Datan et Abiron quos uiuos terra absorbus iam dicti fratres habuerint quos usque ego uel uox mea uenerit a calumpnia quam fratribus Superaddi ingerebam cesso et hoc placitum, quod fieri mandaui, laudo et confirmo. Dimitto etiam eisdem fratribus totam uocem inquisitionis reditus, quem interim de predictis hereditatibus iam dicti fratres habuerint quousque ego uel uox mea uenerit ad ineundum cum predictis fratribus iudicium super predictas hereditates. Qui presentes fuerunt: Domnus Pelagius quondam abbas Superaddi ts. et cf., domnus Fernandus Suarii magister conuersorum ts. et cf., subprior domnus Petrus Ueremudi ts. et cf., Veremudus Pelaez maiorcellerarius ts. et cf., Petrus Iohannis cantor ts. et cf., Suerius monachus ts. et cf., Iohannes Martini monachus ts. et cf., frater Ouequs Froile ts. et cf., Rodericus Ouequi de Piauela ts. et cf., Fernandus Nuni de Parrega ts. et cf., Gil Guillelmi ts. et cf., Munio Fernandi ts. et cf., Iohannes Guillelmi ts. et cf., dum Telu armiger comitis ts. et cf., Petrus Gunzaluiz ts. et cf., Guillelmus de Conca balistarius ts., Nuno ts., Dominicus Abade notarius comitis ts., Petrus qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 132 r. y v.

364

A. 1203, Diciembre 12 P.

DE SARANTES

Era M^{a} CC^{a} X^{La} I^{a}, IIe idus decembris. Ego domnus Gundisaluus Nunonis et regine domne Tarasie, vobis priori Fernando Suarii et fratribus Superaddi, mitto in pignore quicquid habeo uel habere debeo ego et fratres mei in uilla que uocatur Sarantes de Trasanquos pro mille et CCC^{os} solidos ualente marcha argenti canonice beati Iacobi solidos X^{L} V solidos, tali conuenientia: quod si ego transiero antequam persoluam uobis predictam pecuniam, habeatis inde V^{am} partem que ad me pertinet pro anima mea et super totam aliam habeatis CCC^{os} morabetinos quos habeo super eam, excepta portione comitisse domne Sancie. Quod si frater meus comes domnus Fernandus ius suum inde habere uoluerit, persoluat uobis illos CCC^{os} morabetinos pro quibus obligauit eam. Si uero aliquis ex fratribus meis, de iure suo aliquid uobis in ea, aliquo modo dederit, liceat uobis illud accipere. Concedo autem uobis fructus predicte hereditatis et quicquid inde habueritis quousque redimatur pro multo seruitio et beneficio quod mihi fecistis. Quod si aliquis uobis in ea uiolentiam aliquam fecerit, ego debeo uos defendere pro posse meo. Insuper dedistis mihi LXXX^{a} solidos et concedo fructum hereditates pro male que ego feci uobis. Qui presentes fuerunt: Prior domnus Fernandus Superaddi ts., Cellerarius Ueremudus Petri, P[etro] Petri monachus ts., frater Froila Cambas cf., frater P. Iohannis de Ponte cf., capellanus P. Munionis, frater eius Martinus Munionis, Didacus Didaci miles, Iohannes Fernandi cf., Martinus Pelaiz, Iohannes Petri presens fuit, notuit et cf.

Tumbo II, fol. 132 v.

365

A. 1204, Noviembre 23 P.

DE SARANTES

Notum sit presentibus atque futuris quod ego Aluarus Nuniz, filius comitis domni Nunonis et regine domne Tarasie pro remedio anime mee parentum meorum uiuorum et defuntorum, dono quintam partem uille

de Sarantes in Trasancos, et inde facio kartam testamenti firmissimam Deo et Beate Marie, et uobis abbati domno Pelagio et toti conuentui de Superaddo, donans uobis totum quod de ipsa uilla ad me pertinet, cum omnibus directuris suis et que ad uocem ipsius uille pertinent tam intus quam foris, cum hominibus, uillulis, nemoribus, pratis, pascuis, exitibus, terris cultis et incultis, sicuti ad me pertinet sic ex integro in uestrum trado dominium. Vt eam ab hac die et deinceps habeatis et uestram de ea uoluntatem faciatis iure possessionis perpetue. Si quis autem hominum hoc factum meum irrumpere temptauerit et uos, aliquo modo super his que uobis dedi molestare presumpserit, maledictionem maledictionem *(sic)* Dei omnipotentis incurrat et quod inuaserit reddat in quadruplum et insuper parti regie D morabitinos exsoluat, et hoc factum meum perpetuum robur obtineat.

Facta carta sub era M^{a} CC^{a} XL^{a} II^{a} et quot nono kalendas decembris, in ualle de Trunco in uilla que uocatur Turris de Lubaton. Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes, Rodericus ts., Dominicus qui notuit.

Tumbo II, fols. 132 v.-133 r.

366

A. 1204, Noviembre 11 P.

DE SARANTES

In Dei nomine. Ego Comitissa domna Sancia facio kartam testamenti firmissimam Deo et Beate Marie, et uobis abbati domno Pelagio et toti conuentui de Superaddo de quinta parte uille que uocatur Sarantis, in terra Trasancos, quam uidelicet ego una cum filio meo Nuno Sancii uobis dono cum pertinenciis et directuris suis et omnibus que ad uocem ipsius uille pertinent, tam intus quam foris, cum hominibus, uillulis, pratis, pascuis, exitibus, terris cultis et incultis, sicuti ad me pertinet, ita uobis eam ex integro dono, pro remedio anime mee et parentum meorum tam uiuorum quam defuntorum, ut eam possideatis et uestram uoluntatem de ea faciatis iure possessionis perpetue. Si quis autem hominum hanc cartam uestre confirmationis irrumpere temptauerit, et uos aliquo modo super his que uobis dedi molestare sumpserit, maledictionem Dei omnipotentis incurrat et quod inuaserit reddat in quadruplum, parti regie

D^{os} morabetinos exsoluat, et hoc nostrum factum perpetuum robur obtineat.

Facta carta donationis sub era M^{a} CC^{a} XLII quot III° idus nouembris, in terra de Fulieda in uilla que uocatur Uzolis. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Rodericus ts., Dominicus qui notuit.

Tumbo II, fol. 133 r.

367

A. 1198, Octubre 27 P.

DE BRION

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Nos Petrus Martini et Willelmus et Munio Gundisalui et Pirroch, facimus kartam donationis et quitationis de nostra hereditate quam querebamus infra marcos uinee de Briuncino, damusque eam uobis domno Bernardo abbati Sancte Marie Superaddi et omni conuentui uestro, tam presenti quam futuro, pro remedio anime mee et parentum nostrorum, ut possideatis ab isto die et deinceps quicquid ad nos pertinere uidebatur in eodem loco et sub uestro iure ac dominio perseueret per secula cuncta amen. Si quis autem ex nostra parte uel aliena hanc cartam nostre institutionis irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et quod inuaserit in duplum restituat.

Facta karta sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VI^{a} quot VI kalendas nouembris. Regnante rege domno Adefonso apud Legionem. Presidente comite domno Gomez in Trastamar. In sede Compostellana archiepiscopo domno Petro Suarii. Nos supranominati in hac carta proprias manus roboramus. Qui presentes fuerunt: Rodericus ts., Gundisaluus Roderici cf., Nuno ts., Ouequo ts., Petrus Ouequiz cf., Iohannes Petri cellerarius cf., Bernardus monacus cf., Petrus de Untia cf., Veremudus Antenadus cf., Henricus qui notuit.

Tumbo II, fol. 133 r. y v.

368

A. 1165, Diciembre 26 P.

DE BALONI

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ad hec scripta fiunt ut que ueritatis luce resplendent, obliuionis nebula in posterum non obfuscentur. Inde utique est quod ego Menendus Petriz et mea muliere et omnis uox mea, uobis Iohannes Adefonsus et uxor mea *(sic)* Eluira Pinoiz et omnis uestra, facio kartam uenditionis de ipsa hereditate quam habeo in terra Trasancos, in uilla dicta Baloni et casal Nuni media sexta et media duodecima de Baloni et do uobis eam pro precium nominatum, in primis duos armentios adpreciatos solidos XXX^{a} et denarios solidos XVIII, et ista hereditate iacet subtus monte Paonte et per montem Petroso et per castrum de uilla Sancti, et per fontem Astrili et per fluuium de Barcha et per arenam de Paradiso et per brion de Susano et per fluuius Malus, et ista hereditate curret ad Sancti Romani de Dunius. Sic uendo uobis totum meum directum de ipsa hereditate quantum ibi habeo uel habere debeo per suos terminos antiquos, cum casis et casalibus et petris, tam mobilibus quam immobilibus et cum suo exitu et introitu, ad montem et ad aquas, cum omnibus suis directuris, intus et foris, pro qua accipio de uobis bene placitum precium, sicut superius resonat et pro roborationem uno sextecro de fauas, et de precio nichil remansit indebito. Ita ut ab hac die sit ipsa hereditas de iuri meo ablata et in uestrum ius sit data et confirmata, ut habeatis et possideatis uos et posteritas uestra post uos. Si uero aliquis ex propinquis uel extraneis uobis eam calumpniauerit, quod calumniauerit duplo componat, et ad partem regi pariat solidos D^{os}, et hoc scriptum raptum maneat et firmum.

Era M^{a} CC^{a} III^{a} et quot VII kalendas ianuarii, in temporibus regis Fernandi regnante in Legione, Gallecia. Comes in Trastamar Fernandus Gundisaluiz. Episcopus in uilla Maior domni Pelagius. Archidiaconus terre Petrus Iohannis. Abbas in Sancta Cecilia domni Menendus. Maiordomus terre Suarius Froilaz. Ego Menendus Petriz et mea mulier in hanc kartulam manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus Ouequiz cf., Froila Froilaz cf., Martinus Petriz cf., Fernandus presbiter cf., Froila presbiter cf., Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Martinus ts., Suarius ts., Munio Diaz qui notuit.

Tumbo II, fol. 133 v.

369

A. 1201, Julio 15 P.

DE RIUO MALO

In Dei nomine. Hec est carta comparationis de hereditate quam comparauit frater Pelagius de Armentaria in Grangia de Brion. Ego Pelagius de Armentaria comparaui omnem hereditatem de Munionem Gundisalui quam trahunt de Riuulo Malo usque in Brion, et de sua uxore Maria Petri quantam habet de Riuulo Malo usque ad aquam Iuuie. Ego frater Pelagius de Armentaria dedi illis pro ipsa hereditate unum bouem adpreciatum XX solidis et IIII^{or} solidos quos illis iam ante dederam et II solidos pro roboratione. Quod si aliquis de filiis eorum quomodo nati sunt uel qui post nascituri sunt uel quibuslibet de parte eorum hoc pactum irrumpere uoluerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et regi et domino terre L^{a} aureos persoluat.

Facta karta apud Superaddum era M^{a} CC^{a} XXX^{a} IX^{a} et quot VIIIX° kalendas augustas, per manus domni Pelagii Ouequiz prioris et per manus domni Ueremudi cellarii cf., Petrus Martini ts., domnus Willelmus ts., Petrus Maurus ts., Pelagius archidiaconus ts., Fernandus Menendi ts., Nuno Iohannis ts.

Tumbo II, fols. 133 v.-134 r.

370

A. 1177, Julio s. d. P.

DE DONIUS

In nomine Domini. Ego Munio dictus Caballus de Donius et omnis uox mea, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio cartam uenditionis seu donationis in perpetuum ualituram, de III^{a} integra unius quarte de Donius cum suis directuris et pertinenciis pro solidis IIII et pro remedio anime mee. Ab hinc igitur habete eam et possidete imperpetuum. Et qui contra hoc meum uoluntarium factum

uenerit ad irrumpendum sine fine maledictus et condempnatus permaneat, et pariat uobis solidos L[a] et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta mense iulio, sub era M[a] CC[a] XV. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro. Qui presentes fuerunt: Frater Iohannes cf., frater Marti cf., Petrus Uermuit cf., Petrus Froile cf., Petrus ts., Martinus ts., Munio ts., Pelagius qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 134 r.

371

A. 1192, Septiembre 29 P.

DE CARTIMIR

Sub Christi nomine. Ego Petrus Martiniz et uxor mea Maria Pelaici et filiis nostris et omnis uox nostra, uobis abbati domno Thome monasterii Sancte Marie Superaddi et omni conuentui eiusdem monasterii, insimul facimus cartulam uenditionis de nostra hereditate quam habemus iusta ipsam uestram uineam de Cartimir in ripa maris, et est diuisa quomodi incipit per ipso marco que sta in caput de ipsa aqua de Giraldi, et inde per Lamegario, et inde per ipso Nido de Coruo et inde per ipso laboradio de Fontania, et inde quomodo se ex parte de hereditate de Sarantes, et inde quomodo uadit ad ipsum marcum que sta in ripam maris. Istam hereditatem integram sicut est diuisam in totoque giro uendimus uobis et concedimus pro precio que de uos accepimus, uidelicet, uno boue obtimo et medio de uno poldro, quod nobis et uobis satis bene complacuit, et totum completum est. Deinceps habeatis eam firmiter et faciatis de ea totam uestram uoluntatem in seculorum secula. Et nos concedimus uobis super nos et super omnia nostra bona ut semper defendamus uobis istam hereditatem de totis hominibus. Si autem aliquis ex nostra parte uel extranea, contra hoc nostrum factum irrumpere temptauerit, quisquis fuerit, sit maledictus et in quadruplum componat quantum calumpniauerit, et pro ausu terre solidos CCC exsoluat, et hoc nostrum factum maneat firmum.

Facta kartula uenditionis III kalendas octobris in era M[a] CC[a] XXX[a]. Nos superius nominati in hanc cartulam quam fieri iussimus, manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Iohannes ts., Petrus ts., Munio ts., frater Pelagius magister Reparadi cf., frater Gundisaluo magister de Cartimir cf., Et alii plures unanimiter cf., Iohanne Moniz cf., Petrus Iohannes cf., Froila Pelaz cf., Pelagius notuit.

Tumbo II, fol. 134 r. y v.

372

A. 1208, Octubre 11 P.

DE CARTIMIR

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Notum sit presentibus et futuris quod ego Ouecus Nuniz, filius de Nuno Petri de Suneiro, uobis domno Petro Martini, cellerario et fratribus de Superaddo, facio kartam uenditionis de tota hereditate mea, quam habeo uel habere debeo in Cartimir a Petra Pausatoria de uia que uenit de Baloni usque ad mare, quicquid hereditatis ab istis terminis contra uos ego habeo uel uox mea, uendo uobis pro tribus solidos, et hoc factum meum semper maneat firmum.

Facta karta era M^{a} CC^{a} XL^{a} VI^{a}, quinto idus octobris. Qui presentes fuerunt: Domnus Petrus Martini cf., Petrus Odoarii cf., frater Poncius cf., Petrus Martini de Baloni cf., Froila Pelagii de Brium cf.

Tumbo II, fol. 134 v.

373

A. 1182, Septiembre 1 P.

DE UILLA AULFI

Era M^{a} CC^{a} XX^{a} et quot kalendas september. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego frater Arias celerarius Superaddi et Petro Sanchiz magister Reparati, uobis Ouequo Froilat et Ueremudo Menendit et uoci uestre facimus placitum, in D^{os} solidos roboratum, super uno pumare de uilla Aulfi, que diuidamus per medium nos et uos, et mando de uilla de Sarantelus de Froila Froilat, serrato integra et medio de ipso pumare, et alia manda de Sancto Georgio habeat Ouequo Froilat et Ueremudo Menendit et suos fratres. Et qui aliter fecerit penam placiti pariat. Domno Nuno Pelaez cf., Vela Pinonit cf., Iohanni Anfonsi cf., Roderico Louqura cf., Martino ts., Veremudo ts., Martinus qui notuit.

Tumbo II, fol. 134 v.

374

A. 1220, Julio s. d. P.

DE BALONI

Hoc est annuncium omnium querimoniarum et deliberatio totius iurgii et uniuerse demande que uertebatur inter fratres Superaddi, ex una parte, et Marinam Froile de Balone, cognomento Riolam, et filios eius et filias, ex altera. Siquidem ego Marina Froile una cum filio meo Ouequo Iohannis et filiabus meis et omnis uox nostra, vobis domno Iohanni Ueremudo magistro de Brione et fratribus Superaddi et omni uoci uestre, annuncio et quito illam demandam quam uobis demandabam de totis hereditatibus, quas ego et mater nostra Ardio Froile uobis donauimus atque uendiuimus a Riuulo Bono quomodo diuiditur de Balone usque ad Grangiam de Brione et omnem uocem de clausa de Cartimir, et annuntio et quito cum supradicto filio meo pactum illud quod feceram cum Petro Fernandi magistro tunc de Brion de concambia uillaris illius de Mougane, relinquo fratribus supradictis omnem hereditatem quam mihi dederant pro commutationem illius uillaris, et fratres relinquit mihi et quitant predictum uillare, et quitant mihi unam uacam appreciatam XXX^{a} solidos et X solidos in denariis. Si quis, autem, tam ex parte mea quam ex aliena, hoc pactum et annuncium frange[re] temptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et sit maledictus usque in septimam generationem et careat uisione Dei et angelorum eius, et uoci uestre C^{m} aureos exsoluere cogatur, et quantum inuaserit in duplum componat.

Facto scripto huius annunctii sub era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a}, mense iulii, in presentia alcallium et iudicum de Ferrol et aliorum bonorum hominum. Qui presentes fuerunt: Ve[re]mudus Pelaez alcallis cf., Petrus Pelaez alcallis cf., Petrus Fernandi iudex cf., Petrus Martini de Turre, Petrus ioglar ts., Martinus Petri ts., frater Iohannes magister de Brion, frater Pontius ts., frater Pelagius de Balone cf., frater Petrus obstalarius cf., Ego Marina Froile, una cum filio meo predicto et filiabus meis, in hoc scripto quod fieri iussi et concessi, manibus propriis roboramus et linguis concedimus et confirmamus. Munio qui notuit.

Tumbo II, fols. 134 v.-135 r.

375

Sin fecha, P. (s. XII)

DE MARIA PETRI

Hoc est placitum et conueniencia in C^m^ solidos roboratum, inter domna Maria Martinit et Gundisaluo Petri, supradicto ioco pro IIII^or^ annis labore ipso Gundisaluo Petri toto labore de domna Maria Martinit, et quanto auere abent ambos, diuidant per medium in pace et ganato similiter faciant tam maximum quam minimum, et ipse Gundisaluo Petri teneat ueritate a domna Maria et sedeat ad illa seruente et humiliter extra mo⟨r⟩te, quod si aduenerit que habeat sua muliere et suos filios medietate de toto quanto auere abent in pace. Et ipsa domna Maria faciat et Gundisaluo Petri ad magistro de Brion et suos fratres sedeat humilis et seruitiosus. Qui presentes fuerunt: Frater Froila ts., frater Pelagio Caluo ts., frater Pelagio de Balone ts., Roderico Froila de Carancia ts., Fernan Roderici ts., Petrus Aluo ts., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 135 r.

376

A. 1192, Noviembre 25 P.

DE BRION ET DE SUDREZ

Era M^a^ CC^a^ XXX^a^ et quot VII kalendas decembris. Hoc est pactum et conueniencia inter Gundisaluus Menendi et fratres Superaddi. Ego Gundisaluus Menendiz et uxori mee domna Maiori Ueremuiz et omni uoci nostre, damus ad fratres de Brion hereditate de Brion et de Sudres nostra et de nostros iermanos, in pignore pro LXX^a^ solidos Turonensis cum omnia sua bona, intus et foris, quantum ad nobis et nostros germanos pertinet uel pertinere debet, tali pacto, ut hereditate de Sudres siue de Baloni que hodie fratres tenent cum suo labore, nos damus eam per

cartam uenditionis nostra portione et de nostros iermanos integra, pro precio quale bonos homines elegerint inter nos per directo, per terminos pernominatos, per illo carrile que fecit Arias Ruderiz et inde per illo lamegario et inde ad Nido de Coruo et inde quomodo se exparte de laboradiu de Brion, et fratres deliberant mihi hereditate de Baloni per istos terminos, et hoc nostrum factum maneat semper firmum. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Arias ts., abbas domno Thoma Superaddi cf., Nuno Cota cf., Guter Muniz cf., Rodericus Gonzaluiz cf., Gonzaluo Froiaz cf., Petrus Martini de Baloni cf., Iohannes Iohanni qui est uicarius et auditor cf., Pelagius qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 135 r. y v.

377

A. 1208, Octubre 11 P.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Notum sit presentibus et futuris quod ego Ouequs Nuniz filius de Nuno Petri de Suneiro, uobis domno Petro Martini cellerario et fratribus de Superaddo, facio cartam uenditionis de tota hereditate mea quam habeo uel habere debeo in Cartimir a Petra Pausatoria de uia que uenit de Baloni usque ad mare, quicquid hereditatis ab istis terminis contra uos ego habeo uel uox mea, uendo uobis pro tribus solidis et hoc factum meum semper maneat firmum.

Facta carta era M^{a} CC^{a} XL^{a} VI, V^{o} idus octobris. Quis presentes fuerunt Domnus Petrus Martini cf., Petrus Martini cf., Petrus Odoarii cf., frater Pontius cf., Petrus Martini de Baloni cf., Froila Pelagii de Brium cf.

Tumbo II, fol. 135 v.

378

A. 1180, Noviembre 24 P.

DE COUAS ET YSMAELI

Era M^{a} CC^{a} XVIII^{a} et quot VIII kalendas decembris. Ego Roderico Gundisaluiz et uxor mea Guntrode Luz, ad uobis fratri Fernando et fratres de Sancte Marie de Sobrado, do ad uobis mea hereditate que habeo

in uestro cauto de Reparadi et in Couas que tenebat Froila Froilaz de me in pignore, et quod habeo ibi Hismaeli do a uobis in solidos C et XX^{i} in die ad Pasquela ista uetura, et det a uobis in denarios pacados de Angouinos, et quando uestros denariis haberetis, detis mea hereditate pagata. Qui presentes fuerunt: Petro ts., Pelagius ts., Petro notuit.

Tumbo II, fol. 135 v.

379

A. 1226, Mayo s. d. P.

DE CRESCENTE

Era M^{a} CC^{a} LX^{a} IIII^{a}, mense maio. Verum est quod ego dominus Lupus Nuniz una cum filiis meis et cum omni uoce mea, uobis fratribus Sancte Marie de Superado pono uilare meum de Crescenti in pignore pro CCCC^{os} solidos, tali conueniencia per placitum firmissimum in D^{os} solidos roboratum, ut habeatis et possideatis ipsum uilare sine omni contrarietate XII annos et post XII annos leuato uestro labore uobis et uestro fructu, debeo meum uilarem recipere si prius uobis dedero CCCC^{os} solidos quos mihi dedistis. Si autem ab illo die et deinceps, uoluero de uestro habere super predictum uilare, et uobis placuerit, ad placitum meum et uestrum erit. Et sciendum quod si ego abiero, antequam XII anni sint completi, debeo de ipso uilare mandam facere Sancte Marie de Superado, et si ego domnus Lupus Nuniz uel uox mea non potuerimus uos fratres de Superado defendere cum predicto uilare, debetis habere alium meum uilare de Auualdo. Qui autem hoc placitum fregerit, pectet aduerse parti, penam placiti superius scriptam. Qui presentes fuerunt: frater Petrus Fernandiz magister Grangie de Brion cum fratribus suis, Petrus Pelagii de Sarantes, Iohannes Petri de Sarantes, Garsia Ueremudit de Mandiam, Iohanni Triuio, Iohanni Moniz, Fernando Roderici de Sarantes, Iohanni Lupit, Petrus de Nuce, alcaide, Petrus Martini iudicem de Ferrol, domnus Bonus de Sarantes, frater eius Fernandus, Martinus de Ramus, Veremudo Roderici, Martinus Fernandiz de Cautum, Ouecus qui notuit.

Tumbo II, fol. 135 v.

380

A. 1226, Diciembre 30 P.

Era M^{a} CC^{a} LX^{a} IIII^{a} et quot III^{a} kalendas ianuarii. Notum sit presentibus et futuris quod ego domnus Lupus Nunit una cum filiis meis et omni uoci mea, uobis abbati domno Henrico et conuentui de Superaddo, pono in pignore uilare meum de Crecenti, cum omni directura pertinenciis suis, pro C^{m} morabitinis, tali conditione, quod teneatis illud pro XV annos ab isto die in antea, et expletis illis XV^{em} anis quando dedero uobis iam dictos C^{m} morabitinos debetis restituere mihi uilare meum, levato inde toto labore et fructum uestro. Sin autem debetis tenere im pace ipsum uilare quousque persoluam uobis C^{m} morabitinos, et totum fructum quem inde habueritis, pro anima mea, uobis et uestro monasterio concedo. Et si infra istos XV^{em} annos obiero, facio mandam de ipso uilari Sancte Marie et uestro monasterio. Et si ego domnus Lupus Nunit uel uox mea non potuerimus uos defendere cum ipso uilari uel aliqua parte ipsius, debetis habere integratione in alio uilari meo de Auialdo. Si quis contra hoc factum nostrum uenerit, sit maledictus a Deo, et alteri parti mille solidos exsoluat, carta in suo robore permanente. Qui presentes fuerunt: Domnus Petrus Iohannes, monacus Superaddi ts., domnus Martinus Roderici, monachus Superaddi ts., frater Iohannes conuersus ts., frater Iohannes Ueremudi conuersus ts., frater Petrus Fernandi ts., frater Petrus Oueci ts., et alii multi qui uiderunt et audierunt. Dominicus qui scripsit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 136 r.

381

A. 1200, Enero 1 P.

DE BALONI

In Dei nomine. Ego Ferueo Ueremudiz a tibi Pelagio Eriz et uxor tua Guntrode Ferueici in domino Deo eterno salutem amen. Ob inde placuit mihi adque conueni nullus quogentis imperio nec suadentis

articulo, set propria mihi accessi bona uoluntas, ut facerem uobis kartula uenditionis sicut et facio de ipsa hereditate que iacet in terra Trasancos, uilla que uocitant Balon, iusta flumen Iuuia discurrente ad ecclesia Sancti Romani de Donius, et est IIII^{a} de ipsa uila de Baloni peruse enxebra de Sarantes et de Sancti Romano et peruse enxebra de Sancta Maria de Brion, per suis terminis et locis antiquis, petras mobiles uel inmobiles, aquas cursibiles uel incursibiles, casas cobertas uel discobertas, pumares, cereisales, perales, pomiferales, pratuis, pascuis, palludibus, sessigas molinarum uel quantum a prestitum hominis est, et accepi de uobis in precio uno caualo in C^{m} solidos, uno manto de precio de XXX solidos et XX^{i} cubitos de lenzo de dona Guntrode et XV solidos de denariis [et] quatuor cubitos de uiado, precium quod mihi bene complacuit, et de ipso precio nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die et tempore, de iuri meo abrasa et in uestro confirmata habeatis uos et omnis posteritas uestra; et si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo ad irrupendum uenerit uel uenerimus, pariat ipsa hereditate duplata uel triplata et quantum a uobis fuerit meliorata, et uobis et consanguineis uestris et uobis perpetim habitura.

Facta kartula uenditionis die quod erit kalendarum ianuarium. In temporibus Alfonso rex. Comes Petrus. Episcopo Munio Ualubriensi. Et si ego Ferueo Ueremudi uel homo extraneis mentiosi fuerimus, pariat ipsa hereditate quomodo sursum resonat, et D^{os} solidos.

Era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a}. Ego Ferueo Ueremudi a tibi Pelagio Eriz et uxor tua Guntrode Ferueiz in ac kartula manus meas roboraui. Qui presentes fuerunt: Suario ts., Ferueo ts., Munio ts., Vimara ts., Suario cf., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 136 r. y v.

382

A. 1212, Noviembre 13 P.

DE MOUM ASGODIT

Hoc est placitum et conueniencia inter fratres Superaddi cum Amador de Sarantes super hereditate que fuit de Moum Asgodit que tenebat Amador et tenent fratres Superaddi quod quanto plantauerit in ea Amador uel suos filios aut netos, uel inpignorauerint aut comparauerint uel

ganauerint semper habeant fraterno amore cum fratres Superaddi; et fratres Superaddi ita faciant cum eis et qualis prius potuerit eam aquirere per compra uel per nulla ganancia, semper in ea colligat alios, si uoluerit pagare custas et missiones, custauerit ipsa hereditate et ipse Amador et sua mulier et suos filios debent sedere uassallos de fratres Sancte Marie Superati, quando eos potuerit guardare et amparare. Et fratres Superaddi dimitent et quitant tota demanda a Amador et a sua mulier et a suos filios de anno multo in secula cuncta. Et quando uoluerit fratres aducere per a suo cellerario, fructum de ipsa hereditate faciant, nec in prestimonio nec per nulla causa, remaneat a Amador uel ad suos filios aut netis qui isto compleuerit et non ad alios. Et si nullus homo istos placitos uoluerit frangere, pectet C solidos.

Factos placitos in era M[a] CC[a] L[a] et quot idus nouembris. Regnante rege Adefonso. Ricus homo Roderico G[undisalui]. Suo maiordomo Martinus Martini. Episcopo domno Martino. Daianus don Simeon. Abbate Petro Gunzaluiz. Qui presentes fuerunt: Don Petro Fernandiz magister de Brium ts., Iohanne Iohanni monachi Superaddi ts., Fernandus Iohannes monachi ts., Pelagio de Laurenciana ts., don Bono de Sarantes ts., Martinus de Ramos ts., Roderico Coton. In Ferrol, alcaides: Vemudo Pelagii et Roderico Gundi[salui]. Tenente ecclesia de Sancti Saluatoris don Petro Pelagii et Iohanne Petri et Iohanne Monit. Laurencius notauit et est ts.

Tumbo II, fol. 136 v.

383

A. 1210, Junio 9 P.

DE CARTIMIR

Era M[a] CC[a] XL VIII[a], V idus iunii. Ego Guillelmus de Baloni, filius de Petro Froile, uobis domno Petro Martini, cellerario, et fratribus Sancte Marie de Superaddo fatio quitamentum et annuncium siquid habeo uel habere debeo, ego uel uox mea, infra clausuram uinee de Cartimir, sicut modo isto tempore plantata est et diuisa per marcos suos, et in robore detis mihi unam ouem uel capram cum filio suo. Qui presentes fuerunt: Domnus Bonus cf., Iohannes Iohanni cf., Munio Roderici cf., domnus Henricus, frater Pontius magister Repara[ti] cf.

Tumbo II, fol. 136 v.

384

A. 1203, Septiembre 29 P.

DE IGOURE

Ego Froila Petri de Barracidu, filius Petri Iohannis de Igoure, uendo uobis domno Suerio, infirmario de infirmitorio pauperum Superaddi, hereditatem meam quam habeo in Bisouqus uilla uocitata Igoure, et habui eam de Petro Petri, filio de Petro Froila de Sesilli, pro iusto precio que ei dedi, et nuc uendo eam integra cum omnibus pertinenciis suis, intus et foris, pro XXX^{a} solidos et III solidos in robore, et est ipsa hereditas XII integra de tota uilla de Igoure et medietas de casale de Petro Petri, ut habeatis eam et faciatis de ea quod uobis placuerit. Si quis ex parte mea uel extranea hanc cartam contrariauerit, pectet uobis ipsam hereditatem duplatam et parti regie pectet C solidos.

Facta karta uenditionis in era M^{a} CC^{a} X^{La} I^{a} et quot III kalendas octobris. Regnante rege Aldefonso in Legione et in Gallecia et in Asturiis. Gundisaluo Nuni tenente Trastamar et Montem Nigrum et Monte Roso. Archiepiscopo Petrus Suarii. Qui presentes fuerunt: Abas Pelagius Afonsi de Bisouqus ts. et cf., Petrus Iohannes de Igoure ts., Petrus Furtadus, Petrus Iohannis de Barrazidu ts., Froila Froile ts., Petrus ts., Pelagius ts.

Tumbo II, fol. 137 r.

385

Sin fecha

TERMINOS ET QUINIONES DE BALONI

Ita diuiditur uilla de Balone contra Sarantes. Sicut incipit ad Briariam que fuit de fratribus ad caput fontis et inde per ipsam fontem quomodo intrat in Riuo Malo contra Sarantes usque ad mare. Medietas de tota fuit de Guntrode Ferueiz mater de Froila Pelaz dictus Testa. Ista medietas integra uerum diuiditur per medium, et medietas de medietate que

est integra quarta de tota uilla est de predicto Froila Pelaz, et iste Froila Pelaz fuit frater in Superaddo, et dedit totam istam quartam secum Sancte Marie Superaddi pro anima sua. Alia quarta de predicta uilla, diuiditur in quatuor partibus: Vna quarta est de Munio Heriz, cognomento Peles. Et habemus istam quartam que est octaua integra de predicto Munio Peles pro nostro habere et pro sua uestitura, quando introueri in ordine, in Superaddo. Alia quarta diuiduntur per medium et medietas de his tribus quartibus que est octaua et media de alia octaua, est de domna Maiore Ueremudi, et ista domna Maior posuit eam in pignore nobis pro XX solidis, sicut supradictum est in cirographo. Alia medietas est de supradictis tribus quartibus de Froila Pelaz nepos de Froila Testa et de Petro Martini de Balone. Altera medietas de tota uilla diuiditur per medium et medietas que est quarta integra de tota uilla iterum diuiditur in VII partes. Et quinque partes de his septem partibus, sunt de comitissa mater de comite domno Fernando, filio de comite domno Nuno, et habemus illas V^{e} septimas pro uoce de Sarantes. Alia septima est de Rabillones, et alia de Cotones. Alia quarta est de heredibus de Balone et fiunt de ista IIII^{a} XII^{a} partes et de his XII partibus, una est de Superaddo, et habemus eam de Iohanne Afonso pater de Nuno Iohannis, et iste Iohannes Afonsus habuit eam de Menendo Petri de Sancto Georgio cui fuit ipsa duodecima, et fratres de Superaddo predicta Iohanni Afonsi aliam hereditatem suam quam habebant in Sarantes quam dederat Petrus Prouxo pro anima sua.

Tumbo II, fol. 137 r. y v.

386

Sin fecha

DE BALONI

Hii sunt termini hereditates de Baloni quam fratres Superaddi diuiserunt cum gentibus de Baloni, id est, per aquam de Rio Malo et per muros usque ad Grangiam, et ex alia parte per ipsos muros. Ipsos fratres habent sine gentibus de Sarantes et de Baloni hereditatem totam de Bouza Rotunda per aquam scilicet de fonte de Baloni et per illum montem de fonte Strili usque ad illos currales.

Tumbo II, fol. 137 v.

387

Sin fecha

TERMINUM DE SANCTI ANDREA

Hi sunt termini de Sancto Andrea de Brione. Incipiunt per Arenam de Paradiso et inde ad petram Scriptam que est ad Figeiram de Sudres, et inde ad fontem de pomerio de Sudres, et inde ad unum marcum qui stat in cima de Bauza iusta unum carualum et inde ad bucam de Castro, et inde per uallem ad penam Aquilariam et inde ad coum de mare.

Tumbo II, fol. 137 v.

388

A. 1226, Junio 14 P.

DE MOUGAE

Era M^{a} CC^{a} LX^{a} IIII^{a} et quot XVIII kalendas iulii. Ego Laurencius Munit de Donius, dono pro remedio anime mee et parentum meorum totam hereditatem meam quam habeo ex parte matris mee Marie Petri in Mougae cum omnibus directuris et pertinenciis suis prope et longe, fratribus Sancte Marie Superaddi, ut habeant eam et possideant iure hereditario. Dimitto etiam et annuntio totam demandam quam faciebam in hereditatibus de Muris de Pounte usque ad Iuuiam. Concedentibus meis suprinis Munio Iohannis et Gunzaluo Petri et Gunzaluo Iohannis, et debeo dare meam suprinam Mariam Iohannis ut concedat istam donationem usque ad festum Santi Iohannis, et si non fecero debent fratres habere meam hereditatem de Balone. Vos autem fratres Superaddi pro amore Dei recipiatis me in orationibus uestris et in familiaritate, et si infirmus uel plagatus fuero uel pauper debetis mihi benefacere in monasterio uestro uel in Grangia de Brione et sepulturam in monasterio uestro habere. Debetis mihi recipere usque ad sequentes quatuor annos in ordine si sanus aut talis fuero quod possitis me recipere saluo ordine uestro. Qui presentes fuerunt: Abbas Superaddi domnus Henricus, dom-

nus Martinus Roderici monacus ts., Petrus Pelaz presbiter ts., domnus Iohannes Froile monacus ts., Laurencius Munit ts., frater Petrus Fernandi magister de Brione ts., Arias Fernandi miles ts., frater Dominicus ts., Petrus Iohannis alcaide de Ferrol ts., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 137 v.

389

A. 1218

DE BRION

In Dei nomine ego Petro Donzel, filio de Perrote facio kartulam uenditionis de omni hereditate mea de Mougae, totam uocem patris meis, uobis magistro de Brione domno Petro Fernandi et fratribus Sancte Marie Superaddi, et recepi inde precium quod mihi bene placuit uidelicet LX[a] solidos, et ut ista ue[n] ditio sit firma in perpetuum presentem paginam predicto eum cum fratribus suis et concedimus in CC[os] solidos roboratam. Et si quis fratrum meorum dictis fratres uiccerit de predicta hereditate recompesationem tantum ualentem in Balone redam.

Facta karta sub era M[a] CC[a] CC[a] *(sic)* L[a] VI[a]. Regnante rege Adefonso in Legione. Ricus homo Iohanne Fernandit, in Minduniense electo Martino Muniit. Qui presentes fuerunt: Petro Pelagii de Sarantes ts., Iohanne Petri ts., domno Poncio ts., Pelagio de Balone ts. Alcaides in Ferrol: P[etro] Martinit et Ueremudo Pelagii ts. et cf., Laurencius qui notuit.

Tumbo II, fols. 137 v.-138 r.

390

Sin fecha

DE BRION

Orta est contentio inter fratres Superaddi ex una parte et fratres Sancti Martini de Iuuia super unam estiuadam quam fratres de Brione fecerunt in monte inculto de Brione superiori, et deuenerunt inde in pre-

sentia principis terre domni Roderici Gomet qui posuit inquisitores domnum Mateum de Siloure et domnum Nunonem Iohannis de Sarantis et Ouecum Froile presbiter de Leixa et Martinum Petri presbiter de Sedis, qui uenientes dixerunt quod terra culta de Brione superiori erat diuisa inter eos per marcos et diuisiones factas et mons incultus non erat diuisus, et quod fratres Superaddi habebant de monte inculto tres quartas cum suis heredibus et fratres de Sancto Martino habebant quartam. Dixerunt etiam quod frater Petrus Fernandi qui eo tempore erat procurator monasterii de Iuuia defenderat magistro de Brion predictam estiuadam et magister de Brion dedit ei fideiussor quod faceret directum, et non uenit ad diem prefixum frater Petrus Fernandi. Hoc facto frater Petrus Fernandi dimisit illum locum et rediit ad Superaddum, preterea dixerunt quod abbas Superaddi uenit ad Trasancus et uenerunt fratres de Iuuia ad abbatem de Superaddo et dederunt ei querimoniam de magistro de Brione et ille non fecit eis quod querebant. Verutamen abbas uocauit bonos homines terre et fecerunt eos iurare in manibus suis quod inquirerent directum Sancti Martini et Superaddi et darent utrique parti portionem suam et assignauit diem. Fratres Sancti Martini nolentes hoc facere coadunauerunt multitudinem grandem hominum et fuerunt ad estiuadam et miserunt boues in seminata et magister stetit ante boues cum fratribus suis, quod uidentes fratres Sancti Martini accesserunt cum armis, laceis, gladiis, cultellis et brosis et fustibus, et percusserunt et uulneraeruerunt fratres et dederunt unam brossadam et unam lanzadam in equo quo sedebat magister de Brione uolentes illum occidere ruperunt capam magister cum lancea et posuerunt fratres Iuuia per uiolentia de ipsa estiuada fratres de Superaddo et magister de Brione pedibus caballi euasit manus eorum. Dixerunt etiam quod inuenerant in septem sapientibus terre et ueteranis et grandeuis dierum quod predicta estiuada iacebat ⟨de⟩ iure fratrum de Superaddo, et in alio homine inuenerant quod magister de Brione extenderat boues in iure alterius heredis quantum caperet unum sextarium in semente, aut parum plus, aut parum minus. Isti erant presentes quando esquisa fuit data: domnus Petrus Iohannis magister conuersorum, domnus Santius Roderici monacus, frater Iohannes Ueremudi magister de Brion, domnus Martinus procurator monasterii de Iuuia, Aluitus et Rodericus Gabarias, domnus Rodericus Fernandi, domnus Fernandus Suarii Trucu, Froila Suarii de Parada, Afonsus de Lema, Martinus de Miinu.

Tumbo II, fol. 138 r. y v.

391

A. 1063, Agosto 28 P.

DE BRION ET FERNANDO UISTRIMIRIZ ET PELAGIO MENENDIZ

Era C^{a} I^{a} post M^{a} et quot V^{o} kalendas septembris. Orta fuit intentio inter Fernando Uistrimiriz et heredibus suis, et de alia parte Pelagio Menendiz et Osorio Iohannis et heredibus suis, super illas hereditates que iacent inter Castelo et Sonario, unde baralia inter nos uertitur et uenimus inde in concilio ante comitem domnus Rodericus Ouequiz et Martinus Pelagii et Gutierre Muninz et Iohanne Asqueliz qui es uigario de domnus Froila Ueremudiz et alios multeros homines bonos: Ero Armentariz et Nuno Muninz et multeros qui uiderunt et audierunt et iudicarunt bene et diuiserunt et uiderunt ipsos homines bonos per terminos de Condux et inde per kareira Subia et inde ad illa kaskalia scrita et per illas petras et inde ad illo lotario que sparte Osseto et Sunario et per ubi sparte Osseto et Kastelo et inde per terminos de Canali per illa lagona Maiore de Mamona, sunt ipsas hereditates markatas et temeratas et diuisas inter nos et pro talem actio facimus ad uobis ego Petro Gauinz et Fernando Uistramiriz et Petro Amiquiz et eius uocis, a tibi Pelagio Menendiz et ad heredibus suis ut non demandemus nos nec nostras uoces ipsas hereditates ad uestras partes et qui neglexerit et quod de sursum resonat non adimpleuerit, pariat ad parte placiti uel annitio, D^{os} solidos pacatos, et duplent ipsa hereditate. Ego Petro Gauinz et Fernando et heredibus suis a tibi Pelagio Menendiz et heredibus suis in ac manus nostras roboramus. Qui presentes: Archidiaconus domnus Iohannes Roderiquiz cf., abbas Ueremudus cf., Segereo Iohannes cf., Adefonsus Gunsaluiz cf., Arias Gunzaluiz cf., Rodericus ts., Munio ts., Frola ts., Petro ts., Aloitu ts., Nuno ts., Frogia ts.

Tumbo II, fol. 138 v.

A. 1086, Abril 22 P.

DE ERON ARMENTARIZ ET FILIO EIUS PELAGIO ERIZ

In Dei nomine. Ege *(sic)* Ero Armentariz tibi filio meo Pelagio Eriz in domino Deo eterna salutem amen. Ideo placuit mihi adque conuenit asto animo et sana mente, sed propria mihi accessit uoluntas ut faceret a tibi, filio meo Pelagio, kartula meliorationis uel profiliationis de uilla mea propria que habeo de auolorum uel parentum meorum in territorio Nemdus, uilla que uocitant Soniero propre uillam Sancti Iuliani subtus alpeo Ceruario et leuasse illa per termino de Coirio et inde per Condux et inde per Castellum et inde per Canaliu et inde per Lubre et inde unde primiter diximus, do tibi illa adque concedo per suis terminis antiquis, per ubi illa potueritis inuenire, siue et illa quod fuit de Ero Fraudesindiz quomodo et illa que comparaui cum matre uestra Guntrode, damus tibi illas casas cum tectis et fundamentis et comparauimus illa de Petro Astrulfizi et de suos germanos, et ipsas uillas quomodo habemus nos per nostras comparationes et per nostras ganancias damus tibi filio nostro, terras, pumares uel genera arborum, tam fructuales quam infructuales, montes, fontes, aquis aquarum, exitus moncium, accessum uel regressum, et quantum ab ipsas uillas pertinet que ad usum omnis ad prestandum est cum suis iacenciis et prestationibus suis per ubi obtinuimus in iuri nostro habeatis uobis firmiter. Quod dicitur in libro V° et titulo IIII° et sententia II[a]: «uenditionis uel donationis eciam profiliationis scriptum factum plena habeat firmitate». Ita ut de hodie die et tempore de iuri nostro abrasa et in uestro iure sit tradita atque confirmata, habeas illa post mea morte et post meo obitum. Si quis tamen, quod fieri non creditis, et aliquis homo contra hanc kartula meliorationis uel profiliationis ad hirumpendum uenerit tam per nos tam per generis nostris, pariat uobis illas hereditates in duplo uel triplo, et adicimus in hac kartula quomodo accepi de uobis uno kauallo colore raudano, adpreciato in X[La] solidos.

Facta kartula meliorationis die quod erit X° kalendas maias, era C[a] XX[a] IIII[a] post I[a]. Ego Ero et Gontrote in hac cartula manus nostras roborauimus. Qui presentes fuerunt: Suario ts., Ueremudo ts., Petrus ts., Monio ts., Regnante rex Adefonsus. Pelagio notuit.

Tumbo II, fols. 138 v.-139 r.

393

Sin fecha (s. XII)

DE ECCLESIA SANCTI ANDREE DE BRION

Ego Pelagius Didaci ecclesie Beati Iacobi decanus cum eiusdem ecclesie canonicorum capitulo, facimus scripturam firmitatis et testamentum donationis uobis domno Egidio, monasterii Sancte Marie Superaddi abbati et omnibus monachis in eodem monasterio habitantibus, tam presentibus quam futuris regulam Sancti Benedicti seruantibus, de medietate unius Heremite ecclesie Sancti Andree de Brione uocitata, quam Guntrode Ferueez cum filiis et filiabus suis ecclesie Beati Iacobi et nobis eandem ecclesiolam cum omnibus suis bonis et directuris et piscariis et bonis eidem pertinentibus et ecclesie nostre concessit. Ita nos parimente, iure hereditario concedimus.

Tumbo II, fol. 139 r.

394

A. 1142, Mayo 28 P.

SIMILITER DE ECCLESIA SANCTI ANDREE

Era Mª C^{a} LXXX^{a}, V^{o} kalendas iunii. Ego Oueco Suaris et omnis uox mea dono atque concedo meam portionem de Sancto Andrea de Brion et est pernominata de quarta media et octaua.

Tumbo II, fol. 139 r.

395

A. 1160, Abril 19 P.

Era M^{a} C^{a} LX^{L}VIII^{a}, XIII kalendas maii. Ego prior domnus Uillelmus una cum conuentu Beati Martini de Neda et omnis uox nostra damus quarta portione integra de Sancto Andrea de Brion pro concambia de uestra hereditate pernominata Sada de illos Coteses, scilicet, medietate integra.

Tumbo II, fol. 139 r. y v.

396

A. 1168, Marzo 15 P.

DE BRION

Era M[a] CC[a] VI[a], idus marcii. Ego prior domnum Constantinum et omni conuentui ecclesie Beati Martini donamus atque concedimus nostra hereditate de Priuorio et de Brion Inferiori, iure hereditario, monasterii Superaddi per terminos et diuisiones suas pro alia hereditate de Brion Superiori et C solidos de denarios. Et hoc facto omnes cessent querele et contentiones, et introitus et exitus ad mare, ad montes et ad pascua non negaretur hominibus, peccoribus et iumentis, non isti illis nec illi istis. Hoc, etiam, utraque pari concessit.

Tumbo II, fol. 139 v.

397

A. [1]151, Febrero 8 P.

DE SANCTO ANDREA

Era C[a] LXXX[a] IX[a], VI idus februarii. Ego Ouecu Suariz et omnis uox mea, dono atque concedo meam portionem de uilla nominata Heremita Sancti Andree de Brion et est terminata per terminos et loca sua antiqua, id est, per aquam de molendinis et inde per illum perarium et inde per illam petram de Brion et inde per aquam de Cartemir, pro precio, uidelicet, unum equum et una equa et duas capas nouas et quod maius est ut me reciperitis inter uos. Et sciendum est quod illud meum quinionem est de quarta tres quartas, una ex istis quartis mea propria, altera dedit mihi germana mea Aragunti que non habuit filium neque filiam, et altera dedit mihi germana mea domna Eldonza propter aliam meam de uilla Corneli et Carucio et de Carele.

DE BRION

Similiter ego Uisclauara Suariz cum filio meo Petro et filiabus meis dono atque concedo meam portionem de predicta hereditate de quarta quarta pro precio uidelicet mihi unum mantum et filio meo una equa et una capa et unos sotulares.

Tumbo II, fol. 139 v.

398

A. 1158, Abril 17 R. Fernando II

DE BRION

Era M^a^ C^a^ LX^La^ VI^a^, XV kalendas maii. Ego Fernandus Dei gratia rex Legionensium et Galletie dominator, facio textum et scriptum firmitudinis imperpetuum ualiturum uobis reuerendo abbati de Superaddo Egidio omnibusque monachis ibiden constitutis uel constituendis, de illo monte de Brion que est in ripa maris et discurrit ibi aqua de Sancta Maria usque in pirarium illam que diuidit cum Sancto Christoforo. Dono, itaque, hanc uobis et toti conuentui uestro pro remedio anime mee et parentum meorum.

Tumbo II, fol. 139 v.

399

A. 1153, Junio 15 P.

DE BRION, DE SUARIUS

Era M^a^ C^a^ LX^La^ I^a^, XVII kalendas iulii. Ego Oueco Suariz et uxor Adosinda Roderiz et filiis et filiabus nostris offerimus Deo et Sancte Marie de Superaddo hereditatem nostram quam habemus, uel habere debemus, in uilla Sancte Marie de Brion et est pernominata de IIII^a^ III^a^ parte, quantum mihi conuenit inter meos germanos et heredes.

Tumbo II, fol. 139 v.

400

A. 1142, Septiembre 26 P.

DE SANCTO CHRISTOFORO

Era Mª C^a^ LXXX^a^, VI kalendas octobris. Ego infans domna Sancia, comitis Fernandi Petri filia uxorque Aluari Roderici et omnis uox mea, dono atque concedo meam portionem de heremita Sancti Christofori de Serpentibus, et est pernominata IIII^a^ integra cum omni iure suo per circuitum, per terminos et loca sua antiqua, ob remissionem pecatorum meorum et ut particeps sim omnium orationum uestrarum.

Tumbo II, fols. 139 v.-140 r.

401

A. 1170, Junio 15 P.

DE SANCTO CHRISTOFORO

Era M[a] CC[a] VIII[a], XVII[a] kalendas iulii. Ego Ueremudus Froile cognomento Nariz facio kartam uenditionis uobis fratribus Superaddi de hereditate mea quam habeo uel habere debeo, uidelicet, octaua pars hereditatis Sancti Christofori et medietas ipsius ecclesie pro precio XXV solidos.

Tumbo II, fol. 140 r.

402

A. 1164, Mayo 13 P.

ALIA

Era M[a] CC[a] II[a], III° idus maii. Ego Maria Froiaz una cum uiro meo Didaco Suariz, damus atque concedimus nostra portione de Sancto Christoforo de Serpentibus et est pernominata octaua portione integra, ob remissionem pecatorum nostrorum.

Tumbo II, fol. 140 r.

403

A. 1167, Mayo 21 P.

SIMILITER ALIA

Era M[a] CC[a] V[a], XII kalendas iunii. Ego Rodericus Froile et frater meus Fernandus Froile et omnis uox nostra, facimus kartam uenditionis de hereditate nostra propria quam habemus, uel habere debemus, in loco cognito heremita Sancti Christofori de Serpentibus, cum omni directura sua per terminos et loca sua antiqua, et est quarta integra. Damus, itaque, eam uobis pro precio uidelicet L[a] V[e] solidos.

Tumbo II, fol. 140 r.

404

A. 1163, Febrero 25 P.

Era Mª CCª Iª, Vº kalendas marcii. Ego domna Orraka Ueremudiz et omnis uox mea facio testamentum donationis de hereditate mea, scilicet, uocitata Ouania, et est quarta portione integra cum omni sua directura.

Tumbo II, fol. 140 r.

405

A. 1160, Febrero 22 P.

ALIA

Era Mª Cª LXLª VIIIª, IXª kalendas marcii. Ego Froila Pelagii et omnis uox mea dono atque concedo meam portionem et de meo germano Ferueo Pelaici et de germana mea Gontrode Pelaici, in loco predicto uilar de Sancto Christoforo de Serpentibus, et est pernominata de una quarta tres partes, pro precio, scilicet, LX VI solidos in uno equo.

Tumbo II, fol. 140 r.

406

A. 1171, Mayo 21 P.

DE BALONI

Era Mª CCª IXª, XIIº kalendas iunii. Ego Froila Pelaici Testa et uxor mea Maria Martinici facimus kartam uenditionis uobis fratribus Superaddi de hereditate nostra quam habemus uel habere debemus in uilla Baluni; damus eam uobis pro precio, uidelicet, uno kauallo pre-

ciato L[a] solidorum. Prefatam hereditatem cum omni iure suo et est octaua integra per terminos et loca sua antiqua, uidelicet, per riuum de Barca et fontem Astrili et per calcaina de castro de uilla Sancii et per confurcos de Dunius et per [a]quam de Riuuo Malo et per agrum de Perario et per arenam Paradisi, cum omnibus exi[ti]bus et regrecessibus suis.

Tumbo II, fol. 140 r.

407

A. 1162, Febrero 17 P.

DE BALONI

Era M[a] CC[a], XIII kalendas marcii. Ego Iohannes Adefonsus et uxor mea Eluira Pinoiz et omnis uox nostra facimus kartam uenditionis de hereditate nostra propria que habemus in uilla Baloni et est media sexta de casal Nuni et media duodecima de Baloni et habemus eam de ganancia de Menendo Petrit pro L[a] solidos et de ista hereditate damus uobis inde media parte pro amore Christi et alia media damus uobis pro precium nominatum ipsa ganancia que uobis habetis de uestro fratre Petro Pelaici, cognomento Puxu, in Sarantes et alia que dederunt uobis Rodericus Froile et Fernandus Froile pro remedio animarum suarum, per terminos uidelicet per monte Petroso et per castro de villa Santi et per fontem Astrili et per fluuium de Barca et per arenam de Paradiso et per Brion de Susano et per fluuius Malus concurrente ad Sancti Romani de Dunius subtus monte Paonte.

Tumbo II, fol. 140 r. y v.

408

A. 1181, Septiembre 13 P.

DE BRION

Era M[a] CC[a] XIX[a] idus septembris. Ego domna Maior Caualu, filia Pelagio Munit de Carantonia, dono atque concedo medietate de uilla Icon pro remedio anime mee.

Ego Stephanus Iohannes de Baloni et uxor mea Munia Petriz et omnis uox nostra donamus Deo omnipotenti et beate Marie et fratribus Superaddi nostra portione de hereditate de Sudres per aqua clausa Cartemir usque ad Grangiam, pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum.

DE BALONI

Ego Froila Petri similiter dono meam portionem.

Ego Perrote et omni uoci mee similiter dono meam portionem et insuper adicio meam portionem de Baloni in cunctis partibus que mihi conuenire debet ut de hodie die has predictas hereditates maneant iure perpetuo apud Superaddum.

DE SUDRES

Ego Ardiu Froiat similiter dono meam portionem de hereditate de Sudres pro remedio anime mee.

Ego Petro Martini similiter dono meam portionem integram, de hereditate de Sudres pro una leira que dedisti mihi in Baloni, circa casa de meo genro pro medio de uno pultro.

Tumbo II, fol. 140 v.

409

Sin fecha

DE CARTIMIR

Ego Pelagius Roderici Coton dono meam portionem pro remedio anime mee per aquam clausa Cartemir usque ad Grangiam ab integro, ut maneat iure perpetuo apud Superaddum. Et sciendum est quod illos castanarios de uilar dono inde medietate pro anima de meo germano ad Superaddum et alia medietate dono eam ad Superaddum cum suo terreno et accipio de uobis in robore una iuuenca.

Tumbo II, fol. 140 v.

410

Sin fecha

DE SARANTES

Ego Gundisaluo Petrit et omnis uox mea tibi Pelagio Munici cognomento Rabaldo et omni uox tua dono atque concedo per carta uenditionis, meam portionem integram de hereditate de Sarantes sub monte Castilione pro nouem solidos et in robore II solidos, et est pernominata quarta de una leira et media de alia.

Ego Pelagius Muniz facio testamentum de me et de mea hereditate de Sarantes et de mea directura que mihi de Burgundo.

DE SARANTES

Ego Menendus Guimaraz et omnis uox mee dono atque concedo meam portionem de illa cortina de Sarantes que habeo cum Pelagio Muniz.

Tumbo II, fol. 140 v.

NOTA: El fol. 141 r. empieza con el final de un doc. de 1182, así que debe faltar algo entre el 140 y el 141, que son final y principio de cuadernillo, respectivamente.

A. 1182

Mª CCª XXª. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro. Qui presentes fuerunt: Petrus Reolfit ts. et cf., Martinus Suariz cf., Veremudus Martiniz cf., Rodericus Suariz cf., Munio Mougo de Paderni scripsit.

Tumbo II, fol. 141 r.

411

A. 1176, Marzo P.

DE BRION

In nomine Domini. Ego Aragunti cum filio meo quem habeo de Munione Gunsaluiz de Donius et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facimus cartam uenditionis imperpetuum ualituram de media VII[a] illus hereditatis de Donius cum omnibus suis directuris, pro solidos IIII[or] et dimidio, quos dedimus ad unum medicum. Ab hinc, igitur, habete eam in perpetuum. Item ego Petrus Uermuiz, filius Ueremudi Anteado de Donius et omnis uox mea uendo uobis et concedo in perpetuum VIII[a] integram unius quarte totius hereditatis de Donius, cum suis directuris pro una iuuenca, apreciata solidos IIII et medio. Quicumque, autem, contra hanc cartam uenditionis seu donationis ad irrumpendum uenerit, sine fine sit maledictus et condempnatus, et pariat uobis solidos C[m], et hoc scriptum sit semper firmum.

Facta carta mense marcio, era M[a] CC[a] XIIII. Nos iam dicti in hoc scripto quod fieri iussimus pro predicto precio et pro animabus nostris, manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: frater Martinus cf., frater Iohannes cf., Petrus Froile cf., Petrus Albus cf., Petrus Romeus cf., Petrus Iohannes cf., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 141 r.

412

A. 1201, P.

DE RIUO MALO

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Vilielmus Petriz, Filius Petri Froile de Baloni, et omnis uox mea, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre facio cartam uenditionis imperpetuum ualituram de omni hereditate quantam mihi et fratri meo Iohanne Petri et sororibus meis Aragunti Petri, Gudine Petri et Marine Petri pertinet

de auolentia et de ganancia uel pertinere debet a Riuo Malo usque ad Grangiam de Brion, ut habeatis et possideatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis in secula seculorum, pro precio de quo mihi placuit, id est, solidos XXX fortis monete cum placabili robore. S[i] uero ego Vilielmus Petri hanc hereditatem de iermanis meis quitare non potuero, do et concedo imperpetuum monasterio Superaddi omnem hereditatem meam de Baloni in presentia Petri Albi qui eam recipit ad opus Superaddi. Et si ipsum monasterium hanc hereditatem de Baloni habere non potuerit requirat per omnia bona mea [± 10] [1] Petrus Maurus. Qui hoc meum uoluntarium factum fregerit sine fine [± 11] pariat uobis solidos C^{m} et hoc scriptum semper [maneat] [± 20] [1] is. Era M^{a} CC^{a} XXX^{a} IX^{a}. Ego iam [± 30] [1] Iohannes Martini cf., Petrus Albus [± 30] [1] [magis]tri de Baloni cf., Martinus [± 30] [1] Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 141 r.

413

A. 1175, Agosto P.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Stephanus Iohannis de Baloni cum uxore mea Munia Petriz et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facimus kartam donationis et testationis in perpetuum ualituram de omni hereditate nostra quantam habemus in Sudris per aquam, scilicet de clausa Cartimir usque ad Grangiam, cum omnibus suis directuris et bonis, pro remedio animarum nostrarum nostrorumque parentum. Ab hinc igitur habete eam et possidete imperpetuum. Item ergo Froila Petri et omnis uox mea eodem modo dono uobis totam meam inde portionem. Si quis contra hoc scriptum ad irrumpendum uenerit sine fine maledictus et condempnatus permaneat et pariat uobis solidos C^{m} et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta karta mense augusto, sub era M^{a} CC^{a} XIII. Nos iam dicti in hoc scripto manus meas roboramus. Qui presentes fuerunt: Martinus Suariz cf., Veremudus Martiniz cf., Rodericus Suariz cf., Petrus ts., Pelagius ts., Iohannes ts., Munio presbiter de Paderni qui notuit.

Tumbo II, fol. 141 v.

[1] Nota: Falta un trozo del pergamino.

414

A. 1174, Mayo P.

DE BALONI

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Serroth et omnis uox mea vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio cartam donationis et testationis in perpetuum ualituram de omni hereditate mea de Sudris cum quanto habeo in Baloni per ubicumque uox eius uadit cum omnibus suis directuris et bonis, prope et longe, ut habeatis et possideatis eam libere imperpetuum, pro remedio anime mee meorumque parentum. Similiter ego Ardio Froile et omnis uox mea eodem modo do et concedo uobis imperpetuum omnem meam portionem hereditatis de Sudris. Et qui contra hanc cartam donationis ad irrumpendum uenerit sine fine maledictus et condempnatus permaneat et pariat uobis solidos C^{m} et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta karta mense maio, era M^{a} CC^{a} XII^{a}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus Reolfi cf., Martinus Suariz cf., Veremudus Martiz cf., Rodericus Suariz cf., Petrus ts., Martinus ts., Iohannes ts., Munio presbiter de Paderni qui notuit.

Tumbo II, fol. 141 v.

415

Sin fecha (fragmento)

DE SUDRIS

In nomine Domini. Martinus Froile cum filiis meis Petro Martini et Maria et omnis uox mea, ob remedium anime mee meorumque parentum, dono et offero Deo et Sancte Marie monasterii Superaddi et fratribus eiusdem loci omnem hereditatem meam de Xudris que iacet in territorio de Trasanquis in uilla [uide]licet de Balony discurrente ad Sanctum Romanum, quomodo se expartit per are [± 18] illum castrum de Balony

et inde per aquam de Fontania per [quam] [± 40] [1] in perpetuum possidendam cum omnibus [± 40] [1] hanc cartam sine fine sit [± 40] [1] semper firmum. Facta kart[a] [± 40][1] hoc scripto manus meas ro[boramus] [± 40] [1] nio Gundisaluiz cf., magister Didacus de Brion cf., frater Iohannes cf., Rodericus Martin cf., frater Martinus cf., Iohannes qui scripsit cf.

Tumbo II, fols. 141 v. 142 r.

416

A. 1200, Junio 13 P.

In nomine Domini. Ego Pelagius Petriz dictus Perroth et omnis uox mea, uendo uobis fratribus Sancte Marie Superaddi et uoci uestre quantam hereditatem habeo de auolentia et de ganancia cum suis directuris imperpetuum possidendam a Riuo Malo usque ad grangiam uestram de Brion pro solidos X et pro roboratione una taleiga de cibaria. Similiter nos filii Froile Petri et omnis uox nostra eodem modo uendimus uobis pro altero tanto precio quantam hereditatem habemus uel habere debemus infra iam dictum terminum, cum omnibus suis pertinenciis. Et qui fregerit hanc cartam, fractus a diabolo sit et pariat uobis solidos C et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta idus iunii, era M[a] CC[a] XXX[a] VIII[a]. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Iohannes Martin, Petrus Albus cf., Petrus Maurus cf., Froila Stephani cf., Iohannes Petri de Baloni cf., Martinus Fernandi miles cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 142 r.

417

Sin fecha (siglos XII-XIII)

DE CARTIMIR

In Dei nomine. Ego Gundisaluus Petri de Baloni et omnis uox mea, vobis fratribus Superaddi et omni uoci uestre fatio cartam uenditionis et donationis de hereditate mea quam habeo uel habere debeo tam patri-

[1] NOTA: Falta un trozo del pergamino.

monio meo quam de matrimonio, seu etiam de uxore mea omnem portionem meam integram quomodo incipit a Cartimir usque ad Brionem pro duobus solidis riscelliis et pro remedio anime mee et parentum meorum, ut ab isto die et deinceps de meo iure sit abrasa uestroque dominio tradatur imperpetuum possidenda. Postea ipse Gundisaluus Petri iam eius uxore mortua in tempore famis iterum uendidit eam hereditatem fratribus uidelicet pro medietate unius bouis cum quo uiueret ipse et filii sui. Ipse uero occidit eum et carnem eius comedit cum filiis suis integram et corium eius uendidit hominibus unius barche que stabat in molinos pro farina de qua uiueret cum filiis suis sicut supra diximus. Et hoc fuit factum primum de prima uenditione in diebus fratri Arie magistri de Brionem et fratris Pontii obstalarii eius, et secunda uenditio fuit facta in diebus fratris Sebastiani magistri eiusdem loci. Sciendum est autem quod hereditas ista de uxore Gundisalui Petri fuit non de Gundisaluo Petri et ipsa uendidit eam primo fratribus cum uiro suo. Postea uir eius in anno famis ipsa mortua uendidit predictam hereditatem fratribus [Superaddi] sicut supra diximus.

Tumbo II, fol. 142 r.

418

A. 1202, Mayo 1 P.

DE RIUO MALO

In nomine Domini. Ego Munio Gundisalui una cum uxore mea Maria Petriz et filiis nostris et omnis [uox nostra uobis] [1] fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, grato animo et bon[a uolun]tate [1] facimus cartam uenditionis in perpetuum ualituram de omni nostra hereditate quantam habemus ex riuo Malo usque ad Iuuiam cum quanta habemus hereditate in Brion [de su]sano [1] de uoce de dompnus [± 4] [2] habeatis et possideatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis intus et foris, prope et longe, im perpetuum, pro precio et robore unde uobis placuit, id est solidis XXX[a] fortis monete. Si quis contra hoc nostrum uoluntarium factum uenerit ad irrumpendum sine fine permaneat maledictus et condempnatus et pariat uobis solidos CC, et hoc scriptum semper sit firmum.

[1] Roto.
[2] Ilegible.

Facta carta kalendas maii, era M^a CC^a X^La. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Sebastianus magister de Brion qui soluit supradictum precium ts. et cf., frater Iohannes cf., frater Petrus cf., frater Martinus cf., Nuno Iohannis cf., Froila Roderici cf., Petrus Iohannis cf., Veremudus cf., Pelagius Roderici cf., Froila presbiter capellanus Sancti Martini scripsit cf.

Tumbo II, fol. 142 r. y v.

419

A. 1202, Abril 17 P.

DE SARANTES

In nomine Domini. Ego Petrus Pelagii filius Pelagi Daiam et omnis uox mea, vobis fratri Sebastiano magistro de Brion et aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, grato animo et bona uoluntate, facio cartam donationis seu uenditionis in perpetuum ualituram, de medietate integra totius mee hereditatis quantam habeo in uilla de Sarantes et in uilla de Iohanne, ut habeatis et possideatis eam cum omnibus suis directuris et bonis, intus et foris, prope et longe, euo perhenni et secula cuncta, pro remedio anime mee meorumque parentum et etiam pro bono quod mihi in tempore maxime famis facitis, quia si uos non essetis, morte turpissima famis perirem et usque ad tres etiam annos sequentes, ego seruiam uobis et uos contineatis me et faciatis bene. Quicumque autem contra hoc scriptum uenerit ad irrumpendum, sine fine sit maledictus et pariat uobis solidos C^m et hoc scriptum semper sit firmum. Facta carta XV° kalendas maii, era M^a CC^a X^La. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro. Qui presentes fuerunt: frater Sebastianus cf., domnus Nuno Iohannis cf., frater Martinus cf., Fernandus Menendi cf., Nicolaus cf., frater Iohannes cf., Gundisaluus cf., frater Petrus cf., Petrus qui notuit et cf.

Tumbo II, fol. 142 v.

420

A. 1173, Diciembre 20 P.

DE PLATANEDO ET IN QUINTANA

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. D[i]citur in libro Macabeorum: «Sancta et salubris est cogitatio pro defuntis ex orare ut a peccatis soluantur.» Huius siquidem desiderio rationis, ego Petrus Pelagii facio textum et scriptum donationis firmissimum imperpetuum ualiturum uobis abbati domno Egidio Sancte Marie Superaddi omnibusque presentibus et futuris fratribus eiusdem loci, de meis hereditatibus uidelicet in uilla de Platanedo et in Quintana et in uilla Corneli omnem illam hereditatem que fuit de auo meo Houeco Gundisaluiz extra portionem Suarii [± 8] [1] [in]super in uilla Corneli teneo unum casalem in pignore de Froila Froile [± 4] [d]uos caballos obtimos, quando dederit eos uobis uel illorum precium date ei suum casalem. De ecclesia Sancte Marie Maioris sicut et de aliis superscriptis hereditatibus diuisimus ita et hec. Sed mando ut uiuat in ea Petrus presbiter donec ueniat ad etatem intelligibilem ille filius fratris mei Houeci Pelagii et iterum uiuat in ea et seruiat cum ea Superaddo in uita sua si tantum legerit, set si clericus non fuerit non ei detis, set reseruetur cum omnibus supernominatis hereditatibus sepe dicto monasterio. Et quauis legat aut ordinatus sit, non habeat licentiam uendendi eam alicui homini aut alienandi, set uiuat in ea cum consilio et adiutorio fratrum Superaddi, et ad obitum suum relinquat eam Superaddo. Omnes has hereditates concedo Deo et Sancte Marie Superaddi cum omni directura sua cum quanto in eis habeo uel habere debeo, tam in ecclesiastico quam in laicalibus, et iacent in terra Trasancus. Do itaque eas propter remissionem meorum peccatorum et pro anima fratris mei Houeci Pelagii animeque mee matris et aui mei Houeci Gundisalui qui eam ganauit, quatinus mereamur participes esse omnium orationum et benefitiorum fratrum presentium et futurorum Superaddi et totius ordinis Clareuallis, cum omnibus directuris suis quomodo obtinuit eas antecessor meus per terminos et diuisiones suas antiquas, id est uilla de Platanedo diuiditur per illam armatam et per illum carualium Pelagii Fernandi et per arcam de uados pasandi et tornat se per castinariam de Aluare et per illam portam castri et inde ad

fontem Cecam. Hereditas de Quintana ubi eam inueneritis, hereditas de uilla Cornelli diuiditur per ubi se diuidit de Ciobre et quomodo se diuidit de Ualle Malo et inde per Grandalem et inde ad Lamam Molinum. Ab hac die et deinceps iure hereditario possideatis et pro ut uolueritis disponatis, uendatis, donetis, commutetis. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc scriptum meum irrumpere temptauerit, iram Dei omnipotentis cum omnium suorum sanctorum indignatione incurrat et pro temerario ausu parti monasterii uel uoci mille solidos persoluat. Et quod iuaserit in quadruplum readdat et hoc scriptum semper maneat inconuulsum.

Facta karta apud Superaddum X°III kalendas ianuarii, sub era M[a] CC[a] XI[a]. Ego Petrus Pelagii in hoc scriptum quod fieri iussi manu propria roboro.

(1.ª col.) Prior Superaddi Nonnus *(sic)* Dominicus cf., Petrus Iohannis condam prior Superaddi cf., Pelagius Caluus monachus cf., Didacus Petri subpriore cf., Martinus cell[er]arius cf., Pelagius Ribeira conuersus Superaddi cf., Froila Froile conuersus eiusdem loci cf., Petrus Martinus conuersus cf.

(2.ª col.) Lupus Petri conversus cf., Munio Pelagii conuersus Superaddi cf., Nuno Pelagii cf., Pelagius Pelagii frater eius cf., Rodericus Gundisalui cf., Garcia Gundisalui cf., Ueremudus Menendi cf..

Arias Gundisalui quamcum⟩que⟨ monachus annotauit.

[Signum] Petri Pelagii est signum.

Tumbo II, fols. 142 v.-143 r.

421

A. 1232, Septiembre 16 P.

DE CRESCENTE

In Dei nomine. Ego Lupus Nuniz una cum filiis et filiabus meis et omnis uox nostra, vobis domno P[etro] Iohannis abbati Superaddi et omni conuentui eiusdem loci, tam presenti quam futuro et omni uoci uestre, dono hereditatem meam de uilar de Crescenti pro mille C solidos et pro alio habere multo quod ego habui de uobis per forciam, multas rapinas faciendo uobis et alia multa mala, ut habeatis predictam hereditatem cum omnibus directuris et pertinenciis suis prope et longe, ut habeatis

eam iure hereditario uos et omnis posteritas uestra et possideatis eam imperpetuum. Si quis igitur tam de parte mea quam de aliena hoc meum factum infringere temptauerit, pectet uobis ipsam hereditatem duplatam et insuper uobis et uoci regie mille morabitinos persoluat et harta *(sic)* perpetua robur obtineat.

Facta karta donationis et uenditionis in era M^{a} CC^{a} LXX^{a} et quotum XVI kalendas octobris. Regnante rege domno Fernando in Toleto, in Castella, et Leon. Episcopo in sede Mindoniensi domno Martino. Domno Ruderico Gomez tenente Trastamar et Monte Roso et Monte Nigro. Archidiaconus in Trasancus M. Petri. Qui presentes fuerunt: Fernandus Lupit ts. et cf., Nunus Lupit ts. et cf., Et alii filii et filie predicti Lupi Nuniz ts. et cf.

(1.^{a} col.) Garsia Ueremudit de Mandiam ts. et cf., Gundisaluus Ruderici de Siloure cf., Fernandus Peles ts. et cf., Fernandus Nuniz de Sarantes ts. et cf., Garcia Loucura ts. et cf., Iohanne Gato ts. et cf., Petrus cf.,

(2.^{a} col.) Sancius Roderici magister conuersorum Superaddi ts. et cf., Petrus Pelagii monachus Superaddi ts. et cf., Fructuosus monachus Superaddi ts. et cf., frater Iohannes Ueremudi conuersus Superaddi ts. et cf., frater Pelagius conuersus magister Reparaddi ts. et cf., frater Menendus conuersus magister de Brion cf., frater Martinus conuersus de Uinea cf.,

Goth homo regis iustitia Trasancus ts. et cf., Laurentius notarius de Ferrol ts. et cf.

Tumbo II, fol. 143 v.

422

A. 1198, Octubre 27 P.

DE BOUZA ROTUNDA

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Petrus Martini et uxor mea Maria Pelagii simul cum filiis meis vobis domno Bernardo abbati Sancte Marie de Superaddo et toti uestro Conuentui tam presenti quam futuro, facimus cartam donationis de hereditate nostra quantacumque habemus de aqua de Riuulo Malo usque ad Brium, et nostra ganancia quam habemus in Bouza Rotunda de nostra compara et nostra directura de uilari de Mogan. Totum hoc quod ad nos pertinebat bono animo et prompta uoluntate in presenti damus uobis pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, et quia filio nostro in domo uestra et

in ordine uestro recipiendo uestes et necessaria prouidetis, ut possit in ordinem uestrum intrare propter hoc maxime supradictas hereditates uobis concedimus ut ab ista die eas possideatis iure perpetuo. Si quis autem ex parte nostra uel aliena hoc factum nostrum irrumpere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda in inferno dampnatus et quicquid inuaserit in duplum restituat et parti regie solidos C exsoluat.

Facta karta era M[a] CC[a] XXX[a] VI[a], VI kalendas nouembris. Regnante rege domno Adefonso in Legione. Sede Compostellana regente archiepiscopo domno Petro Suarii. In Trastamar comite domno Gomez. Gundisaluus Roderici cf., Froila Gundisalui cf., Iohannes Petri cellerarius cf., Bernardus monachus cf., Petrus de Untia cf., frater Pontius cf., Veremudus Antenatus cf., Rodericus ts., Nuno ts., Ouecius ts.

Tumbo II, fols. 143 v.-144 r.

423

A. 1192, Abril 17 P.

DE SARANTES

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Petro Pelagii filio de Pelagio Iayam et uoci mee, vobis magistro de Brion domnus Sebastianus et sociis uestris, dono et concedo uobis media de mea hereditate que habeo in uilla que uocitant Sarantes et in uilla de Iohanni, donno et concedo uobis ipsas hereditates pro bene quod mihi facitis, quod ego ero desperatus de fame usque ad mortem in anno malo et ego seruiam uos tres anni et uobis facitis bene pro Dei amore et pro ipsas hereditates que ego dedi uobis. Ita ut de hodie die ipsas hereditates de iuri meo sint abrasas et in uestro iure de Sancta Maria de Superaddi et suo dominio sit tradita atque confirmata in secula. Ego Petro Pelagii, filio de Pelagio Iaiam in hac kartulam manus meas roboro.

Facta kartulam die quod erit era M[a] CC[a] XXX[a] et quot XV kalendas maii. Qui presentes fuerunt: In temporibus Adefonsus rex. In Trastamar, Rodericus Gondisaluit, vicarius eius Iohannes. In sede Mindoniense episcopus Pelagius Cibaria. Archidiaconus M[artinus] Macias. In Sancte Cecilie abbati P[etro] Gundisaluit. Qui presentes fuerunt: Nunus Iohannes ts., Fernandus Menendi ts., Nicolaus ts., P. cf. Gonsaluus cf., Iohannes confrater cf., Petrus notuit et cf.

Tumbo II, fol. 144 r.

424

A. 1139, Septiembre 17 P.

DE PELAGIO HERIZ

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Magnum est, enim, titulum donationis et testationis et confirmationis in quo nemo potest hactuum largitati inrumpere neque foris legem proicere, sed quicquid gratuito animo et prompta mea uolumptate et ideo ego Pelagio Heres et uoci mee uobis archidiacono dompno Petro, qui estis clauigularius Sancti Iacobi apostoli, facio uobis uel a uoce Sancti Iacobi testationem de illa ecclesia de Sonario IIII[a]. Et ego Guntrode Ferueiz et filiis meis et uoci mee uobis archidiacono dompno Petro qui estis clauicularius Sancti Iacobi apostoli facio uobis uel a uoce Sancti Iacobi testationem de illa ecclesia de Sonario IIII. Et ego Gunterote Ferueiz et filiis meis et uoci mee uobis archidiacono, do uobis illa mea alia quarta de illa ecclesia pro ipsa quarta que fuit [± 14] [1] que uos michi dates illa quarta que teneat in uita mea et ad [obitum meum ha]beatis uos illam ecclesia media pro ad Sancto Iacobo. Et si aliquis homo tam de parte mea quam de extranea uobis in calumpnia illa ecclesia media calumpniauerit, quisquis fuerit, componat uobis omnia in duplo uel triplo et insuper solidos quingentos euo perhenni et secula cuncta amen.

Facta kartula testationis et confirmationis sub die quod erat era M[a] C[a] LXX[a] VII[a] et quot XV kalendas octobris. Ego Pelagio Heres et uxor mea Guntrote Ferueiz et filiis nostris et uoci nostre uobis archidiacono dompno Petro et uoci uestre in hanc cartulam testationis manus nostras propias roboramus. Qui presentes fuerunt: Abbas Rodesindus cf., abbas Martinus cf., Petro Nuniz et presbiter cf., Afonso presbiter ts., Pelagius presbiter ts., Iohanne presbiter ts., Monio qui notuit.

Tumbo II, fol. 144 r. y v.

[1] Ilegible.

425

A. 1152, Enero 11 P.

DE GUNTRODE FERUEICI

Ad honorem Dei omnipotentis et beatissimi Iacobi apostoli cuius corpus digne in finibus Gallecie sub arcis marmoricis in loco qui dicitur Compostella tumulatum esse noscitur. Ego ancilla Dei Gunterote Ferueici, cum filiis et filiabus meis, et omnis uox nostra, facimus textum scripture firmitatis et testamentum donationis, uobis archidiacono domno Pelagio Diaci et ecclesie uestre et uoci eiusdem ecclesie Beati Iacobi, cuius uos uices in terra Bisaucus et Prucius et Nendos tenetis de medietate unius heremite uocitata ecclesia Sancti Andree de Brione que habet iacentia secus litus maris, in terra Trasancos, in ripa fluminis Iuuie. Quam siquidem medietatem totius ecclesie cum omnibus suis directuris et adiuntionibus et piscari⟨i⟩s et bonis eidem ecclesie pertinentibus peccatorum nostrorum remissione et uite eterne retributione, et etiam pro alia medietate de ecclesia de Suario que iacet in terra de Nemdos, quam ego et uir meus Pelagius Erici olim dederamus Beato Iacobo apostolo, ita ut teneremus illam in nostra uita et ad obitum nostrum dimitteremus eam ecclesie uestre quietam, et ego illa tenente ui et coacta pariaui illam pro filio meo Erone Pelagiz ad domnum Gundisalui Fernandici et pro hac de causa a uobis domino archidiacono ego eram excommunicata, et ab ecclesia Dei extranea. Modo recognoui me et uidi me erga Deum et Beatum Iacobum de ecclesia illa quam pariaui peccatorem et ut soluta ab excommunicatione a uobis permaneam, dono et concedo uobis domino archidiacono dono Pelagio et ecclesie uestre, illam aliam medietatem predicte heremite Sancti Andree de Brione cum omnibus suis adiunctionibus et prestationibus ut deinceps a nobis et ab omni uoce nostra habeatis illam iure hereditario et possideatis et uelle uestrum de illa omni tempore faciatis. Si quis nos seu aliquis de propinquis nostris seu alia quelibet potens persona contra hanc nostram spontaneam donationem ad irrumpendum uenerit uel uenerimus pariemus uobis et ecclesie uestre quicquid abtrahere uoluerimus in duplo et triplo et insuper parti uestre solidos milia persoluamus et simus excomunicati et a fide Christi separati, et hec scripta semper maneat firma.

Facta serie testamenti III° idus ianuarii, era M^a C nonagesima. Ego prefata Guterote Ferueici cum filiis meis Ferueici Pelaiz et Ferueici Pelaiz et vox mea in hac serie testamenti manus nostras confirmamus. Abbas Martinus de Degio cf., abbas Petrus Nuniz de Bisaucos cf., abbas Iohannes de Mandaio cf., abbas Recendus de Bercundio cf., Didacus Sanchiz cf., Munio Sanchiz cf., Petrus Marcius ecclesie beati Iacobi canonicus qui notauit cf.

Tumbo II, fols. 144 v.-145 r.

426

A. 1153, Abril 25

DE ECCLESIA SANCTI ANDREA

Scriptum quippe habemus ut pro memoria temporum hadibenda sunt testimonia litterarum. Idcirco ego Pelagius Didaci ecclesie Beati Iacobi decanus cum eiusdem ecclesie canonicorum capitulo, facimus scripturam firmitatis et testamentum donationis uobis domno Egidio monasterii Sancte Marie Superaddi abbati et omnibus monachis in eodem monasterio habitantibus, tam presentibus quam futuris regulam Sancti Benedicti seruantibus, de medietate unius heremite ecclesia Sancti Andree de Brione uocitata, que habet iacentia in terra Trasancos, iuxta litus maris, in ripa fluminis Iuuie, quam Guterote Ferueiz cum filiis et filiabus suis ecclesie Beati Iacobi et nobis pro suorum peccatorum remissione per uerissimam scripturam ab illa et a filiis suis roboratam contulit. Nunc autem sicut predicta Gunterote Ferueiz eandem ecclesiolam cum omnibus suis bonis et directuris et piscariis et bonis eidem pertinentibus nobis et ecclesie nostre concessit, ita nos pari mente uobis prefato abbati domno Egidio et monachis Sancte Marie monasterii Superati ad sustentationem uestrorum corporum et ad reuelationem miserorum ibi aduenienciun, iure hereditario concedimus et deinceps per hanc scripturam firmamus. Eo uidelicet pacto, ut si in aliquo tempore peccatis exigentibus monasterium uestrum defructum fuerit aut regulam Sancti Benedicti in eodem monasterio non fuerit, ecclesia Beati Iacobi et archiepiscopus loci sancti, predictam ecclesiolam cum bonis suis recipiat et ad eius ius remota aliqua occasione statim redeat. Quod si aliquis potens uel impotens ecclesiastica uel laicalia persona, contra hanc nostram donationem spontaneam factam ad inrrupendum uenerit seu a predicto loco eam aufe-

redum uenerit, sit maledictus et excomunicatus et quod in calumpnia miserit in duplo uel triplo eidem loco componat, et insuper mille solidos uobis et cenobio uestro persoluat, et hoc nostrum factum semper obtineat uim.

Facta serie testamenti VII kalendas maii, era M^{a} C^{a} nonagesima prima. Ego prefatus Pelagius decanus ecclesie Beati Iacobi, cum canonicorum capitulo quod fieri deseruimus propriis litteris confirmamus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Pelagius ts., Didacus ts. [± 3] [1] Fernandus ts., Martinus ts.

Tumbo II, fol. 145 r.

427

A. 1151, Febrero 8 P.

DE BRION

In Dei nomine. Ego Houecus Suarii et uxor mea Adosinda Roderici et filii nostri facimus kartam uenditionis uobis abbati domno Petro Sancte Marie de Superaddo omnique conuentui eiusdem loci, de hereditate nostra quam habemus in terra de Trasancis uilla nominata Heremita Sancti Andree de Brion que est in ripa Iuuie et est terminata per terminos et loca antiqua, id est, per aquam de molendinis et inde per illum perarium et inde per illam Petram de Brion et inde per aquam de Cartimir; damus uobis iam dictam hereditatem pro remedio animarum nostrarum et pro precio uidelicet unum equm, et equam unam, et duas capas nouas, et quod maius est, ut me reciperetis inter uos. Et sciendum est quod illum meum quinionem est de quarta IIIes quartas, una ex istis quartis mea propria, altera dedit eam mihi germana mea Aragunti, que non habuit filium neque filiam, et altera dedit eam mihi germana mea domna Eldoza propter aliam meam de uilla Cornelii et Carinio. Amodo habeatis uos eam iure hereditario, uendatis, donetis, commutetis et prout uolueritis disponatis. Si quis contra hanc cartam uenerit tam ex meo genere quam ex alieno qualiscumque fuerit, sit maledictus usque in seculum et quantum inuaserit in quadruplum reddat, et insuper pro temerario ausu parti uestre uel uoci solidos D^{os} persoluat et hec carta semper maneat inconuulsa. Ego Ouecus Suarii et uxor mea Adosinda Roderici et filii nostri in hac carta manibus nostris roboramus.

[1] Ilegible.

Sub era M[a] C LXXX[a] IX[a] et quod VI idus februarii. Testium presentium nomina sunt hec: Pelagius ts., Petrus ts., Iohannes ts., Gundisaluus cf., Petrus cf., Didacus cf., Martinus qui notuit.

Tumbo II, fol. 145 v.

428

A. 1150, Marzo P.

DE SANCTI ANDREA

In Dei nomine. Ego Uisclauara Suarii cum filio meo Petro et fili[a]bus meis uobis abbati domno Petro de Superaddo omnique conuentui eiudem loci de hereditate mea propria quam habeo in terra de Trasancis in loco nominato Eremita Sancti Andree de Brion, que est in ripa maris Iuuie et est terminata per terminos et loca sua antiqua, id est, per aquam de molendinis et inde per illum perarium et per illam petram de Brion, et inde per aq⟨v⟩am de Cartimir, do uobis iam dictam hereditatem pro precio uidelicet, mihi unum mantum et filio meo Petro una equa et una capa et unos zapatos. Et sciendum est quod illum quinionem est de quarta quarta. Amodo habeatis eam iure hereditario, uendatis, donetis, commutetis et prout uolueritis disponatis. Si quis contra hanc cartam uenerit tam ex meo genere quam de alieno qualiscumque fuerit, sit maledictus usque in seculum et quantum inuaserit in quadruplum reddat, et insuper pro temerario ausu parti uestre [uel uoci solidos] D[os] persoluat, et hec carta semper maneat inconuulsa.

Facta k[arta] [± 6] marcii, sub era M[a] C[a] LXXX[a] VIII[a]. Nos supernominati, scilicet, Uisclauara cum filio meo Petro et filiabus hanc cartam manibus propriis roboramus. Testium presentium nomina sunt hec: Petrus ts., Martinus ts., Cresconius ts., Iohannes cf., Didacus cf., Houecus cf., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fols. 145 v.-146 r.

[1] Ilegible.

A. 1153, Junio 15 P.

DE SANCTA MARIA DE BRION

Ego Ouecus Suariz et uxor mea Adosinda Roderiquiz et filiis nostris et uox nostra, damus et offerimus Deo et Sancte Marie de Superato hereditatem meam quam habeo in uilla Sancte Marie de Brion et est pernominata de quarta tercia parte quantum michi conuenit inter meos germanos uel heredes, do uobis eam atque concedo domno Egidio abbati et conuentui eiusdem loci, tali pactum et tali conditione ut adiuuetis me per singulos annos de una kapa et zapatos et uno modio de pane. Ita do uobis eam ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditas de iuri meo abrasa et in uestro iure et dominio sit tradita atque confirmata, habeatis et possideatis eam uos et omnis posteritas uestra. Si quis tamen quod fieri non credo aliquis homo de parte mea uel extranea contra hunc factum meum ad irrumpendum uenerit uel uenero quisquis fuerit qui hunc factum meum infringere temptauerit pariat uobis uel qui uoce uestre pulsauerit ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et insuper centum solidos.

Facta scriptura firmitatis era M^{a} C^{a} LX^{La} I^{a} et quot XVII^{mo} kalendas Iulias era M^{a} C^{a} LX^{La} I^{a}. Ego Ouecus Suariz et omni uox mea uobis abbati domno Egidio et omni uestro conuentui in hanc kartam quam fieri iussi et legentem audiui manu mea roboraui. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., abbas domnus Petrus monasterii Ciniensis cf., Petrus abbas de Bisauquis uicarius ecclesie Beati Iacobi cf., Munius Pelaez et presbiter cf., Pelagius Aloitiz diaconus cf., Martinus notuit.

Tumbo II, fol. 146 r.

430

A. 1160, Abril 17 P.

DE SANCTO CHRISTOFORO

Inter cetera uirtutum et misericordie opera helemosina precipue comendatur, Domino adtestante qui ait: «Date helemosinam et omnia munda sunt uobis.» Et iterum: «Sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccata.» Ac per hoc ego Uermudus Froilaz et omnis uox mea in primis Deo et Sancte Marie Superaddi, dompno Egidio eiusdem loci abbati, priori dompno Martino et omni conuentui, facio testamentum firmissime scripture, propria mente et spontanea uoluntate, pro remissione peccatorum meorum, de meis hereditatibus nominatis, quantum habeo in Sancto Christoforo de ripa de mare, et in Sarantes quantum habeo uel in omni uita mea habere potuero aut ganauero, domos, edificationes, plantatos, possessiones, ut in uita mea teneam eas, et post mortem nos *(sic)* supradicti uel uox uestra recipiatis eas cum omni sua directura per suis terminis et locis antiquis, per ubi eas potueritis inuenire, ut habeatis et possideatis uos et omnis uox uestra iuri quieto, euo perhenni et secula cuncta amen; et uos uel qui post uos uenerint semper me in uestris beneficiis recipiatis. Quod si aliquis de parte mea uel de extranea uenerit et hunc testamentum irrumpere uoluerit, in primis sit excomunicatus et maledictus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et pariat uobis supradictis ipsas hereditates duplatas uel triplatas, in tali simile loco, et insuper quingentos solidos.

Factum testamentum firmissime scripture sub era M^{a} C^{a} LX^{La} VIII^{a} et quot XV kalendas maii. Regnante rege dompno Fernando in Legione et in Gallecia et in Asturias. Comes domnus Fernandus senior in Monteroso et in Traua. Fernandus Ueremudiz senior in Calamauco. In ecclesia Beati Iacobi electus Fernandus Cortes. Ego Uermudus Froilat et omnis uox mea uobis senioribus Superaddi uel omni uoci uestre in hunc testamentum manus meas. Qui presentes: frater Sancius, frater Iohanne ts., frater Pelagius ts., Iohanne ts., Petrus ts., Munio ts., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 146 r. y v.

431

A. 1164, Mayo 13 P.

DE SANCTO CHRISTOFORO

Sub Christi nomine. Ego Didacus Suariz et uxor mea Maria Froiaz et omnis uoci nostre, cum magna cordis deuotione, pro remedio anime nostre parentumque nostrorum tam precedentium quam sequentium, integro animo totoque consilio, nemine cogente, facimus kartulam testamenti et textum scripture firmitatis Deo omnipotenti et Beate Marie semper Uirgini ceterisque Sanctis quorum reliquie recondite manent in monasterio Superaddi, et uobis patri et abbati domno Egidio, ceterisque monachis ibidem Deo seruientibus tam presentibus quam futuris, uitam sanctam ducentibus, de hereditate nostra propria quam habemus uel habere debemus in Sancti Christofori ripa Iuuia; et est pernominata portione de medietate de Sancti Christofori cum omnia sua directura quarta portione integra, quia tantum conuenit nobis inter nostros germanos, et habemus eam de auolentia, ut sit in iure prefati monasterii ad opus uituum monachorum et helemosinarum pauperum usque in sempiternum, et habet predicta hereditas iacentia ripa Iuuia subtus alpe Piario, per suos terminos pernominatos, per illa arena de Carinio et quomodo se extrema de hereditate de Martin per medio monte quomodo perge per illo muro usque fere in illo regario que uenit de Martin et quomodo perge per ipsa aqua de illo regario usque intrat in Iuuia, huc utraque et illuc cum omni accessu uel recessu, quomodo se conclude in omni giro. Ita ut ab hodierno die et tempore sit prefata hereditas de iuri nostro abrasa et in uestro dominio tradita atque confirmata euo perhenni et seculi seculorum amen. Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de propinquis nostris uel de extraneis, contra hoc nostrum factum spontaneum ad irrumpendum uenerit uel uenero, cuiuscumque qualitatis sit, tam ecclesiastica quam secularis persona, in primis sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini participium habeat in eterna dampnatione et pro ausu temeritatis predicto monasterio persoluat D^{os} solidos et quantum in contempsam miserit duplet. Et hoc nostrum factum maneat semper firmum.

Facta kartula testamenti et confirmationis sub die quod est era M^{a} CC^{a} II^{a}, III° idus maii. Ego Didacus Suariz et uxor mea... (incompleto, falta el final).

Tumbo II, fol. 146 v.

432

Sin fecha (A. 1201, Dic. 8) [1]

... Bordegau, Pelagius Outau, Pelagius Balteiru, Martinus Fernandi, Iohannes Fernandi, Petrus Fernandi, Gumez Fernandi, Isti et alii calumpniatores supradictam hereditatem annunciarunt, et cortinam de Iohanne Martini de heremita extraxerunt ab eo et dederunt eam nobis, ipso concedente, et cum eis annuntionem faciente in corrigia de una spata. Nos, autem, dedimus in robore unum carnarium. Qui presentes fuerunt: Iohannes Martini, Petrus Albus, Petrus Maurus, Froila Stephani, Iohannes Petri de Baloni, Martinus Fernandi miles, Petrus Fernandi miles, Gomez Fernandi miles ts. et cf.

Tumbo II, fol. 147 r.

433

Sin fecha (siglos XII-XIII)

ALIA

Ego Martinus Fernandi, Iohannes Fernandi et Petrus Fernandi et Gumez Fernandi et Fernandus Iohannis damus uobis fratribus Superaddi totam hereditatem nostram quantam habemus a muro de uilla Builli per Antas et super ponte usque ad Grangiam de Brion in pignore pro CC^{os} et II solidos, et quando uoluerimus dare uobis supradictos denarios, auferte fructum de ea et date nobis hereditatem nostram.

Tumbo II, fol. 147 r.

[1] Falta el principio del documento.

434

Sin fecha (siglos XII-XIII)

DE RIUO MALO

Ego Rodericus Froile una cum filio meo Froila Roderici et omnis uox nostra facimus kartam uenditionis de hereditate nostra propria quam habemus in Rio Malo, uobis fratribus Superaddi, pro LXXX^{a} solidos et VII solidos in robore et in annuntiatione XX solidos: ve[n]dimus itaque uobis predictam hereditatem cum omni uoce sua a Rio Malo usque ad Grangiam de Brion. Qui presentes fuerunt: Froila Roderici, Petrus Mar[tin] de Baloi, Petrus Albus, Iohannes Martini de Heremita, Iohannes Afonsi, Petrus ferrario, frater Pontius magister; et hoc fuit factum super domum aui sui.

Tumbo II, fol. 147 r.

435

A. 1200, Diciembre 13 P.

ALIA

Era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a} et quotum idus december. Ego Iohannes Martini de Donius, cognomento Buchu, uendo uobis fratribus Superaddi unam bouzam integram portionem meam de Riuulo Malo pro XX solidos et pro uno rixelo in robore. Ts. et cf. quam superius. Petrus Albus et ceteri.

Tumbo II, fol. 147 r.

436

Sin fecha

ALIA

Ego Petrus Martini de Dunius, cognomento Buchu, uendo uobis fratribus Superaddi omnem portionem meam integram de Rio Malo usque ad Grangiam de Brion, et portionem de germana mea quam habeo in potestate mea. Vendo itaque uobis supradictam hereditatem meam et de

germana mea, pro XIII solidos et pro uno quartario de pane et pro uno manto et pro una capa et pro una cabra et in robore unos sotulares. Possidete eam in perpetuum.

Tumbo II, fol. 147 r.

437

A. 1167, P.

DE BALONI

Munio Heriz, dictus Peles, dedit Sancte Marie Superaddi quando uenit ad ordinem hereditatem suam quam habebat in Balone pro anima sua, et iacebat in pignore pro XX IIII^{or} solidos et medio. Guillelmo Petri et Pelagio Froile, filiis de Froile Petri de Baloni et filiis de Munio Uagar, qui predictam hereditatem tenebant in pignore, et extraxit et liberabit hereditatem de pignore frater Petrus, magister Grangie de Brion, et dedit ipsos XXIII solidos et medium et recepit hereditatem hereditatem suam per presentiam bonorum hominum in era M^{a} CC^{a} V^{a}. Regnante rege domno Adefonso in Legione in ipso anno qua ingressus est predictus rex in Trasancus, tenente comite Gomet medietatem de Trastamar. Pelagius episcopus Mendoniensis. Archidiaconus Gunzaluinus. Qui presentes fuerunt: Petrus Martini de Baloni ts. Petrus Aluu ts., Petrus Esuaradu ts., Froila Martini presbiter ts., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 147 r. y v.

438

A. 1167, Julio 15 P.

DE BUILI

Era M^{a} CC^{a} V^{a}, idus iulii. Iohannes Fernandi et Didacus Fernandi, filii de Fernando Didaci et nepti de Maria Froile, iermana de Ueremudo Nariz, uendiderunt fratri Petro Odoarii, magistro de Brion, quartam integram de agro de senaria de uilla Builli pro VII solidos et in robore unam cenam. Petrus Albus ts., Petrus Martini de Baloni ts., Froila Martini presbiter ts., Pelagius Anaia ts., Frater Pelagius rex ts., frater Petrus Caluus ts., Rodericus Gundisalui tenente Trastamar et Monte Nigro. Episcopus Mendoniensis ts., Pelagius Ceueira ts.

Tumbo II, fol. 147 v.

439

A. 1207, Julio 10 P.

DE RIUO BONI

Azenda Petri de Baloni, uxor de Martino Pelaz, dictus Gazamon, uendidit fratri Petro Odoarii, magistro de Brion, totam hereditatem quam habebat a portu Riuuli Boni, quomodo uenit usque ad mare de Brion, quantum habebat in Brion de Susano et in Sudres et in Riuo Bono, pro una cap[r]a preciata V solidos cum filia sua et III denarios in robore.

Era M^{a} CC^{a} X^{La} V^{a}, VI idus iulii.

Tumbo II, fol. 147 v.

440

Sin fecha (siglo XIII)

DE BRIONI

Ego Ouecus Nuniz, filius de Maria Oueci et de Nuno Petri de Suarii, [uendo] uobis fratri Petro Odoarii magistro de Brion totam hereditatem quam habeo a portu Riuo Bono usque ad mare de Brion quantum ad me pertinet in Brion de Susano et in Sudres et in Riuo Bono pro III solidos et medio.

Tumbo II, fol. 147 v.

441

A. 1223, Febrero 17 P.

DE CARTIMIR

Iohannes Pelagii, filius de Pelagius Froile, dictus Testa, uendidit totam hereditatem suam quam habebat in Cartimir per couum et inde ad fontaniam et inde ad Lamegeiru de Nido Corui, totam suam uocem

fratribus Superaddi pro tribus solidis. Qui presentes fuerunt: Abbas domnus Henricus, Martinus Roderici cellerarius, Petrus Iohannes magister conuersorum, frater Iohannes Ueremudi magister de Brion, Nuno Iohannis de Sarantes, Petrus Albus de Baloni, Ueremudus Roderici.

Era M^{a} CC^{a} LX^{a} I^{a} et quot XIII kalendas marcii.

Tumbo II, fol. 147 v.

442

A. 1187, Julio 31 P.

Ego Sancia Petri filia Petri Uaceiru, et omnis uox mea, dono, pro remedio anime mee et parentum meorum, totam hereditatem meam quam habeo in Brion superiorum et in Balone et in Sarantes Sancte Marie Superaddi. Similiter ego frater Iohannes Petri germanus istius Sancie et Gundisalui Coche dono totam hereditatem meam quam habeo in Balone et in Sarantes ut habeatis eas et faciatis de eis quod uobis placuerit.

Era M^{a} CC^{a} XXV^{a} et quot II kalendas augusti.

Tumbo II, fol. 147 v.

443

A. 1225, Mayo 15 P.

DE BALONI

Maria Petri, filia de Petro Martini de Balone, posuit in pignore fratribus de Superaddo, totam suam directuram de Mougane pro L^{a} solidos et quando ipsa dederit L^{a} solidos predictis fratribus in die Sancti Martini, dent ei predictam hereditatem, et si ipsa obierit antequam predictam hereditatem extrahat de pinore, remaneat iam dicta hereditas Sancte Marie Superaddi pro anima sua.

Era M^{a} CC^{a} LX III^{a} et quot idus maii. Qui presentes fuerunt: frater Petrus Fernandi magister de Brione, frater Dominicus, frater Petrus Dominici, frater Petrus Aluelu, Iohannes Equaricius, Iohannes Pelaz, Petrus Sangurzu.

Tumbo II, fols. 147 v.-148 r.

444

A. 1225, Junio 13 P.

DE BRIONI

Maria Petri filia, Petri Romeu de Baloni, uxor de Roderico Iohannis, dedit pro anima sua et sui mariti, totam suam hereditatem quam habebant tam de abolentia quam de compara et de ganantia de aqua de Giraldi usque ad Grangiam de Brione excepta sua portione de Rodondo et excepto agro de Figeira et excepta sua portione de bouza de Giraldi.

Era M[a] CC[a] LX[a] III[a] et quot idus iunii. Qui presentes fuerunt: frater Petrus Fernandi magister de Brione, frater Iohannes carpentarius, frater Iohannes de Iuncaria, Martinel, Pelagio Amigo, Martinus, Petrus Saude.

Tumbo II, fol. 148 r.

445

Sin fecha (siglo XIII)

RODERICO IOHANNIS

Roderico Iohannis et uxori sue concessa est sepultura et sotietas in ordine et partem in orationibus tam in uita quam in morte et beneficium in domo de Brione. Similiter dederunt totam suam portionem de cabana de Cartimir per suos terminos.

Tumbo II, fol. 148 r.

446

A. 1225, Septiembre 20 P.

DE RIUO BONI

Petrus Gunzaluiz et Maria Gunzaluit de Baloni uendiderunt magistro de Brione fatri Petro Fernandi, totam suam hereditatem quam comparauerant de congermano suo Petro Iohannis Rogel, de aqua de Riuo Bono

quomodo se iungit cum aqua de Giraldi usque ad Brion, et compara quam fecerunt de isto Rogel infra terminos de cabana de Cartimir, excepta bouza de Castanidu. Hanc hereditatem in supradictis locis uendiderunt pro quadraginta solidos et pro una oue in robore Petro Gunzaluiz et pro una teega de milio in roboratione.

Era M^{a} CC^{a} LX^{a} III^{a} et quot uigilia Sancti Mathei. Qui presentes fuerunt: frater Pelagius Pintus et frater Iohannes carpentarii, frater Iohannes de Iuncariis.

Tumbo II, fol. 148 r.

447

Sin fecha (siglo XII)

TERMINO DE ECCLESIA DE SANCTO ANDREE

Isti sunt termini de Sancto Andrea de Brion, qui positi sunt per sapientes terre, et per bonos homines et ueteranos. Incipiunt per arenam de Paradiso, et inde ad Petram Scriptam que est inter casalem qui fuit de comitissa et bouzam, et inde ad marcum qui stat in ripa de riuo sub casa de Martino uacario, et inde ad Penam Aquilariam, et inde ad Lacunam, et inde ad Fontaelu sicut intrat in Iuuia. Homines boni qui istas diuisiones fecerunt sunt Pelagius Menendi de Sancto Matheo, Gunzaluus Froile de Mandiam qui heres erat de Balone, Iohannes Afonsi de Tabulata, Petrus Rabilum de Sarantes, Rodericus Martini de Sarantes et gener eius Gunzaluus Afonsi. Et compositores inter abbatem de Superaddo domnum Thomam cum suis fratribus et priorem de Sancto Martino domnum Bartolomeum cum suis fratribus et priorem de Sancto Martino fuerunt: Rodericus Froile et Fernandus Froile ts., Veremudus Froile et Munio Gunzalui. Qui presentes fuerunt: Sancius prior de Petrosu ts., Guterrius Ueremudiz canonicus ts., Petrus Martini de Balone ts., Petrus Ouequiz de Maaosende, Fernandus Menendi presbiter ts., Pelagius archidiaconus ts., Rodericus Aluiti ts. et cf.

Tumbo II, fol. 148 r. y v.

448

Sin fecha (siglo XII)

TERMINUS DE MOLINUS

Termini de Molinus sunt in tribus lapidibus superius inmobilibus, et in uno inferius inmobili, in quibus caracteres utriusque domus inpressi sunt. Populus terre multus qui conuenerat, testis est istius pacti, et una diuisio fuit facta in diebus abbatis domni Egidii de Superaddo et prioris Sancti Martini nomine Costantini et altera diuisio fuit facta in diebus abbatis de Superaddo domni Tome et prioris de Sancto Martino domni Bartolomei.

Tumbo II, fol. 148 v.

449

Sin fecha (siglo XIII)

TERMINUS

Nota Bouza de Castanidu de Riuo Malo contra Brium sic diuiditur. Diuiditur per medium de medietate totius Bouze. Habemus medietatem quod est quarta integra de tota Bouza pro Froila Pelaz qui dedit eam Superaddo. Fac quatuor partes de altera quarta, et unam habemus pro Munio Herit. De tribus aliis fac duos quiniones et sunt de Maiore Ueremudi, de aliis duobus quinionibus fac iterum duos quiniones, et de uno quinionem habemus duas partes pro fratre Petro Martini de Balone qui eam dedit nobis, et tercia parte est de Petro Albo. De alio quinione fac VIII quiniones, et unum ex his VIII est nostrum pro Petro Iohannis qui eam dedit nobis, et alii VII quiniones sunt de Froila Pelaz et de Iohanino. Altera medietas est de tota Bouza diuiditur per medium, et una medietas que est quarta de tota Bouza, est de Baloni. De ista IIII^{a} de Baloni fac VI partes. Vna sexta est de Sancto Georgio et habemus inde medietatem pro Iohanne Afonsi. Alia VI^{a} comparauit frater Poncius de filiis et nepotibus de Petro Froila. Alia sexta comparauimus de Ardio

Froilat. Alia VI comparauimus de Gunzaluo Froilat de filiis et nepotibus. Alia VI[a] de Martino Froila; et habemus tres partes de ea. Alia VI[a] habemus de Maria Petri. Alia quarta de tota Bouza diuiditur in septem partes; de his septimis IIII[or] uenerunt ad cellarium de Sarantes. Quinta septima est inde media de Eldonza Moniz, et uadit ad cellarium. Altera media est de Petro Prego et habemus eam comparatam. Alia septima est de Cotonibus et in ista habemus quinionem de Petro Cullum, et quinionem de Pelagio Rabaldu. Alia VII[a] est de Rabillonibus. Sic diuiditur uilla de Balone quomodo ista Bouza.

Tumbo II, fol. 148 v.

450

A. 1159, Febrero 21 P.

INCIPIUNT CARTE DE BRION ET DE SARANTES
DE UILLARI SANCTI CHRISTOFORI

In Dei nomine. Ego Froyla Pelagii et omnis uox mea, uobis domno Egidio abbati Superaddi et omni conuentui tam presenti quam futuro, facio cartam uenditionis de hereditate mea propria quam habeo in territorio de Trasanquis iuxta fluuium de Iuuia, in loco dicto uilar de Sancto Christoforo, totam portionem et portionem de meo germano Ferueo Pelagii cum omni sua directura, per ubi eam potueritis inuenire, uobis illam totam uendo pro precio quod mihi et uobis bene complacuit, uidelicet, LX VI solidos in uno caballo; et de isto precio apud uos nichil remansit in debito, ita ut hodie de iure meo sit abstracta et in uestro iure et dominio sit confirmata, ut habeatis eam et possideatis iure hereditario. Quod si quis hanc cartam infringere uoluerit, sit excommunicatus et pariat uobis supradic[tis] fratribus Superaddi uel uoci uestre ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et insuper D[os] solidos.

Facta carta in era M[a] C LX[La] VII[a] et quot VIIII[o] kalendas marcii. Regnante rege Fernando in Legione. Comes domnus Gundisaluus, Archiepiscopus Compostelle Martinus. Episcopus Lucensis ecclesie Iohannes, Minduniensis Petrus. Ego Froyla Pelagii in hac carta manus meas roboro. Vendo insuper uobis, tali precio sicut superius dictum est, in predicto uillari terciam portionem germane Guntrode Pelagii. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Iohannes ts., Froyla ts., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 149 r.

451

A. 1176, Noviembre 30 P.

DE UNA CORTINA IN SARANTES

In nomine Domini. Ego Menendus Guimaraz et omnis uox mea, ob remedium anime mee meorumque parentum, per cartam donationis et testationis, do et offero Deo et Sancte Marie monasterii Superaddi omnem portionem meam et directuram illius cortine de Sarantes quam scilicet habeo cum Pelagio Muniz cum omnibus suis directuris et bonis iure hereditario in perpetuum possidendam. Et qui hanc cartam irrumpere temptauerit sine fine permaneat maledictus et condempnatus et pariat uobis L solidos et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta II° kalendas decembris, era M[a] CC[a] XIIII. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro *[signum]*. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Martinus ts., Arias ts., frater Suerius cf., frater Martinus cf., Petrus Iohannes cf., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 149 r. y v.

452

A. 1179, Enero s. d. P.

DE SARANTES

In nomine Domini. Ego Pelagius Muniz dictus Rabaldus, monasterii Sancte Marie Superaddi frater, ob remedium anime mee meorumque parentum dono et offero Deo et Sancte Marie de Superaddo et fratribus eiusdem loci, totam illam hereditatem cum omnibus suis directuris, quanta ego comparaui in Sarantes de Gundisaluo Petri, sicuti resonat in illa carta qua eam ab eo emi, ut ipsum monasterium libere et in pace in perpetuum possideat ipsam hereditatem. Et qui contra hoc meum factum ad irrumpendum uenerit, maledictionem Dei et meam incurrat, et pariat iam dicto monasterio C solidos et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta donationis mense ianuario sub era Mª CCª XVII. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro. Qui presentes fuerunt: Petrus Iohannis ts., Iohannes Martino ts., frater Rodericus cf., frater Martinus cf., frater Petrus cf., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 149 v.

453

A. 1204, Noviembre 11 P.

DE SARANTES

In Dei nomine. Ego comitissa domna Sancia facio cartam testamenti Deo et Beate Marie et uobis abbati domno Pelagio et toti conuentui de Superaddo de quinta parte uille que uocatur Sarantis in Trasancos, quam uidelicet, ego una cum filio meo Nuno Sancii uobis dono cum omnibus pertinenciis et directuris suis et omnibus que ad uocem ipsius u⟨i⟩lle pertinent, tam intus quam foris, cum omnibus uillulis, pratis, pascuis, exitibus, terris cultis et incultis, sicuti ad me pertinet, ita uobis eam, ex integro, dono pro remedio anime mee et parentum meorum tam uiuorum quam defunctorum ut eam possideatis et uestram uoluntatem de ea faciatis. Si quis autem hominum hanc cartam nostre confirmationis irrumpere t⟨e⟩mptauerit et uos, aliquo modo, super his que uobis dedi molestare presumpserit, maledictione Dei omnipotentis incurrat et quod inuaserit in quadruplum reddat, et parti regie D morabetinos exsoluat et hoc nostrum factum perpetuum robur optineat.

Facta carta sub era Mª CCª XLª IIª, quot IIIº idus nouembris in terra de Fulieda in uilla que uocatur Cuzolis. Regnante rege domno Adefonso in Legione, Gallecia, Asturiis et Extrematura. Tenente Transtamar comite domno Gomecio et domno Gundisaluo Nuniz. Ipso domno Gundisaluo tenente Monterosum et Lemus. Apud Sanctum Iacobum archiepiscopus domnus Petrus Suarii. Lucensis episcopus domnus R[odericus]. Mindoniensis episcopus domnus Pelagius.

(1.ª col.) Qui presentes fuerunt: Fernandus Petri presbiter cf., Iohannes de Amole presbiter cf., Petrus presbiter cf.,

(2.ª col.) Gomez Gundisaluus cf., Garsias Iohannis cf., Garsias Didaci cf., Gundisaluus Petri cf.,

(3.ª col.) Petrus ts., Dominicus ts., Fernandus ts., Iohannes ts.

Ego comitissa domna Sancia hoc scriptum quod fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo. Et est sciendum quod ad obitum meum fieri debet pro me seruicium sicuti pro uno fratrum monasterii.

Tumbo II, fols. 149 v.-150 r.

454

A. 1199, Septiembre 26 P.

DE MARINANO ET UALLEM ET ALIIS

In nomine Domini. Nos Iohannes Fernandi, Petrus Fernandi, Gomez Fernandi et Martinus Fernandi fratres et omnis uox nostra, damus et testamus Deo et Sancte Marie Superaddi et uobis fratribus eiusdem loci, omnem hereditatem nostram et abere pro animarum nostrarum remedio in perpetuum cum suis directuris possidendam si sine semine obierimus. Si autem filios habuerimus ipsi inde habeant III^{am} partem et uos habeatis duas partes. Mandamus etiam et insuper in presenti uobis concedimus totam nostram ⟨hereditatem⟩ de Mariniano et de Ualuem et de uilla Ousaz et etiam ubi boues et homines de uestris grangiis laborare uoluerint. Concedimus insuper uobis et damus nostram portionem de molinis et de Sancto Christoforo, et hoc facimus pro animabus nostris nostrorumque parentum. Quicumque autem, contra hoc nostrum spontaneum factum uenerit ad irrumpendum, sine fine sit maledictus et pariat uobis D solidos et hoc scriptum permaneat firmum.

Facta carta VI° kalendas octobris, era M^{a} CC^{a} XXXVII. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus Pelagii presbiter cf., Petrus Iohannis cf., Petrus Martin cf., Pelagius eius filius cf., frater Martinus cf., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 150 r.

455

A. 1202, Mayo 1 P.

DE SANCTO GEORGIO

In nomine Domini. Ego Petrus Stephani dictus Perroch et omnis uox mea, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, grato animo et bona uoluntate, ob remedium anime mee meorumque parentum

et etiam pro dampno quod feci uobis, dono et firmiter in perpetuum concedo terciam partem unius agri et quartam de altero et etiam quartam unius sauti cum tota mea portione illius hereditatis de Sancto Iurgio, quam pater meus et mater mea comparauerunt, ut possideatis totum cum omnibus suis pertinenciis in secula seculorum. Si forte fratres mei istam hereditatem uobis calumpniauerint, debent habere hereditatem de Baloni. Qui hanc cartam fregerit, fractus a diabolo sit et pariat uobis C solidos et hoc scriptum semper sit firmum. Facto scripto kalendas maii, era M^{a} CC^{a} X^{La}. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro *[signum]*.

Qui presentes fuerunt: frater Iohannis cf., Pelagius Petri cf., frater Sebastianus, Petrus Herit cf., Fernandus Menendi ts., frater Martinus, Petrus Martini cf., Froyla presbiter notuit.

Tumbo II, fol. 150 r. y v.

456

A. 1200, Diciembre 6 P.

DE GIRALDE ET DE TERMINOS IN TRASANCOS

In nomine Domini. Nos filii omnes Froyle Petri et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, grato animo et spontanea uoluntate, facimus cartam uenditionis in perpetuum ualituram de tota nostra hereditate quam habemus uel habere debemus ex parte auorum nostrorum in Giralde, in Xudris, in Baucia de Infesta et in Pireiru, quantum pertinet nobis ab aqua de Rio Malo usque ad uestram Grangiam de Brion, ut habeatis et possideatis eam cum omnibus directuris suis et bonis iure hereditario in perpetuum possidendam, pro precio de quo nobis placuit, uidelicet, XII solidos, et pro robore unam taegam de cibaria. Item ego Perroth et omnis uox mea uobis iam dictis fratribus uendo pro X solidos omnem meam hereditatem et directuram quam habeo in supradictis locis ab aqua de Rio Malo usque ad Grangiam cum omnibus suis directuris et bonis et datis mihi pro robore unam taegam de cibaria. Qui fregerit hanc cartam, sine fine sit maledictus et pariat uobis C solidos, et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta VIII° idus decembris, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus Martini de Baloni cf., Petrus Caluus cf., frater Poncius cf., Munio Gundisalui cf., Iohannes Martin cf., Gundisaluus Muniz cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fols. 150 v.-151 r.

457

A. 1202, Abril 22 P.

DE BALO[N]E ET ALIIS

In nomine Domini. Ego Martinus Romeus et omnis mei primi et consanguinei et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre facimus cartam uenditionis in perpetuum ualituram, de omni hereditate nostra de uoce scilicet de Balone quantam habemus uel habere debemus ex Rio Malo usque ad Iuuiam u⟨t⟩ habeatis et possideatis eam cum omnibus suis directuris et bonis libere in perpetuum, pro precio de quo nobis placuit, scilicet, X solidos fortis monete cum placabili robore. Si quis contra hanc cartam uenerit ad irrumpendum semper sit maledictus et pariat uobis XXX solidos et hoc scriptum permaneat firmum.

Facta carta X° kalendas maii, era M^a^ CC^a^ X^La^. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Martinus ts., frater Iohannis cf., Fernandus Menendi ts., Petrus Herit ts., frater Sebastianus, frater Petrus ts., Petrus Iohannis cf., Froyla presbiter qui notuit.

Tumbo II, fol. 151 r.

458

A. 1201, Octubre s. d. P.

A RIUO MALO USQUE AD GRANGIAM DE BRION

In nomine Domini. Ego Martinus Petri presbiter, filius Petri Froyle et omnis uox mea, ob remedium anime mee meorumque parentum, dono et offero Deo et Sancte Marie Superaddi omnem hereditatem meam quantam habeo uel habere debeo cum omnibus suis directuris et bonis a Riuo Malo usque ad Grangiam de Brion, ut ipsum monasterium libere et in pace possideat ipsam hereditatem. Et qui hoc scriptum fregerit fractus

a diabolo sit et pariat ipsi monasterio L solidos et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta donationis mense octobris, era Mª CCª XXXª VIIII. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro. Qui presentes fuerunt: Frater Martinus cf., Petrus Albus cf., Martinus Fernandi cf., Iohannes Martini cf., Petrus Maurus cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 151 r.

459

A. 1182, Enero P.

DE BRION DE SUSANO ET BALONI

In nomine Domini. Ego Petrus Ferueiz et omnis uox mea, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, ob remedium mee anime meorumque parentum, dono et offero Deo et Sancte Marie et uobis omnem meam hereditatem et fratrum meorum, quantam ad nos pertinet in Brion de Susano ut possideatis eam in perpetuum cum omnibus suis directuris, et fratres mei integrent se pro ista in hereditate quam habemus in Baloni et in aliis locis. Qui fregerit hoc scriptum fractus a diabolo sit et pariat uobis C solidos et hoc scriptum sit semper firmum.

Facta carta mense ianuario, era Mª CCª XX. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro *[signum]*. Qui presentes fuerunt: Petrus Saniz, Petrus Pelagii, frater Martinus cf., Iohannes ts., Petrus ts., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 151 v.

460

A. 1201, Diciembre s. d. P.

DE UILLA BUILLI

In nomine Domini. Ego Gundisaluus Muniz et uxor mea Enxemena Menendi et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facimus cartam uenditionis in perpetuum ualituram

de omni hereditate nostra et coheredum nostrorum, quantam habemus uel habere debemus de ouolentia et de ganantia in uilla Builli, tam super Fontem quam sub Fonte et etiam usque ad murum de Pounte, ut habeatis et possideatis eam libere et in pace cum omnibus suis directuris et pertinenciis, intus et foris, prope et longe, pro precio unde nobis placuit, idest, solidis LX[a] fortis monete. Petrus autem Bordegau, Pelagius Outau. Pelagius Balteiru, Martinus Fernandi, Iohannes Fernandi, Petrus Fernandi, Gomez Fernandi, isti et alii calumpniatores calumpniabant supradictam hereditatem et abnutiauerunt eam libenter in perpetuum, in corrigia unius spate, una cum uidelicet Iohanne Martini de heremita, de quo etiam ipsi abstraxerunt unam cortinam et insimul dederunt Superaddo, et ipsi fratres dederunt eis pro robore unum arietem. Qui hanc scripturam fregerit sine fine ex parte Dei et nostra permaneat maledictus et pariat uobis CCC solidos, et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta mense decenbri, era M[a] CC[a] XXX[a] VIIII[a]. Nos iam in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: frater Poncius cf., Petrus Albus cf., Froyla cf., frater Martinus cf., Petrus Maurus cf., Iohannes cf., Petrus qui notuit.

Tumbo II, fols. 151 v.-152 r.

461

A. 1200, Septiembre 6 P.

A RIUO MALO USQUE AD GRANGIAM DE BRION

In nomine Domini, ego Petrus Ma[u]rus filius Munie Petri et omnes germani mei Froyla Stephani, Petrus Stephani et Martinus Ste[phani] et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omni⟨que⟩ uoci uestre, facimus cartam uenditionis de omni hereditate cum suis directuris quantam habemus uel habere debemus de auolentia et de ganantia a Riuo Malo usque ad Grangiam uestram de Brion, ut libere in perpetuum possideatis eam, pro precio de quo nobis placuit, id est, XX solidos cum placabili robore. Et item ego Cornelia filia Petri Froyle et omnis uox mea eodem modo pro VI solidos et pro uno rexelo in roboratione uendo uobis quantam hereditatem habeo infra iam dictum terminum. Qui fregerit hanc cartam fractus a diabolo sit, et pariat uobis C solidos, et hoc scriptum semper sit firmum.

MINISTERIO DE EDUCACIÓN Y CIENCIA - BIBLIOTECA -

Facta carta die VIII° idus setembris, era M[a] CC XXX VIII. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Iohannes Martini cf., frater Martinus cf., Petrus Maurus cf., Petrus F[ernandi] miles cf., Gomez F[ernandi] miles cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 152 r.

462

A. 1201, s. m., s. d. P.

A RIUO MALO USQUE AD BRION

In nomine Domini, ego Munio Gundisalui et omnis uox mea, vobis fratri Pelagio de Armentaria et fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram, de omni hereditate quantam habeo ex Riuo Malo usque in Brion. Et ego similiter Maria Petri, uxor uidelicet istius Munionis Gundisalui, uendo uobis quantam hereditatem habeo ex iam dicto Riuo Malo usque ad aquam de Iuuia. Hanc igitur hereditatem totam cum omnibus suis pertinenciis et directuris uobis ab integro in perpetuum possidendam, uendimus et concedimus pro precio de quo nobis placuit, id est, uno boue apreciato XX solidos, et etiam pro solidis IIII[or] et uno pro roboratione. Si quis contra hoc nostrum uoluntarium factum uenerit ad irrumpendum, sin fine maledictus et condempnatus permaneat et pariat uobis C solidos et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta era M[a] CC[a] XXX[a] IX[a]. Nos iam in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Pelagius Oueci prior cf., Petrus Martini cf., Petrus Maurus cf., Veremudus Petri cellerarius cf., domnus Vilielmus cf., Pelagius dictus archidiaconus cf., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fol. 152 r. y v.

463

A. 1202, Mayo s. d. P.

DE BONILI

In nomine Domini. Ego Petrus Boidegon et ego Enxemena Menendi et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre facimus cartam uenditionis in perpetuum ualituram, de dua-

bus octauis integris illius agri de uilla de Bonilli ut habeatis et possideatis eas cum omnibus suis directuris in perpetuum pro precio de quo nobis placuit, id est, duobus carnariis cum placabili robore. Et qui fregerit hanc cartam sit semper maledictus et pariat uobis XX solidos, et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta mense maio era M^{a} CC^{a} X^{L}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Sebastianus magister de Brion qui soluit predictum precium ts. et cf., frater Martinus ts., frater Iohannes ts., frater Petrus ts., Fernandus Menendi cf., frater Gundisaluus ts., Nuno Iohannis ts., Nicolaus cf., Froyla presbiter capellanus Sancti Martini notuit.

Tumbo II, fol. 152 v.

464

A. 1215 s. m., s. d. P.

DE GUINE GUNDISALUI

In Dei nomine, ego Petrus Gundisalui anutio et quito Superaddi fratribus illam demandam quam illis demandabam de uoce hereditatis matris mee Guine Gundisalui quam dedit illis pater meus Gundisaluus Petri, cognomine Chuchu, scilicet de illis marcis quos posuerunt insimul fratres et populus terre per marcum de Querco Nigrale et per cancellam de Riuulo Bono usque ad Grangiam de Brione, de Fontania et de Sudres omnem uocem matris mee anutio et quito pro eo que fratres dant et liberant predicto patri meo tres duas partes de illo socto de riuulo Fontanie in quo ipse pater meus III^{am} partem habebat, et pater meus liberat et quitat fratribus uocem concambie hereditatis de Rodondo quam emerant fratres de mulieribus cognomine Romeas et ipse intrat ius suum illius concanbie quam fratribus dederat et quitat fratribus III solidos et VIII denarios, et fratres duxerunt lapides patri meo ad faciendum parietem, ex eis unde illos fratres foras asportauerant.

Facto scripto annuntii et quitationis apud Ferol era M^{a} CC^{a} LIII. Qui presentes fuerunt: Petrus Martini miles ts., Rotolandus Petri, Petrus Rotolandi ts., Petrus ts., Matheus ts., Martinus ioglar ts., Martinus Iohannis ts., Iohannes ts. Ego Petrus Gundisalui et pater meus hoc scriptum quod fieri iussimus propriis manibus roboramus. Regnante rege Adefonso in Legione. R[oderico] Gomez tenente Trastamar. Pelagius episcopo Minduniensis. Archidiacono in Trasanquos G. Petri. Munio qui notuit.

Tumbo II, fols. 152 v.-153 r.

465

Sin fecha
1205, Julio 10 [1]

DE CO[ER]U

In Dei nomine. Nos I[ohannes] Petri, Petrus Petri et Martinus Petri et Gontrode Petri et Maria Petri, filii de Petro, vobis fratribus monasterii Sancte Marie Superaddi, uendimus medietatem de uno agro de Coeru qui iacet iuxta uineam de Cartimir pro precio quod nobis dedistis et pro tota leira que iacet in Sarantes quam nobis uendid[it] Petrus Giraldiz concambia de una leira nostra et pro uno pomerio quod mihi datis pro medietate supradicti agri, ut habeatis illum et possideatis iure hereditario, et si uos me non potueritis defendere cum pomerio quod mihi in concanbiatione dedistis, debetis mihi dare IIII^{or} oues.

Tumbo II, fol. 153 r.

466

A. 1205, Julio 10 P.

DE CARTIMIR

Item ego Rodericus Pelagii cognomento Cotom et Maria Pelagii, uobis fratribus Sancte Marie Superaddi uendimus portionem nostram integram de agro que iacet iuxta aquam de clausa de Cartimir que aqua intrat in mare, et determinatur per marcum quem posuimus iuxta Quercum Nigral et inde quomodo uadit per aquam et intrat in mare. Hanc supradictam portionem nostram iam dicti agri uobis uendimus cum omnibus pertinenciis suis pro ouibus et porcis quos nobis dedistis et de precio apud uos nichil remansit in debito.

Facta carta era M^{a} CC^{a} X^{La} III^{a} et quot VI° idus iulii. Qui presentes fuerunt: frater Ouecus Froyle, Petrus Martini, frater Pelagius, Nuno Iohannis miles, Pelagius Buarius, frater Martinus, Fernandus Menendi. Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 153 r. y v.

[1] Asignamos esta fecha por ser igual al documento que figura en el fol. 128 r.

467

A. 1200, Julio 21 P.

DE BRION

In Dei nomine. Ego Pelagius Roderici, filius Roderici Martini de Donius et omnis uox mea, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, grato animo et bona uoluntate, facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram de omni hereditate mea quantam habeo uel habere debeo ex Confurcu unde apparet ecclesia de Donius sicut diuiditur per muros et per uscheiras de Pounte usque ad Iuuiam ab integro, et etiam de duobus agris quos habeo in uilla Bonilli. Totam igitur supradictam hereditatem cum omnibus pertinenciis suis et directuris et bonis, uendo et concedo uobis in perpetuum possidendam pro LIIII solidos fortis monete cum placabili robore. Qui hoc scriptum irrumpere temptauerit maledictionem Dei et Sancte Marie et meam incurrat, et uobis D solidos persoluat.

Facta carta uenditionis era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a} et quot XII kalendas augusti. Qui presentes fuerunt: domnus Bonushomo prior Sancti Martini de Iuuia, Fernandus Froyle, Iohannes Pernas, Veremudus Menendi ts. et cf., Rodericus Aluiti clericus ts. et cf., Nuno Iohannis ts. et cf., Petrus Martini ts. et cf., Froyla Sancti Martini capellanus notuit. Munio qui scripsit.

Tumbo II, fol. 153 v.

468

A. 1173, Julio s. d. P.

DE SUDRES

In nomine Domini. Ego Petrus Martini et omnis uox mea do et concedo uobis fratribus Superaddi, in perpetuum, omnem hereditatem meam de Sudris cum omnibus suis directuris pro una larea quam mihi datis in Baloni circa scilicet casam de suo genro. Similiter ego Pelagius Rode-

rici dono uobis et in perpetuum concedo, pro anime mee remedio, omnem meam portionem quam habeo per aquam de clausa de Cartimir usque ad Grangiam, ab integro, cum suis pertinenciis. Et etiam do uobis, pro anima fratris mei, medietatem de illis castinariis de Uillare et aliam medietatem do uobis modo supradicto et cum suis directuris, et terreno et accipio a uobis pro robore unam iuuencam. Qui hanc cartam fregerit fractus a diabolo sit et pariat uobis C solidos, et hoc nostrum uoluntarium factum semper sit firmum.

Facta carta in mense iulio era M^{a} CC^{a} XI^{a}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus Leolfi cf., frater Rodericus ts., Rodericus Suarii ts., Martinus Suerii cf., Veremudus Martini ts., Petrus Iohannes, Arias ts., Munio qui notuit.

Tumbo II, fols. 153 v.-154 r.

469

A. 1207, s. m., s. d. P.

DE RIUO MALO

In Dei nomine. Ego Maior Ueremudi, filia Ueremudi cognomento Nariz, pono uobis fratribus Superaddi totam hereditatem meam quam habeo de rio Malo usque ad Grangiam de Brione, tam de me quam de meis gentibus, in pignore pro uno equo, apreciato C solidos, tali uidelicet pacto, quod si ego dedero uobis C solidos usque ad festum Sancti Michaeli habeam meam hereditatem, et si illos C solidos uobis ad diem determinatum non dedero, supradictam hereditatem cum omnibus pertinenciis suis teneatis quo usque uobis predictos denarios persoluam, et tunc de Sancto Martino in Sanctum Martinum extrahatur. De cetero si ego usque ad festum Sancti Michaeli nequiuero de meis gentibus suam portionem liberare, dabo uobis L solidos et alios L habebitis super medietate de predicta hereditate. Huius rei testes fuerunt: frater Petrus Ordonii, frater Martinus carpentarios, frater Iohannes, Petrus Caluus, Menendus Gundisalui.

Facta conuennientia in era M^{a} CC^{a} X^{La} V^{a}.

Tumbo II, fol. 154 r.

470

A. 1207, P.

DE BRION ET MUNIO PELLES

In nomine Domini, ego Petrus Odoarii magister de Brion, vobis filiis Froyle Petri de Baloni, uidelicet Pelagio Froyle et Iohanni Froyle et filiis Munionis Uagar, Laurencio Muniz et Fernando Muniz et Petrus Muniz et Iohanni Muniz et Vyllelmo Petri, dono XX IIII solidos et medio pro hereditate de Munio Peles quam ipse uobis posuerat in pignore pro supradictis denariis et postea ipsam hereditatem dedit nobis ad conuersionem suam.

Facta carta era M[a] CC[a] X[L] V. Qui presentes fuerunt: Petrus Albus ts., Froyla Martini presbiter ts., Petrus Martini ts., et alii quam plures qui hoc uiderunt et audierunt. P[etrus] qui notuit.

Tumbo II, fols. 154 r. y v.

471

Sin fecha (siglo XIII), P. (1207)

DE BALONI

Comitissa domna Santia, filia comitis domni Fernandi et uxor comitis domni Aluari dedit quartam integram de tota uilla de Baloni per maiordomum suum Pelagium de terra in pignore Petro Martini et Froyle Petri de Baloni pro uno boue apreciato XXX solidos, et frater Petrus Odoarii magister grangie dedit XV solidos Petro Martini et alios XV solidos filiis de Froyla Petri et extraxit de pignore ipsam hereditatem. Testes superius dicti.

Tumbo II, fol. 154 v.

472

A. 1213, Marzo s. d. P.

DE FERERIOS

In Dei nomine. Notum sit presentibus atque futuris quod nos domnus Garsia Roderici de Ponte et domnus Petrus Roderici, pro nobis et filiis et filiabus nostris, uobis domno Petro Odoarii facimus cartam donationis et quitationis in perpetuum ualituram de omni hereditate quam habemus uobiscum in Ferrariis, quod ab hac die et deinceps de nostro iure sit abrasa et in uestrum dominium et possessionem iure hereditario sit tradita et confirmata, ita quod faciatis de ea quicquid uolueritis, et nos insuper quitamus fratres Superaddi quibus uos eam dedistis ut super hoc numquam eos inquietemus uel aliquam calumpniam faciamus, et a uobis VI caseos recepimus in robore.

Facta carta in era M^{a} CC^{a} L^{a} I et quot in mense marcii. Si quis igitur contra hanc cartam uenire uoluerit sit maledictus in eternum et parti regie C morabetinos persoluat. Insuper monasterio hereditatem duplatam uel triplatam uel fuerit quantum melioratam, et carta perpetuum robur obtineat. Qui presentes fuerunt: Odoarius Ordonii de Cancelu, Pelagius Maurus, Petrus Pelagii, Rodericus Garsie, Iohannes Garsie, Iohannes Petri, Fernandus Garsie, Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fols. 154 v.-155 r.

473

A. 1202, Septiembre 3 P.

DE FERERIOS PLACITUM

Era M^{a} CC^{a} X^{La} et quot III° nonas Setembris; factum est pactum et placitum firmissimum inter fratres Superaddi et domnum Petrum Odoarii. Si quidem ego domnus Petrus Odoarii vobis domno Petro abbati et conuentui de Superaddo placitum facio et conuenientiam et insuper scripturam testamenti firmissimam de omni hereditate quam in loco qui dicitur Ferrarius in presenti possideo, quam uobis possidendam trado sub tali pacto quod ab isto quo placitamus die usque in annum tercium si

mihi placuerit uitam secularem in religiosam mutare absque omni dilatione in domo uestra, me debetis recipere et si interim in habitu seculari infirmitate grauatus fuero uel ad mortis periculum fuero uulneratus, uos de me curam debetis habere, et si ab excommunicatione liber mortuus fuero, corpus meum sepeliendum ad uestrum monasterium deferetis. Preter hec, datis mihi nunc XX oues et unam porcam et unum uerronem et unum pullum cabistrarium et, si forte, in fossatum me contigerit ire, mihi unum runcinum accomodabitis. Et ego pro remedio anime mee et parentum meorum, predictam hereditatem de Ferrarius sicuti eam sub iure meo habeo, uobis in perpetuum possidendam concedo, cuius quartam quidem partem ex parte auorum meorum habeo liberam ab omni impedimento, aliam uero quartam a domno Garsia Roderici de Faro et fratribus eius teneo pro concambio aliarum hereditatum mearum, quas ipsi tenent, quam si ipsi repetere uoluerint totum ius meum in illis hereditatibus quas tenent requirite et perpetuo possidete, aliam autem quartam teneo in pignore pro duobus marcis a domna Tharasia Froyle de Limia, aliam quartam similiter in pignore teneo pro L solidos a Ueremudo Brauo quos ei dedi apud Castrum de Intentia. Igitur sicuti eam teneo, sic eam do cum uniuersis pertinenciis et exitibus suis, diuisam quoque per terminos suos ab aliis, quomodo scilicet diuiditur inter Ferrarius et Palacius per caput fontis de Saxo, et deinde per Carualium de de *(sic)* Uenato super Pausada et sic per marcum de super soutum de Leixo de carreira antiqua, et ita per regum de uillar Amariz per ubi diuiditur de Sancto Matheo, et post hec, per regum de Gunzindi quod diuiditur de Tauuada et de Mandiam et deinde per castrum de Ferraris, et sic per comarum quod uadit ad riuum de Ferrariis inter ambos Ferrarios, ita separatam a mea potestate ab isto die, et deinceps uestro dominio eam subicio, ut possideatis et uestram de ⟨ea⟩ uoluntatem faciatis iure perpetuo. Si quis autem ex parte mea uel uestra hoc factum nostrum impedire temptauerit, aut si aliquis ex genere meo uel alieno uos in ipsa hereditate molestare presumpserit, sit maledictus et excommunicatus a Deo et cum Iuda traditore in inferno dampnetur et parti regie D^{os} morabetinos exsoluat. Qui presentes fuerunt: Domnus Petrus prior Superaddi cf., frater Petrus Ueremudi ts., frater Sebastianus ts., Suerius Gueisteiz cf., Petrus ts., Iohannes ts., Martinus ts., Iohannes Froyle cf., Ego Petrus Odoarii hoc scriptum roboro, frater Ouecus cf., Henricus qui notuit *[signum]*.

Noticia de hereditatibus quas habet Petrus Odoarii in Ponte, terciam partem integram de Sumessu, terciam integram de Ranoure, quartam integram de Manue.

Tumbo II, fol. 155 r. y v.

474

A. 1201, Septiembre 9 P.

DE UILLA BUILI

In nomine Domini. Ego Petrus Pelagii de Donius, dictus Patual, et omnis uox mea, uobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, grato animo et spontanea uoluntate, facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram de mea hereditate propria quam habeo in uilla Buylli, id est, uendo uobis quantam habeo ex muro de uilla Buyli usque ad grangiam uestram de Brion et usque ad muros de Pounte, pro precio de quo mihi placuit, id est, solidos XX IIII et pro roboratione XVIII denarios. Ab hinc igitur habete eam cum omnibus suis directuris et possidete imperpetuum. Et qui contra hanc cartam uenditionis uenerit ad irrumpendum sine fine sit maledictus et pariat uobis solidos C^{m}, et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta karta carta *(sic)* die V^{o} idus septembris, sub era M^{a} CC^{a} XXX^{a} IX^{a}. Ego iam dictus in hoc scripto manus nostras roboro. Qui presentes fuerunt: Petrus Albus cf., Petrus Maurus cf., Iohannes Martini cf., Iohannes Petri de Baloni cf., Martinus Fernandi miles cf., Gumez Fernandi miles cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fols. 155 v.-156 r.

475

A. 1202, Abril P.

DE BRION ET HEREMITA

In nomine Domini. Ego Iohannes Martini de heremita Sancte Marie de Brion et omnis uox mea, uobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio kartam uenditionis in perpetuum ualituram, de tota una quarta illius cortine que iacet sub ecclesia, ex ista parte scilicet, aque ut habeatis et possideatis eam libere cum suis pertinenciis

in perpetuum, pro solidos VIII et pro uno carnario in roboratione. Et qui hoc meum uoluntarium factum uenerit ad irrumpendum, sine fine sit maledictus et pariat uobis solidos XXX[a] et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta mense aprili, era M[a] CC[a] X[La]. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro. Qui presentes fuerunt: Frater Sebastianus qui soluit supradictum precium ts. et cf., frater Iohannes cf., frater Petrus cf., frater Martinus cf., Petrus Iohannis cf., Petrus Arie cf., Fernandus Menendi cf., Froila presbiter qui notuit.

Tumbo II, fol. 156 r.

476

A. 1200, Diciembre 13 P.

DE RIUO MALO

In nomine Domini, ego Petrus Martini de Donius dictus Buchu et omnis uox mea, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio kartam uenditionis de omni hereditate mea de rio Malo et usque ad uestram Grangiam de Brion, et similiter de omni portione sororis mee quam habeo in potestate, ut habeatis et possideatis eam iure hereditario, cum omnibus suis directuris et bonis in secula seculorum, pro precio de quo mihi placuit, id est, solidos XIIII et pro uno quartecro de pane et uno manto et una capa et una capra et pro robore unis sotularibus. Quicumque, autem, contra hanc cartam uenditionis uenerit ad irrumpendum, sine fine sit maledictus et pariat uobis solidos C et hoc scriptum permaneat firmum.

Facta karta die idus decembris era M[a] CC[a] XXX[a] VIII[a]. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro. Qui presentes fuerunt: Frater Pontius magister cf., Iohannes Petri cf., Iohannes Martin cf., Petrus Albus cf., Petrus Maurus cf., Froila Stephani cf., Martinus Fernandi miles cf., Froila Stephani cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 156 r. y v.

477

A. 1200, Septiembre 27 P.

DE RIUO MALO

In nomine Domini. Ego Rudericus Froile una cum filio meo Froila Roderici et omnis uox nostra, vobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre grato animo et spontanea uoluntate, facimus kartam uenditionis et quitationis in perpetuum ualituram de omni hereditate nostra quantam habemus uel habere debemus omnibus modis in rio Malo et usque ad uestram Grangiam de Brion cum omnibus suis directuris et bonis seu pertinenciis intus et extra, prope et longe, pro precio de quo nobis placuit, id est, solidos LXXX^{a} VII fortis monete et pro robore et agnitione solidos XX. Ab hinc igitur habete eam et possidete in secula seculorum. Et qui contra hoc nostrum factum spontaneum factum uenire temptauerit, sine fine permaneat maledictus et condempnatus et pariat uobis solidos D^{os}, et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta die V^{o} kalendas octobris, era M^{a} CC^{a} XXX^{a} VIII^{a}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt: Frater Pontius magister cf., Froila Roderici cf., Petrus Martini de Baloy cf., Petrus Albus cf., Iohannes Martini de Heremita cf., Iohannes Adefonsi cf., Petrus freiru cf., Hoc fuit factum in domus super domum aui sui. Petrus qui notuit.

Tumbo II, fol. 156 v.

478

Sin fecha

DE BRIONI

In nomine Domini. Ego Pelagius Munis dictus Rabaldu inspirante diuina gratia ob remedium anime mee dono et offero Deo et monasterio... (Está en fin de cuadernillo y en el fol. siguiente empieza otro documento.)

Tumbo II, fol. 156 v.

479

A. 1205, Marzo s. d. P.

INCIPIT LIBER DE KARTULIS DE CONSTANTIM.
DE HEREDITATE UERINIS

In Dei nomine. Ego Rodericus Pelagii uobis abbati domno Pelagio et toto conuentui Sancte Marie Superaddi facio kartam uenditionis cum tota mea uoce de hereditate mea quam habeo ex parte auorum meorum cum omnibus pertinentiis suis, intus et foris, et est ipsa hereditas in terra de Gouis, in uilla que uocitatur Ueriitis in concurrentia ecclesie Sancte Helene pernominata, quarte integra predicte uille, quantum ad prestitum hominis est, et accepi de uobis precium quingentos et X^{La} solidos et in roboratione unum arietem et de precio aput uos nichil ad soluendum remansit. Si quis ex parte mea uel extranea contra hanc kartam ad irrumpendum uenerit sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et uos habeatis supradictam hereditatem liberam et quietam et omnis uox nostra post uos.

Facta karta in era M^{a} CC^{a} X^{La} III^{a} mense marcio. Qui presentes fuerunt: Rodericus Fernandi ts., Pelagius Ruderici ts., Petrus Suerii ts., Gundisaluus ts., Petrus Ruderici ts., Fernandus ts., Petrus Fernandi ts., Pelagius Ruderici ts., Ego Rodericus Pelagii hanc kartam manibus meis robor[aui] *[signum]*.

Tumbo II, fol. 157 r.

480

A. 1190, Mayo 7 P.

DE HEREDITATE REGALENGA

In nomine Domini nostro Ihesu Christi amen. Ego Iohannes Guterrii sacerdos tenens ecclesiam Sancte Marie de Castro, concedo Sancte Marie Superaddi hereditatem de regalengo de Constantim quantam porcionem ibi habet ecclesia predicta in hereditate de gentibus et hoc facio quia

domnus Rodericus Pelagii qui dominium temporale habebat in ecclesia dabat eam domno Fernando abbati et fratribus eius, et ego recepi inde precium X solidos pro utilitate ecclesie de Castro et sum inde in pace et sine querela.

Facta carta sub era M[a] CC[a] XX[a] VIII[a] et quot nonas maii. Regnante rege domno Adefonso. Petro Suarii archiepiscopo in Conpostella. Comite domno Gomecio in Monte Roso et in Monte Nigro et in Transtamar. Episcopo in Luco domno Roderico. Qui presentes fuerunt: Sebastianus Roderici cf., Nuno Heri cf., Petrus Heri cf., Fernandus Heri cf., Lupus Froile cf., Petrus ts., Pelagius ts., Martinus ts., Iohannes ts., Ego Fernandus qui notuit cf., Ego Iohannes Guterrii sacerdos manus meas roboro *[sig.]*.

ALIA

Et ego Iohannes Guterrii adicio uobis unam leira que iacet super illo stanco inter alias duas leiras et alia leira que fuit de uxore Pelagio Suariz pellitario que iacet in Constantim sua portione integra et accepit inde X solidos pacifice.

Tumbo II, fol. 157 r.

481

A. 1206, Junio 17 P.

DE INSULA

In Dei nomine. Ego Iohannes Nunit, filius Nuni Heriz et omnis uox mea dono Sancte Marie Superaddi et conuentui eiusdem loci totam hereditatem meam quam habeo uel habere deb⟨e⟩o in uilla que uocatur Insula et in alia uilla nominata Ladra, quam hereditatem iam posueram fratri Dominico de Constantim in pignore pro tribus equis apreciatis CCC et LX[a] solidos et pro una equa apreciata X[La] solidos et pro XV solidos super uno boue. Hanc hereditatem supradictam dono predicto conuentui cum omnibus pertinentiis suis, intus et foris, propre et longe, pro remedio anime mee et patris mei qui mihi eam donauit, tali uidelicet pacto ut eam nullis hominibus traderem nec uenderem nec suppignorarem nisi fratribus Superaddi ubi ipse pater meus iacet sepultus, et nunc ego predictus Iohannes patris mei mandata seruando dono et hereditario iure concedo uobis [fratres *tachado]* fratribus Superaddi sepedictam

hereditatem ut habeatis eam et faciatis de ea quod uestra fuerit uoluntas. Alias uero hereditates meas quas habeo in Osendi et in Meendi et in Sancto Saluador et in Parrega, mando illas filiis et filiabus meis et do illas in comenda parentibus meis Fernando Froile et Oueco Froile et Martino Froile et relinquo omnia bona mea in potestate de Martino Froile. Si quis igitur de parte mea uel de extranea hoc meum factum irrumpere te⟨p⟩mtauerit sit maledictus usque ad septimam generationem et perdat hereditatem de Paradiso et Iuda traditore habeat participium in inferno et pectet uobis ipsam hereditatem in duplum et parti regie D solidos.

Facta karta donationis et testationis in era M[a] CC[a] X[La] IIII et quot XV kalendas Iulii. Regnante rege Adefonso in Legione, in Asturiis et in Gallecia. Roderico episcopo Lucensi. Roderico Gunzalui tenente Sariam et Monte Nigro. Et comite Gumet medium de Tran⟨s⟩tamar. Et Gundisalus Nununit *(sic)* Monte Roso et medium de T⟨r⟩astamar. Qui presentes fuerunt: frater Dominicus de Constantim ts. et cf., frater Iohannes de Carrazeda ts. et cf., frater Iohannes ferrarius ts. et cf., frater Munio carpentarius ts. et cf., Martinus Froile ts. et cf., Oueco Froile ts. et cf., Fernandus Froile ts. et cf., Stephanus Iohannes ts. et cf., Martinus de Parrega ts., Petrus de Parrega ts., Martinus Didaci ts., Martinus Adefonsi ts., Petrus ts., Iohannes ts., Pelagius ts., Petrus qui notuit *[signum]*.

Tumbo II, fol. 157 r. y v.

482

A. 1188, Octubre 1 P.

DE HEREDITATE NUNO ERIZ ET FRATRIBUS EIUS

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Nos Nuno Eriz, Froila Eriz, Petrus Eriz et filii Roderici Eriz et Osorii Eriz, Fernandus Eriz, Petri Eriz et Orrace Eriz et omnis uox nostra pro Dei amore et beatissime gloriose semper Uirginis Marie omniumque sanctorum quorum reliquie sunt in monasterio Superaddi eiusdem gloriose et pro nostris animabus et debito quod complere in hoc et concedere debemus, abnuntiamus et quietamus seu in perpetuum concedimus et dimittimus uobis fratribus iam dicti monasterii Superaddi omnes hereditates quantascumque in om-

nibus partibus pater noster domnus Ero Muniiz uobis et uestro monasterio dedit, tam per donationem quam per comparationem, ut in perpetuum uestrum monasterium sine calumpnia et in petitione a nobis et a parte nostra in pace ipsas habeat et possideat hereditates. Et qui hoc irrumpere temptauerit sine fine maledictus ex parte Dei omnipotentis et nostra sit et pariat solidos D et hoc scriptum perpetuum robur obtineat.

Facto scripto die kalendas octobris, sub era M^{a} CC^{a} XX^{a} VI^{a}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras *[signum]*. Qui presentes fuerunt: Abbas Dominicus ts. et cf., frater Iohannes Staleiro ts. et cf., Martinus Roderici ts. et cf., Dominicus Iohannes ts. et cf., Iohannes ts., Petrus ts.

Tumbo II, fol. 157 v.

483

A. 1202, Mayo s. d. P.

DE HEREDITATE DE MARIA ERIZ

In nomine Domini. Ego Maria Eriz de Insula cum filiis meis et omnis uox mea, vobis fratribus de Constantim et aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram de omni hereditate quantam habeo uel habere debeo in Constantim ut habeatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis quicumque ad eam pertinent intus et foris, prope et longe in perpetuum possidendam, pro precio de quo mihi placuit, id est, XXX^{a} solidos fortis monete et uno ariete pro robore. Si quis hoc meum uoluntarium factum uenerit ad irrumpendum pariat uobis solidos C et tamen hoc scriptum semper sit firmum.

Facta karta mense maio, era M^{a} CC^{a} X^{La}. Ego iam dicta in hoc scripto manus meas roboro *[signum]*. Qui presentes fuerunt: Iohannes Pelagii et Eldoncia Pelagii filii istius Marie Eriz ts. et cf., Fernandus Munio cf., frater Pelagius zapatarius cf., frater Dominicus magister de Constantim cf., Iohannes presbiter cf., Iohannes ts., Petrus ts., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fols. 157 v.-158 r.

484

A. 1202, Mayo s. d. P.

KARTA DE DOMNA AZENDA

In nomine Domini. Ego Azenda Men⟨en⟩di, filia scilicet Guyne Froile et omnis uox mea, vobis fratribus de Constantim et aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio cartam uenditionis siue donationis in perpetuum ualituram de omni hereditate meam quantam habeo in Saamir in omnibus partibus ut habeatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis, prope et longe, in perpetuum pro precio et robore unde placuit mihi id est solidos XX II fortis monete et ariete. Qui fregerit hoc scriptum fractus sit a diabolo et pariat uobis solidos C et hoc meum spontaneum factum robur obtineat.

Facta karta mense maio, era M[a] CC XL. Qui presentes fuerunt: Frater Dominicus ts., frater Munio ts., frater Iohannes Carrazeda ts., frater Pelagius cf., Petrus clericus cf., Fernandus Suarii qui notuit. Ego iam dicta manus meas roboro *[signum]*.

Tumbo II, fol. 158 r.

485

A. 1202, Mayo s. d. P.

KARTA DE DOMNO IOHANNES PELAGII

In nomine Domini. Ego Iohannes Pelagii, filius Pelagii Iohannis da Torre et omnis uox mea, vobis fratribus de Constantim et aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, ob remedium anime mee dono et offero Deo et Sancte Marie (et uobis *tachado)* omnem hereditatem meam quantam habeo in illo casali inferiori de Saamir cum omnibus suis directuris et bonis in p[er]petuum possidendam et datis mihi pro robore solidos V[e]. Similiter ego Onega Suariz et omnis uox mea uendo uobis pro V[e] rexelis totam meam portionem de VI lareis que sunt

in casali de iuso de Saamir, ut habeatis et possideatis eam cum omnibus suis directuris et bonis in perpetuum. Et contra hoc meum factum uenerit ad irrumpendum sine fine sit maledictus et pariat uobis solidos C et hoc scriptum semper maneat in roboro firmum.

Facta karta mense maio, era M^{a} CC X^{L}. Nos iam dicti manus nostras in hoc scripto roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Dominicus de Constantim cf., frater Munio cf., frater Iohannes cf., frater Pelagius ts., Petrus ts., Iohannes ts., Fernandus Suarii qui notuit.

Tumbo II, fol. 158 r.

486

A. 1202, Enero s. d. P.

KARTA DE DOMNO IOHANNES PELAGII DICTUS PATELO

In nomine Domini. Ego Iohannes Pelagii dictus Patelo cum filiis meis et omnis uox mea, vobis fratribus Superaddi omnique uoci uestre, facio cartam uendicionis in perpetuum ualituram de tota mea hereditate quecumque ⟨habeo⟩ uel habere debeo in Saamir per ubicumque uadit uox eius ut habeatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis, possideatis in perpetuum, pro IIII^{or} arietibus et duobus solidos et pro uictu a marcio scilicet usque in die Sancti Laurentii et etiam pro anima mea. Item ego Petrus presbiter de Baldomar et omnis uox mea dono et offero Deo et Sancte Marie Superaddi et uobis fratribus ipsius loci VI integram de casale de iuso de Saamir cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum possidendam pro anime mee remedio, et pro robore denariis XVIII. Similiter ego Munio Ueremudi de Insula et omnis uox mea eodem modo do et offero Deo et Sancte Marie et uobis prenominatis fratribus omnem hereditatem meam quantam habeo in illo casali inferiori de Insula cum omnibus suis directuris et bonis in perpetuum possidendam et datis mihi pro robore solidos IIII^{or}. Qui hoc scriptum fregerit fractus a diabolo sit et pariat uobis solidos CC et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta mense ianuario, era M^{a} CC X^{L}. Nos iamdicti in hoc scripto manus nostras roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Dominicus de Constantim cf., frater Iohannes Carrezeda cf., Petrus Iohannis clericus cf., frater Munio stalarius cf., Iohannes Muniz cf., frater Pelagius Martini zapatarius cf., Fernandus Suarii scripsit.

Tumbo II, fol. 158 r. y v.

487

A. 1202, Mayo 23 P.

KARTA DE MARIA ⟨IO⟩HANNIS

In nomine Domini. Ego Maria Iohannis filia de Iohanne Guterriz de Sancta Eolalia de Pena, cum uiro meo Munione Eriz et omnis uox mea, uobis fratribus de Constantim et aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, uendo et libere in perpetuum concedo, pro solidos III et I° ferro de arar quantam hereditatem habeo cum suis directuris in Saamir et in Fraulfi. Item ego Marina Fernandiz, filia Marie Iohannis de Saamir, et omnis uox mea, uendo uobis pro solidis VII omnem meam hereditatem de iamdictis locis quantam ibi habeo ex parte iamdicte matris mee cum omnibus bonis suis in perpetuum possidendam. Quicumque autem contra hanc cartam uenerit ad irrumpendum, pariat uobis solidos L^{a} et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta die X° kalendas iunii, era M^{a} CC X^{L}. Nos iamdicti in hoc scripto manus nostras roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Dominicus cf., frater Munio cf., frater Pelagius zapatarius cf., Iohannes presbiter cf., Martinus Adefonsi cf., Pelagius Petri de Saixon cf., Iohannes Eriz cf., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fol. 158 v.

488

A. 1202, Abril s. d. P.

KARTA DE DOMNO PETRUS PETRI DE SANCTA EOLALIA

In nomine Domini. Ego Petrus Petri de Sancta Eolalia de Pena, filius Petri Guterriz et omnis uox mea, uobis fratribus de Constantim et aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram de omni hereditate mea quam habeo ex parte iam dicti patris mei in Saamir et in Fraulfi, ut habeatis et possideatis

eam libere cum omnibus suis directuris et bonis in perpetuum, pro precio de quo mihi placuit, id est, solidis XII et pro robore uno ariete. Si quis contra hoc meum uoluntarium factum uenerit ad irrumpendum, pariat uobis solidos L^{a} et hoc scriptum semper maneat in robore firmum.

Facta carta mense aprili, era M^{a} CC X^{L}. Ego iam dictus Petrus in hoc scripto manus meas roboro *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Dominicus magister de Constantim cf., frater Munio stalarius cf., frater Pelagius magister zapatarius cf., Iohannes presbiter cf., Pelagius Eriz cf., Petrus Ualeiron cf., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fols. 158 v.-159 r.

489

A. 1202, Junio s. d. P.

KARTA DE MARTINUS MUNIONIS

In nomine Domini. Ego Martinus Munionis cum germanis meis et omnis uox mea, uobis fratribus de Constantim et aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram de tota mea hereditate quantam habeo ex parte patris mei Munionis Ueremudiz in Saamir et in Fraulfi et etiam de III^{a} unius casalis qui est in Insula quam similiter mihi attingit ex parte iam dicti patris mei. Hanc igitur totam iam dictam meam hereditatem uobis ab integro uendo et concedo pro solidis XX^{ti} II et pro robore uno ariete ut habeatis et possideatis eam in secula seculorum cum omnibus suis directuris et bonis, intus et extra, tam prope quam longe. Quicumque autem contra hoc meum uoluntarium factum uenerit ad irrumpendum, sit semper maledictus et pariat uobis solidos C^{m} et hoc meum spontaneum factum in perpetuum robur obtineat.

Facta carta mense iunio, era M^{a} CC X^{L}. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Dominicus magister de Constantim cf., frater Munio cf., Iohannes presbiter cf., Pelagius Eriz cf., Iohannes Nuniz cf., Petrus Nuniz cf., Iohannes Eriz cf., frater Pelagius Martini cf., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fol. 159 r.

490

A. 1202, Mayo s. d. P.

KARTA DE DOMNO IOHANNES MUNIZ

In nomine Domini. Ego Iohannes Muniz et ego Petrus Muniz fratres filii scilicet Munionis Froyle de Insula et omnis uox nostra, uobis fratribus de Constantim et aliis Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facimus cartam uenditionis in perpetuum ualituram de tota nostra hereditate quantamcumque habemus in Saamir, in omnibus locis uel partibus, ut habeatis et possideatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis, prope et longe in secula seculorum pro precio et robore unde nobis placuit, id est; solidis XX^{ti} et VIIII fortis monete et duobus carnariis. Et qui hoc scriptum fregerit fractus a diabolo sit et pariat uobis solidos C et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta mense maio, era M^{a} CC X^{L}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Dominicus de Constantim cf., frater Munio staleiro cf., frater Iohannes Carrezeda cf., Petrus Iohannis clericus cf., Martinus Ueremudi de Insula cf., frater Pelagius Martini zapaterius cf., Fernandus Suarii qui notuit.

Tumbo II, fol. 159 r. y v.

491

A. 1202, Mayo s. d. P.

PETRUS IOHANNIS CLERICUS

In nomine Domini. Ego Petrus Iohannis clericus, filius Iohannis Osorii de Parrega et omnis uox mea, ob remedium anime mee meorumque parentum dono et offero Deo et Sancte Marie Superaddi et fratribus eiusdem loci, omnem hereditatem meam de Saamir in omnibus partibus cum omnibus suis directuris et pertinenciis siue bonis intus et foris,

prope et longe, in perpetuum possidendam. Item ego Petrus Pelagii, dictus Caluus de Sancto Saluatore et omnis uox mea, eodem modo dono et offero Deo et iam dicto monasterio omnem hereditatem meam de casale de iuso de Saamir, et est IIII^{a} unius sexte totius casalis. Quicumque autem contra hoc nostrum spontaneum factum uenerit ad irrumpendum sine fine maledictus et condemnatus permaneat et pariat uel pariamus supradicto monasterio solidos C^{m} et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta mense Maio, era M^{a} CC X^{L}. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Dominicus de Constantim cf., frater Munio stalarius cf., ego Petrus presbiter de Baldomar cf., frater Pelagius Martini zapatarius cf., Iohannes Muniz cf., Fernandus Suarii qui notuit.

Tumbo II, fol. 159 v.

492

A. 1202, Abril 24 P.

KARTA DE MARIA MUNIZ

In nomine Domini. Ego Maria Muniz uoxor *(sic)* Pelagii dicti Setartes et omnis uox mea, uobis fratribus de Constantin pro uobis et pro aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio cartam uenditionis et concambiationis in perpetuum ualituram de omni hereditate mea quantam habeo uel habere debeo in Saamir in casale de Trobano et in casale de iuso et de suso, ut habeatis et possideatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis intus et extra, prope et longe in secula seculorum pro solidis XIII et pro illis uestris duabus lareis quas mihi datis in Insula. Quicumque autem contra hoc meum uoluntarium factum uenerit ad irrumpendum sine fine permaneat maledictus et pariat uobis solidos CC^{os} et hoc scriptum sit semper firmum.

Facta carta die VIII° kalendas maii, sub era M^{a} CC^{a} XL^{a}. Ego iam dicta in hoc scripto manus meas roboro *[signum]*. Qui presentes fuerunt: frater Martinus cf., frater Dominicus de Constantin cf., frater Munio stalerio cf., frater Iohannes Carrezeda cf., Petrus clericus cf., frater Pelagius Martini zapatarius cf., frater Iohannes Muniz cf., Fernandus Suarii qui notuit.

Tumbo II, fol. 159 v.

493

A. 1202, Abril 6 P.

KARTA DE PETRUS FERNANDIZ

In nomine Domini. Ego Petrus Fernandiz dictus Ualeiron et omnis uox mea uobis fratri Dominico magistro grangie de Constantin et aliis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram de tota mea hereditate quantam habeo ex parte matris mee Enxemene Suarii ad portum de Penas, ut habeatis et possideatis eam libere cum omnibus suis directuris et bonis intus et foris, prope et longe, in secula seculorum, pro precio et robore unde placuit mihi, id est solidis VIII° fortis monete. Quicumque autem contra hoc meum spontaneum factum uenerit ad irrumpendum pariat uobis solidos C et tamen hoc scriptum semper maneat in robore firmum.

Facta carta die VIII° idus aprilis, sub era M^{a} CC X^{L}. Ego iam dictus in hoc scripto manus meas roboro *[signum]*. Qui presentes fuerunt: Iohannes presbiter ipsius ecclesie cf., Pelagius Iohannis cf., Nicholaus cf., Petrus Iohannis cf., Petrus ts., Martinus ts., Fernandus ts., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fols. 159 v.-160 r.

494

A. 1209, Noviembre 21 P.

KARTA DE IOHANNES GUTERII

In nomine. Ego Iohannes Guterit de Sancta Maria de Castru presbiter, uobis fratri Dominico de Constantim et uobis abbati domno Helie omnique con⟨uen⟩tui Superaddi presentibus atque futuris facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram de omni hereditate mea quam habeo in Saamir et in Trobou et in Fraulfi et in Pinas et in Casale cum omnibus pertinentiis suis, quantum inde mihi conuenit inter meos heredes

pro precio quod mihi et uobis bene complacuit, uidelicet; octoginta solidos bone monete et de precio apud uos nichil remansit; et pro remedio anime mee et parentum meorum quorum fuit hereditas et insuper uos pro Dei amore me recipitis in familiaritate et ad obitum meum corpori meo conceditis sepulturam. Si quis igitur tam de meo genere quam de ali⟨en⟩o hanc cartam uoluntarie factam irrumpere temptauerit sit maledictus et iram Dei omnipotentis incurat et quod inuaserit in quadruplum reddat, et uoci regie D solidos persoluat et carta semper perpetuum obtineat robur.

Facta carta uenditionis sub era M^{a} CC X^{L} VII^{a} et quot XI kalendas decenbris. Regnante Rege Adefonso in Legione. Roderico Gundisalui tenente Montem Nigrum et medietatem de Trastamar. Qui presentes fuerunt: Nicholaus ts. et cf., Garsia Petri ts. et cf., Lupus Martini ts. et cf., Iohannes Heriz ts. et cf., Pelagius Iohannis ts. et cf., Pelagius Heriz ts. et cf., Ego Iohannes Guterit hanc cartam quam facere mandaui roboro manibus propriis et confirmo *[signum]*. Iohannes Martini qui notuit ts. et cf.

Tumbo II, fol. 160 r.

495

Sin fecha (siglo XIII), P.

CARTA ORACA MUNIZ

In nomine Domini. Ego Oraca Muniz cum meo filio Iohanne Pelagii et cum filia mea Maria Pelagii, concedente meo marito Pelagio Iohannis, et omnis uox mea, uobis fratri Dominico et ceteris fratribus grangie de Costamtim anuntio et delibero illam demandam et uocem quam faciebam uobis in Cortina de Casale qui fuit de Roderico Pelagii in uilla de Saamir et infra terminos de Costantim, quos terminos frater Dominicus posuit cum gentibus, id est; per portum de Presa et inde ad Penam de Monte et inde ad marchos qui sunt positi inter grangiam de Constantim et Saamir, totum dimitto quia intelligo quod nullum ibi iam habeo. Insuper etiam promittimus nos supradicti quod simus uobis fideles amici et seruiamus uobis cum fide et ueritate. Similiter uos fratres promittitis [n]obis quod adiuuetis nos tam in sanitate quam in infirmitate nostra, et si aliqua intentio orta fuerit inter nos, debemus eam pacificare inter nos

per nos ipsos. Prior domnus Petrus Iohannis qui audiuit, uidit ts., Rodericus Sebastiani miles ts., Iohannes Guterit presbiter ecclesie, Iohannes Herit ts., Fernandus Pelagii et fratres Grangie et capitulum ecclesie qui uidit et audiuit.

Tumbo II, fol. 160 r. y v.

496

A. 1216, Septiembre 22 P.

KARTA DE MARIA IOHANNIS FILIA DE IOHANNE MARTINI

In nomine Domini. Ego Maria Iohannis, filia de Iohanne Folegado de Saamir et de Sancto Saluatore et omnis uox mea, uobis fratrì Dominico magistro de Constantim et fratribus Superaddi et omni uoci uestre, facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram. Do itaque uobis omnem portionem hereditatis mee de Saamir quantum ibi ad me pertinet pro VI solidos in precio quod de uobis recepi placabili et pro I[a] talega de cibaria in robore.

Facta carta era M[a] CC[a] L IIII[a] et quot X[o] kalendas octobris. Qui presentes fuerunt: Petrus Caluus ts., Iohannes Eriz ts., Stephanus ts., Mateus Faber ts., Petrus de Cotane ts., frater Iohannes obstallarius cf., frater Dominicus magister ts. et cf., frater Iohannes Faber ts. et cf. Regnante rege domno Adefonso in Legione et Gallecia, in Asturiis et Extrematura.

Tumbo II, fol. 160 v.

497

Sin fecha, P. (siglo XIII)

In Dei nomine. Ego Azenda Muniz cum filia mea continenti de Petro monago de Follenti dono portionem meam integra de casale inferiori de Saamir fratri Dominico de Constantim pro V solidos, ut habeat eam et possideat iure perpetuo. Iohannes Adefosi de Laderzo ts., Iohannes Ueeirao ts., Pelagius Caluus ts.—Frater Dominicus dedit Marie Munit de

Insula filie Munionis Froyle et uxori Pelagii militis XV solidos et unum arietem in robore pro omni hereditate sua quam habebat in Saamir Iohannes monachus de Castro ts., frater Iohannes faber de Constantim ts., frater Iohannes sutor ts.—Frater Dominicus dedit Petrus Petri de Illai dedit ad obitum suum fratri Dominico hereditatem suam de Saamir pro VIII° solidos quos habebat de fratribus et pro anima sua et post obitum eius dedit frater Dominicus filiis eius XII solidos. Qui presentes fuerunt: frater Iohannes Faber de Ferraria de Constantim ts., Fernandus Mendi de Illani ts., frater Petrus obstallarius ts.—Frater Dominicus dedit Petro Petri filio Petri Oueci de Eimir VIII° solidos pro tota sua hereditate de Saamir quam habebat ex parte matris sue Marie Dure. Qui presentes fuerunt: Fernandus Froyle ts., Martinus Froyle ts., frater Iohannes Faber ts.—Frater Dominicus dedit I[a] iouencam pregnatam Heldara Muninz, filia de Munione Guterii de Saamir et pro omni portione sua in sex lareis de Penas et pro portione sua et pro portione fratris sui Pelagii Munniz ex agro de Transpenam de Costa et pro portione de hereditate que fuit de Iohanne Erit que iacet sub area. Qui presentes fuerunt: Petrus de Cotane ts., frater Didacus ts., Iohannes Guterii de Castro ts.

Tumbo II, fol. 160 v.

498

A. 1188, Septiembre 1 P.

FROYLE ERIS

In nomine Domini. Ego Froyle Heriz et uxor mea Eluira Ouequit una cum filiis et filiabus nostris et omnis uox nostra facimus cartam donationis et textum firmitatis Deo et beate Marie et uobis abbati domno Fernando et toti conuentuo monasterii Superaddi de medietate ecclesie Sancti Iacobi de Baamundi cum omnibus pertinentiis suis prope et longe, et alteram medietatem teneat domna Eluira tantum in uita sua et ad obitum suum relinquat eam integram monasterio Superaddi pro animabus nostris et parentum nostrorum ut habeatis eam et possideatis iure perpetuo. Addiciamus etiam uobis totam nostram hereditatem tam de patre quam de matre quam habemus uel habere debemus infra terminos Superaddi, cum tota sua directura et criatione; et in Parrega uillar ⟨de Amariz et Aziuedo et casale de Luzo, has omnes⟩ supradictas hereditates damus et confirmamus supradicto monasterio.

Facta carta donationis et confirmationis in era M^{a} CC^{a} XXVI^{a} et quot kalendas Setembris. Qui presentes fuerunt: Nuno Heriz, Fernandus Heriz, Petrus Heriz, Petrus Guistrarit monachus, Pelagius Bafua magister Constantim, Martinus cellararius Roderici et familie huius domus et ceteri plures et fratres hopitale de Portu Marim et comendator Rodericus Ramiriz qui hos uiderunt et audierunt ts. et cf., *[signum]* Pelagius qui notuit et cf.

Regente monasterio Superaddo abbate domno Fernando et prior Petrus Munionis, Cellerarius maior Guter Corna, Petrus Iohannes cf., Michel Iohannes cf., Eluira Ouequit cf., Pelagius presbiter Sancti Martini cf.

Tumbo II, fols. 160 v.-161 r.

499

A. 1191, Septiembre 23 P.

KARTA DE ELUIRA OUECI

Era I^{a} CC^{a} XX^{a} VIIII et quot VIIII° kalendas octobris. Ego Eluira Ouequit una cum uiro meo Munio Froyle et omni uoci nostra facimus pactum simul et placitum in solidis mille roboratum uobis domno Thome abbati de Superaddo et omni uoci uestre de nostra medietate de ecclesia Sancti Iacobi de Baamundi quam hodie damus uobis cum omni sua populacione et directura intus et foris iure hereditario per cartam testamenti imperpetuum, tali scilicet pacto ut aliam uestram medietatem cum ista nostra integram teneamus de uobis in adprestimonio tantum in uita de domna Eluira Ouequit. Ad obitum suum tota illa ecclesia cum omni sua populatione et directura, intus et foris, maneat apud Superaddum pro remedio animarum nostrarum et pro hac confirmacione dono ad filios meos quos habeo de domno Froyla Eriz XV solidos Turonenses et unusquisque per capita eorum roborauerunt hoc placitum ut ita fiat semper ratum hoc nostrum factum. Nos supranominati manibus nostris propriis hoc pactu et placitum roboramus. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Arias ts., Martinus ts., Petrus Froilaz cf., Iohannes Froilaz cf., Ouecus Froilaz cf., Fernandus Froylaz cf., Rodericus Froilaz cf., Marina Froilaz cf., Eluira Froilaz cf., Martinus Roderici cf., frater Dominicus cf., Pelagius prior Suparaddi cf., Domnonus *(sic)* abbas Tomas cf., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 161 r.

500

Sin fecha (siglo XIII)

DE INSULA

Dedit tres solidos et dimidium Munio Ueremudi de Insula pro tota sua hereditate quam habebat in Saamir et in casale inferiori et in agro qui est super stagnum et quartam partem de uno pomerio quod est in uilla de Insula et medietatem de uno agro quem tenebat pro concambia et dimisit illum pro anima sua.—Dedit Azende Menendi de Salamir XX^{ti}III solidos pro tota hereditate sua quam habebat in Saamir et est ipsa hereditas VI integra de quarta parte totius uille superioris de casale de Trobou de Saamir.—Dedit XII solidos unum arietem Petro Petri de Sancta Eolalia de Pena filio Petri Guterrit pro tota hereditate sua quam habebat in Sa⟨a⟩mir et in Fraulfi.—Dedit XX solidos filiis de Gontrode Froyle, Iohanni Suarii et Fernando Suarii et Eluira Suarii et Marie Suarii pro tota hereditate quam habebant in uilla superiori de Saamir et est VI integra de quarta parte totius predicte uille et pro tota suo quinione quod habebat in casale de Trobou.—Dedit VIII solidos Petro Petri et iermane sue filie de Azenda Froyle que fuit continente de Pelagio presbitero de Sancta Cruce pro tota hereditate quam habebat in uilla de Saamir et est VI integra de quarta parte totius uille superiori de Saamir. Dedit XXIX solidos Iohanni Muninz uxori de Pelagio Setemartes pro hereditate quam habebat in uilla superiori de Saamir et est V integra de VI^{a} parte de quarta totius uille iam nominate et pro sua portione de casale de Trobou et de ⟨ca⟩sale inferior de Saamir.

Tumbo II, fol. 161 r. y v.

501

Sin fecha, P.

KARTA DE MARTINUS FROYLE

In nomine Domini. Ego Martinus Froyle filius Froyle Herit et omnis uox mea uobis abbati domno Henrico et conuentui Sancte Marie Superaddi facio cartam donationis et testationis de omni hereditate mea quam

habeo in Baamundi et in Insula tam de ganantia quam de auolentia uel patrimonio, tali uidelicet pacto ut teneam eam in uita mea et ad obitum meum cum omni populatione sua quomodo steterit et omnes res alias tam mobiles quam inmobiles si sine semine obiero. Si autem semen habuero quomod diuidero res meas ita permaneant exceptis hereditatibus supradictis que libere et quiete sint de fratribus Superaddi cum omni populatione sua. Qui presentes fuerunt: Petrus Artarius ts., Martinus Froyle ts., Fernandus Froyle ts., Rodericus monachus ts.

Tumbo II, fol. 161 v.

502

Sin fecha, P.

HII SUNT TERMINI DE BAAMUNDI

Hii sunt termini ecclesie Sancti Iacobi de Baamundi. In primis per illos paramios de portu Aerada et inde ad Mamolam de couis et inde ad penam Merdariam et inde ad regum de Salgeiru et inde ad Mamolam de Ruuigioso et inde ad pennam de supra lama de Pelagio Lauris et inde ad montem Rotundum et inde ad Mamolam que stat inter montem Rotundum et castellum Sancte Crucis et inde al pennam de capite de regu de Aluariza et inde per medium de ipso rego quousque intrat in riuum Maiore ad carualios de scuriscada et inde ad starium de Cornays et inde ubi incipimus.

Tumbo II, fol. 161 v.

503

Sin fecha, P.

In nomine Domini. Ego Iohannes Froyle frater Superaddi do Deo et Sancte Marie Superaddi omnem hereditates meas quas habeo uel habere debeo in Sancto Iuliano ex parte patris mei Froyle Herit et in Caruallito ex parte matris mee quantam omnem uocem meam capiti meo pertinet. Dedit frater Dominicus X^{La} et VII solidis ad Fernandum Nuni, filium Nuni Eriz et Eluira Froyle de Insula et pro tota hereditate quam habebat in Insula et in Ladra in uoce de Nuno Heriz et est octaua pars totius he-

reditatis Nunonis Heriz in supradictis uillis et frater Dominicus uel qui uicem eius tenuerit XV solidos persoluat fratri suo Petro Nuniz Erit quita hereditas de Superaddo. Martinus Froyle ts., Petrus Nichole ts., frater Iohannes Faber ts.

Tumbo II, fols. 161 v.-162 r.

504

A. 1199, Abril 24 P.

In Dei nomine. Ego Rodericus Pelagii de Monte Nigro una cum filiis et filiabus meis uobis abbati domno Bernardi et conuentui Sancte Marie Superaddi et omni uoci uestre facio cartam de hereditate mea que habeo in uilla de Saamir in terra de Goyoso et est unam seruizaiam bonam, do uobis eam ipsam hereditatem pro remedio anime mee et parentum meorum et pro $D^{os}L^{a}$ solidos, ut ab isto die et deinceps de meo iure sint abrase uestroque dominio tradite in perpetuum. Si quis autem de meo genere uel de alieno hanc cartam irrumpere temptauit uel temptauero a Deo sit maledictus usque in septimam generationem et quantum inuaserit in duplum componat et parti regie ac uestre C morabetinos exsoluere cogatur.

Facta carta apud Constantim era M^{a} CC XXX VII et quot VIII° kalendas maii. Regnante rege Adefonso in Legione et Galletia, in Asturiis et Extrematura. Ego domnus Rodericus Pelagii propriis manibus roboro et confirmo. Prior domnus Fernandus Suarii ts., Martinus Roderici ts., frater Oueco ts., fratri Dominico ts., Iohannes Froyle ts., Martinus Froyle ts., frater Iohannes ts., Fernandus qui notuit ts.

Tumbo II, fol. 162 r.

505

Sin fecha, P. (circa 1206)

HEC EST DIUISIO HEREDITATE DE NUNO HERIZ

Nuno Erit quando obiit diuisit hereditatem suam filiis suis, et dedit medietatem de omni hereditate sua filio suo Iohanni Nuniz cognomento Fol quia hunc solum habebat de uxor⟨e⟩ legitima, aliis autem filiis dedit

aliam medietatem et quando diuisit eis hereditatem iactauit eis maledictionem si aliquando iactarent uel inpignorarent hereditatem de Insula et de Ladra nisi fratribus Sancte Marie Superaddi, presente fratre Dominico de Constantim et aliis fratribus et multi seculares et clericus de ecclesia et hoc conceserunt omnes filii sui ibi coram patre et nunc filii eius qui adhuc uiuunt hoc firmiter concedunt. Post hec iam Nuno Heriz sepulto, filius eius Iohannes Nuniz uolens implere promisionem quam patri suo promiserat uenit ad fratrem Dominicum de Constantim et iactauit eam ei in pignore pro CCCC et XX V solidos et huius rei sunt testes multi qui firmiter hoc modo concederunt. Deinde postea grauatus infirmitate coram parentibus suis et coram multis secularibus fecit sua manda in pace et quitauit supradicta hereditatem quam tenebat frater Dominicus conuentui Sancte Marie Superaddi pro anima sua et a has hereditates diuisit filiabus suis et parentibus, deinde per aliquot tempus uiuens postea et bene sanus de omni infirmitate nunquam supradicta hereditatem quesiuit, deinde postea prehendit eum portarius regis et uoluit eum suspendere et tunc coram multis hominibus quitauit supradictam hereditatem et firmiter concesit eam monasterio supradicto pro denaris quos super eam habebat et pro anima sua. Huius rei multi sunt testes qui aduc modo uiunt et non qui menciunt propter nos nec propter illos.

Tumbo II, fol. 162 r.

506

A. 1208, Agosto 29 P.

KARTA DE DOMNA EXEMENA PETRI

Era M^{a} CC^{a} XL^{a} VI^{a} et quot IIII° kalendas setembris. Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Exemena Petri quito et abrenuntio omni uoci et omni demanda quam me credebam et dicebam habere in Insula in filigresia Sancte Marie do Castro ex parte Nunonis uocati Fol de Goios, quito eam pro me et pro filiabus meis quas habeo de ipso Fol, monasterio Sancte Marie de Superaddo et hoc facio quia intelligo et uere scio quod non habebam directum ibi ut multi boni homines mihi dixerunt et intelligere fecerunt in presencia iudicis Lucensis in eadem ciuitatem et in presencia aliorum multorum bonorum hominum ut amodo monasterium prefatum et monachi ibidem Deo seruientes habeant et possideant

quiete totam hereditatem quam in uillis prefatis Iohannes Nunonis habuit ipse. Quicumque uero super pretaxata hereditate monasterium sepe dictum inquietauerit uel ego inquietauero, iram omnipotentis Dei incurrat et inquietare presumpserit in duplo ipsi monasterio componat et hoc scriptum inuiolatum permaneat. Qui presentes fuerunt: Iudex Lucensis I. Ueremudi ts., Velascus Ruderici ts., Iohannes Fernandi canonicus ts., Iohannes Castaneus canonicus ts., celararius Ueremudus Pelagii monacus ts., frater Dominicus ts., frater Iohannes ts., frater Petrus de Cotham, Fernandus Pelagii de Ruuianes ts., Rodericus Sebastiani ts., Iohannes monachus de Castro, Pelagius Iohannis da Eira ts., Romanus Lucensis notarius notuit.

Tumbo II, fol. 162 r. y v.

507

A. 1206, Abril 26 P.

CARTA DE IOHANNE RODERICI

Era M CC X^{L} IIII et quot VI kalendas maii. Ego Pelagius abbas Superaddi et omnis conuentus tibi Iohanni Roderici facimus pactum et placitum et conuenientiam de hereditate nostra quam habemus in Sancta Eolalia de Pena ubicumque uadit uox de Petro Cartum quam tibi concedimus eo pacto, ut teneas eam in uita tua tantum et post mortem tuam ipsa hereditas quam etiam omnia alia quecumque ibi habueris uel aquisieris monasterio nostro maneant iure perpetuo, tam in hereditate scilicet quam in aliis rebus que in ipso loco inventa fuerint. Quicumque hoc factum irrumperit sit maledictus a Deo et quingentos solidos exsoluat. Qui presentes fuerunt: Domnus Iohannes abbas de Bouadela cf., Henricus prior Superaddi cf., Martinus Roderici cf., Rodericus Roderici cf., Rodericus Iohannis cf., frater Dominicus ts. et cf., frater Iohannes Martinit ts. et cf., frater Petrus Iohannis ts. et cf., Ego Pelagius abbas Superaddi et omnis conuentus hoc placitum roboramus et confirmamus. Ego Iohannes Roderici hoc placitum robor et confirmo.

Tumbo II, fol. 162 v.

A. 1215, P.

KARTA DE IOHANNE GUTERII

In Dei nomine. Ego Iohannes Guterii de Sancto Uincentio de Donas, filius Guterii Guimariz ex Insula de Goyso, una cum filiis et filiabus meis et omnis uox mea, uobis abbati domno Henrico et conuentui Superaddi et omni uoci uestre fatio cartam donationis in perpetuum ualituram de hereditatibus meis quas in presenti habeo uel habere debeo, scilicet do uobis terciam partem unius casal in Insula in terra de Goyso et portionem meam in Guitiriz et in Strauiz in Laborata et in Rouorica in Vigo Malo et in cunctis locis infra terminos Superaddi ubicumque uox mea uadit, intus et foris, prope et longe cum ingressibus et egressibus, cum nemoribus et pascuis et cum quanto ad prestitum hominis est, ut ab isto die qui est era M[a] ducentisima LIII[a] et deinceps de meo iure sint abrase uestroque dominio sint tradite in perpetuum possidende. Do itaque eas uobis pro remedio anime mee et parentum meorum, et ut participes simus ego et filii filieque mee in omnibus beneficiis uestris que in supradicto monasterio uos et successores uestri post uos. Et hoc meum factum semper maneat firmum.

Facta carta apud Superaddum in era iam supradicta. Regnante rege Adefonso in Legione et Gallecia, in Asturiis et Extrematura. Ego Iohannes Guterrii una cum filiis et filiabus meis hanc cartam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo. Prior dompnus Petrus Iohannis ts., domnus Suarius Guesteiz ts., Petrus monazinus ts., Froyla Pelagii cf., Petrus Nuni cf., frater Iohannes cf., Iohannes Froyle cf., Munio qui notuit.

Tumbo II, fols. 162 v.-163 r.

509

A. 1205 (¿Febrero 19?)

DE INSULA

In Dei nomine. Nos filii Froyle Heriz, Petrus Froyle et Ouequs Froyle et Fernandus Froyle et Orraca Froyle et Eluira Froyle et omnis uox nostra, vobis domno Martino Roderici et fratri Dominico et omnibus aliis fratribus Sancte Marie Superaddi et omni uoci uestre facimus cartam donationis et confirmationis de hereditate nostra propria quam habemus ex parte patris nostri in uilla que uocatur Insula de Latra et uadit ad ecclesiam Sancte Marie de Castro in terra de Goyso ut habeatis illam cum omnibus pertinentiis suis intus et foris quantum ad prestitum hominis est, excepta creatione hominum, et in robore accepimus de uobis LX solidos et in annunctione nongentas et LX^{a} nuces die VI^{a} feria ante primam dominicam quinquagesime. Possidete et fatite de eam quod uobis placuerit quia nos damus illam uobis libenti animo pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum quorum fuit hereditas et ut participes simus beneficiorum uestrorum tam in uita quam in morte. Si quis tam de parte nostra quam de extranea hanc cartam fregerit iram Dei omnipotentis et nostram maledictionem habeat et insuper ipsam hereditatem uobis dupplatam pectet. Ego supradictus Martinus Froyle dono pro remedio anime mee ad obitum meum quantam hereditatem habeo tam de auolentia quam de ganantia quam etiam de compara in Baamundi et in supradicta uilla de Insula.

Facta carta era M^{a} CC^{a} X^{La} III^{a}. Qui presentes fuerunt: Iohannes Nuni dictus Fol ts., Petrus Nuni ts., Petrus Ruxu ts., Petrus Grande ts., frater Iohannes cf., frater Munio cf., Petrus Iohannis qui notuit ts. et cf., Nos supradicti filii Froyle Heriz hanc cartam propriis manibus roboramus.

Tumbo II, fol. 163 r.

510

A. 1219, Noviembre 23 P.

DE MARINA DONA

Era Mª CCª LVIIª et quot IXº kalendas decembris. Hoc est pactum et placitum inter fratres Superaddi, ex una parte, et Marinam Donam de Insula ex altera parte. Ego prefata Marina Dona et omnis uox mea annunctio et quito Iohanne Petri hominem de creatione Superaddi cum quo sedi et tres filios meos quos habui de eo, uidelicet Petrum Amicum et Mariam Iohannis et Orracam Iohannis et totum auer quod ipsi fratres habuerunt et abent de me, ita quod nec ego nec alius homo pro uoce mea inquietet aut impetat ipsos fratres pro ipso homine suo nec pro ipsis filiis nec pro ipso habere, set totum habeant liberum et quitum tam de me quam de tota uoce meam in perpetuum. Ego frater Iohannes Froyle, magister de Constantim, pro me et pro tota uoce Superaddi annuntio et quito Mariam Dona et filium eius Iohannem et totam demandam quam ego faciebam de eo pro uoce Superaddi, ita quod nec ego nec uox Superaddi demandet ipsam Marinam Dona et prefatum filium eius. Quisquis hoc placitum transgressus fuerit pectet alteri parti C aureos et placitum perpetuum robur obtineat. Huius rei testis est Martinus Froyle miles qui uocem tenebat prefate mulieris. Qui presentes fuerunt: Iohannes Guterii presbiter de Castro, Petrus presbiter de Insula ts. et cf., domnus Rodericus Sebastiani ts. et cf., Petrus Sebastiani armiger ts. et cf., Fernandus Pelagii de Ruuianes ts. et cf., Petrus Canus ts., Petrus de Cotane ts., frater Pelagius Urgullu ts. et cf., frater Iohannes ferrarius ts. et cf., frater Iohannes sutor ts. et cf., Ouecus Froyle de Riba ts. et cf., Lupus Martini ts. et cf., Ego Marina Dona et omnis uox mea hunc placitum roboro et confirmo.

Ego Petrus Ueremudi dictus prior Superaddi et totus conuentus ipsius loci hunc placitum roboro et confirmo Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 163 r. y v.

511

A. 1207, Abril 29 P.

DE DOMNUM SEBASTIANUM

Era M^{a} CC^{a} X^{La} V^{a} et quot III° kalendas maii. Hoc est placitum et couenientiam inter fratres Superaddi et domnum Sebastianum Roderici. Quantum fratres et domnus Sebastianus laborauerint et acquisierint in hereditate de Uirinis et omnem fructum quem de predicta hereditate habuerint, debent inter se diuidere per medium et hoc tantum erit in uita de domno Sebastiano. Domnus Sebastianus et filius eius qui talis fuerit debent predictam hereditatem tenere in comenda si potuerint eam, uel si non fecerint per quod illam comendam perdere debeant. Post mortem uero domni Sebastiani fratres Superaddi habebunt suam hereditatem que ad illos pertinet, id est quarta pars totius uille de Uirinis cum omnibus pertinentiis suis intus et foris uel magis si magis acquisierint et suum abere quod in ipsa uilla habuerit et cui reliquerit domnus Sebastianus suam hereditatem et suum habere ipse habebit. Qui presentes fuerunt: frater Sebastianus cf., frater Pelagius Petri cf., frater Petrus de Cotae cf., frater Dominicus magister de Constantim cf., Petrus Munit ts. et cf., Veremudus Pelagii de Longarela ts. et cf., Petrus Suarit clericus ts. et cf. Rodericus Sebastiani filius domni Sebastiani ts. et cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 163 v.

512

A. 1192, P.

DE DOMNUM PETRUS FROYLE

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Petrus Froyle facio donationem Sancte Marie Superaddi et donno abbati Thome et omni conuentui eiusdem loci de ecclesia Sancte Marie de Gundeisca. Dono igitur uobis tres quartas eiusdem ecclesie pro remedio anime mee et pa-

rentum meorum cum omni hereditate quam ibi habeo cum fratribus meis tam ecclesiastica quam laicale. Quod si fratres mei noluerint uobis ius suum concedere dimittant uobis hereditates meas quas habeo in Sancta Maria maiore et in Ambroa laicales, in Burgaus et in Andrada ecclesiasticas et laicales. Si autem aliquis ex parte mea filiorum uel parentum meorum hoc pactum irrumpere temptauerit maledictionis mee pena plectatur et pro ausu temerario mille solidos restituat.

Facta carta firmamenti sub era M[a] CC[a] XXX[a]. Regnante donno Adefonso Legionis et donno Gomecio comite in Trastamar. Ego Petrus Froyle in hac carta manus meas roboro *[signum]*. Qui presentes fuerunt: Domnus abbas cf., prior cf., Petrus Gistraris cf., Martinus Roderici cf. Omnis conuentus Superaddi cf., Ego Petrus Froyle hereditatem que data est in uita mea retineo post mortem meam remansuram monasterio.

Tumbo II, fols. 163 v.-164 r.

513

A. 1155, Julio 1 P.

DE DOMNUS VEREMUNDUS PETRI

Nichil melius uenditur quam quod Domino traditur. Idcirco ego domnus Ueremudus Petri, comitis domni Petri filius, et uxor mea infans domna Urraca, comitis domni Henrici filia, et filiis nostris. Ego comes domnus Fernandus Petri et uxor mea comitissa domna Sancia Guncaluiz et filiis nostris et omnis uox nostra, vobis abbati domno Egidio monasterii Sancte Marie Superaddi et conuentui eiusdem loci, tam presentibus quam futuris, insimul facimus cartulam testamenti de nostra hereditate quam habemus de auiis et bisauiis nostris et est ipsa hereditate pernominata que uocitant Prada cum omnibus suis directuris, intus et foris ubicumque sua uox uadit, per suis terminis et locis antiquis que ad eandem hereditatem pertinet uel pertinere debet, totum damus uobis ad integrum ob remedium animarum nostrarum et pro quorum memoria fuit hereditas. Et habet iacencia in terra Nemitus, iuxta uillam de Parada, prope aulam Sancti Saluatoris, secus duos fluius uidelicet Minuete et Gancelas, sub duos montes, scilicet Salgeiras et Corugeiras, deinceps habeatis eam firmiter et faciatis de eam totam uestram uoluntatem in seculorum secula. Si autem aliquis ex nostra parte uel extranea contra

hoc nostrum placabile factum ad rumpendum uenerit uel nos uenerimus, quisquis fuerit sit anathematizatus et in quaduplum componat quantum in contempsam miserit et pro temerario ausu solidos DC^{os} exsoluat et hoc nostrum factum maneat firmum.

Facta carta testamenti in era I C LXXXXIII^{a} et quot kalendas iulii. Nos superius nominati in hac cartam testamenti quam fieri iussimus manus nostras roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Rodericus ts., Pelagius ts., Abbas Suarius Ciniensis monasterii cf., Abbas Suarius de Ozia cf., Abbas Martinus de Auegondo cf., Osorius Menendi cf., Pelagius Lupit cf., Froyla Arias cf., Afonsus Pelaz cf., Iohannes Guteriiz cf., Iohannes Roderici cf., Guncaluo Menendiz cf., Froyla Athayci cf., Pelagius qui notuit.

Sciendum est quod in predicta uilla de Parada prope aula Sancti Salu[a]toris dedit frater Menendus Petri suam hereditatem Deo et Sancte Marie monasterio Superaddi pro remedio anime sue. Et similiter dedit Pelagius Uermuici de Feruencas totam suam porcionem in predicta uilla cum omni sua directura.

Tumbo II, fol. 164 r. y v.

514

A. 1180, Marzo 8 P.

DE DOMINUS COMES GOMEZ

Nichil melius uenditur quam quod Domino traditur. Ea propter ego dominus comes Gomez facio carta donationis et confirmationis ex auctoritate et mandato domini regis Fernandi Sancte Marie Superaddi et vobis domno Egidio abbati et conuentui eiusdem loci de quadam hereditate de Parada quam dicunt regalengo de Prada cum adiunctionibus suis que ad eam pertinet uel pertinere debent in cunctis partibus suis. Hoc itaque regalengum concedente sicut prefatus sum domino rege Fernando do predicto loco pro remedio anime mee et parentum meorum ut ibi sit iure perpetuo. Huiusque donationis Martinum Maurum datorem facio qui eam in ius fratrum dirigat. Si quis autem hoc meum factum inf[ri]ngere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et parti regie pariat C^{m} aureos.

Facta carta sub era Mª CCª XVIIIª et quot VIIIº idus mar[c]ii. Qui presentes fuerunt: Petrus Ueremudi presbiter de Parada, Gundisaluus Adefonsus, Pelagius Ribeira, Iohannes ts., Petrus ts., Martinus ts., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fol. 164 v.

515

A. 1155, Julio 1 P.

DE DOMNUS VEREMUNDUS PETRIT

Quam ea que uenduntur uel donantur literis confirmatur ne posteris obliuioni tradantur, ideo ego domnus Ueremudus, comitis donni Petri filius, et uxor mea infans domna Urraca, comitis domni Henrici filia, et filiis nostris et comes domnus Fernandus et uxor mea comitissa domna Sancia et filiis meis, tibi Roderico Pelagii in domino Deo eternam amen. Placuit nobis atque conuenit nullius cogentis imperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit uolumptas ut faceremus tibi cartulam donacionis et perfiliacionis sicut et facimus de hereditate nostra propria quam habemus de abiorum et parentorum nostrorum et est ipsa hereditate prenominata Prata et iacet iuxta uilla de Parata et habet iacentiam in terra Nemitus, secus duos fluuios Minuete et Ganzelas, sub duos montes Salguiras prope et Corugeiras aulam Sancti Saluatoris, damus tibi atque concedimus ipsa hereditate cum quantum a prestitum hominis est intus et foris per suis locis et terminis antiquis per ubi eam melior potueritis inuenire uel inquirere; donamus eam tibi ab integro pro que seruis bonis Sancti nobis placet et tibi, ita ut de odie die et tempore de iuri nostro abrasa et in uestro dominio sit tradita, habeas tu et omni posteritas tua. Si quis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo de parte nostra uel extranea contra hunc factum nostrum ad inrumpendum uenerit uel uenerimus pariat tibi uel uoci tue ipsa hereditate duplata uel triplata et insuper solidos CC^{tos}.

Facta carta donationis et perfiliationis sub era Mª C LXXXXIII et quot kalendas iulii. Nos domnus Ueremudus et u⟨x⟩or mea infans domna Urraca et filiis nostris et comes domnus Fernandus et uxor mea comitissa domna Sancia et filiis meis et uoci nostre, tibi Roderico Pelagii et uoci tue in hanc scripturam quam fieri iussimus manus nostras

roboramus *[signum]*. Inperante Toleto et Legione imperatore domno Adefonso. Dominante nostra terra comes domnus Fernandus et frater eius domnus Ueremudus. Qui presentes fuerunt: Rodericus ts., Pelagio ts., Sancio Fernandiz cf., Osorius Menendiz cf., Pelagius Lupit cf., Fernandus cf. Froyla Arias cf., Adefonsus Pelagii cf., abbas domnus Suarius Ciniensis monasterii cf., abbas Martinus de Auecondo cf., abbas Suarius de Ozia cf., Iohanne Guterii cf., Iohanne Roderici cf., Gundisaluo Menendiz cf., Froyla Atanides cf., Martinus qui notuit.

Tumbo II, fols. 164 v.-165 r.

516

A. 1187, Marzo P.

CARTA DE IOHANNE PETRI ET FERNANDUS PETRI

In nomine Domini. Nos Iohannes Petri presbiter, Fernandus Petri frater eius, Petrus Ueremudi dictus Setartes, Petrus Froyle, Iohannes Ferrarius, Froyla Petri dictus Barba et Guntrode Eriz et omnis uox nostra, uobis fratribus Sancte Marie Superaddi omnique uoci uestre, ob remedium animarum nostrarum nostrorumque parentum damus uobis et offerimus omnes nostras portiones quantascumque habemus in Constantim cum omnibus suis directuris et bonis in perpetuum possidendas. Si quis contra hanc nostram cartam donationis quam nos pro Dei amore et Beate Marie uirginis fieri mandamus pro animarum nostrarum remedio, ad irrumpendum uenerit, sine fine sit maledictus et condempnatus et pariat uobis solidos C^{m} et hoc scriptum semper sit firmum.

Facta carta mense marcio, era M^{a} CC XXV. Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus *[signum]*. Qui presentes fuerunt: abbas domnus Fernandus cf., domnus Arnaldus monachus cf., Nuno Cota cf., Garsia Menendi cf., Martinus Roderici cf., Froyla Eriz cf., Petrus Eriz cf., Pelagius qui notuit.

Tumbo II, fol. 165 r.

517

A. 1186, Septiembre 13 P.

KARTA DE IOHANNE OSORII

Era M[a] CC XX IIII idus setembris. Ego Iohanne Osorii una cum filiis et filiabus meis scilicet Petrus Iohannes, Michael Iohannes, Lupo Iohannes, Fernandus Iohannes, Toda Iohannes, Marinna Iohannes, Maria Iohannes, Tharasia Iohannes et omni uoci nostre damus et confirmamus per scripturam firmitatis siue testamus ad monasterio Superaddi pro animabus nostris et parentum nostrorum omni iure hereditario cum omnia sua directura siue homines que nobis conuenit ex parte domno Osorii Ueremudi de commisso Superaddi per petra de domno Ueremudo de Cordale usque in Bandogia, et in terra de Parriga uillare Amariz et Azeu⟨e⟩do et casale de Luzo. Hoc donorum parum damus iure perpetuo ad predicto monasterio euo perhenni secula cuncta, et hoc nostrum factum maneat semper firmum. Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Arias ts., Pelagius ts., Froyla Heriz cf., Ouequo Roderici cf., Froyla Roderici cf., Osorio Heriz cf., Pelagius Roadi cf., Pelagius qui notuit ts. et confirma. Ego Froyla Heriz similiter facio donationem de mea racione quomodo supra resonat ad obitum meum ut ita fiat.

Tumbo II, fol. 165 r. y v.

518

HEC EST DIUISIO DE SAAMIR

Hec est diuisio hereditatis de Saamir et de Constantim. In primis per portum de Presa et inde ad marcum de Tralapena, et inde ad molam de super portum da Presa et ad pennam de Penelas.

Tumbo II, fol. 165 v.

519

A. 1199, Abril 24 P.

DE I° CASALI IN UILLA QUE UOCITANT SAAMIR

In Dei nomine. Ego domnus Rodericus Pelagii, filius domni Pelagii de Monte Nigro, una cum filiis et filiabus meis et omnis uox mea uobis domno Bernardo abbati et omni conuentui Sancte Marie Superaddi et omni uoci uestre facio cartam uenditionis in perpetuum ualituram de una seruicialia integra hereditatis mee proprie quam habeo et habere debeo in uilla que uocatur Saamir in terra de Goyoso, quam hereditatem uendo uobis pro D^{os} L^{a} solidos probate monete Legionensis regis ut ab isto die et deinceps de meo iure sit abrasa uestroque dominio sit tradita in perpetuum possidenda, habeatis autem illam cum ingressibus et egressibus, cum nemoribus et pascuis, cum montibus et fontibus, cum domibus et casalibus, cum omnibus directuris et pertinentiis suis intus et foris, longe et prope, iure hereditario possidendam. Si quis autem de genere meo uel extraneo contra hanc cartam quam spontanea uoluntate fieri iussi aliquo modo uenire temptauerit et eam infringere uoluerit, maledictus sit et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et quantum inuaserit in simili loco in dupplum componat, et parti regie ac uestre C^{m} morabetinos exsoluat. Et hoc meum factum semper maneat firmum.

Facta carta apud Constantim era M CC XXX VII^{a} et quot VIII° kalendas maii. Regnante rege Adefonso in Legione et Gallecia, in Asturiis et Extrematura. Ego domnus Rodericus Pelagii una cum filiis et filiabus meis hanc cartam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo *[signum]*. Qui presentes fuerunt: Prior domnus Fernandus Suarii, dompnus Martinus Roderici ts., frater Ouequs ts., frater Dominicus magister de Constantim ts., Iohannes Froyle cf., Martinus Froyle cf., frater Iohannes cf., Fernandus qui notuit.

Tumbo II, fol. 165 v.

520

A. 1204, Mayo s. d. P.

DE HEREDITATE DE CALOURE ET DE ALIIS

In Dei nomine. Ego Iohannes Calioure, filius Martini Ouequit et Guntrode Froyle de Calioure, uobis fratribus Sancte Marie Superaddi dono per cartam donationis et testationis omnem hereditatem patris et matris me, quam habeo in Calioure intus et foris cum omnibus pertinentiis suis, quantum pertinet ad uocem patris et matris mee, quia ego solus remansi ex omnibus filiis eius et totam hereditatem quam habeo ex parte patris mei in Parrega in uilla que uocatur Osendi de Sancta Cruce. Domus ibi a patre meo facta pernominata in qua sedit Pelagius de Fenal et totam hereditatem quam habeo ex parte patris mei in Superaddo in uillis que uocitantur Sancta Marina et Leolfe, et uenio in iermanitate cum uoxore de Pelagio Batalla, has supradictas hereditates dono Sancte Marie pro remedio anime mee et parentum meorum. Si quis ex parte mea uel extranea hanc cartam fregerit maledictionem Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda traditore in inferno habeat participium et insuper ipsam hereditatem pectet uobis duplatam uel triplatam et parti regie CC solidos pectet.

Facta carta donationis in era M^{a} CC^{a} X^{La}II^{a} mense maio. Regnante rege Adefonso in Legione. Petro Suarii regente Iacobitanam ecclesiam. Domno Iohanne Fernandi tenente Trastamar et Monte Roso, et maiordomo in domo regis. Qui presentes fuerunt: abbas Superaddi domnus Pelagius Ouequit ts. et cf., prior eiusdem loci domnus Fernandus Suarii ts. et cf., cellerarius Ueremundus ts. et cf., frater Petrus Didaci de Azenis ts. et cf., Veremudus ts., Martinus ts., Iohannes ts., Petrus Iohannis ts. et cf., et qui notuit.

Tumbo II, fols. 165 v.-166 r.

521

A. 1218, Abril 15 P.

PACTO DE CONSTANTIM

In Dei nomine. Era M^{a} CC^{a} L^{a} VI^{a} et quot in die Pasce. Ego Petrus Fernandiz cognomento Ualeyrum una cum uxore mea Maria Petri et filiis et filiabus meis uidelicet Petrus Petri, Pelagius Petri, Martinus Petri, Marina Petri, Sancia Petri, Maria Petri, uobis abbati domno Henrico Superaddi et omni conuentui eiusdem loci et uobis fratri Iohanni Froyle magistro de Constantim facio pactum et placitum firmissimum in D solidos roboratum de omni demanda et uoce quam ego habebam super hereditatem de Constantim, quam uobis annuntio et quito in perpetuum pro remedio anime mee et parentum meorum et in robore X solidos, et in omni uita nostra semper debetis nobis bene facere et ad mortem uniuscuiusque nostri pro nobis orare. Huis rei sunt testes: frater Iohannes Faber ts., frater Iohannes hostalarius ts., frater Iohannes Ueremundi ts., Rodericus Hodoarii ts., Petrus Martini ts., Iohannes Martini qui notuit.

Tumbo II, fol. 166 r.

522

1217, Octubre, mediados, P.

DE SAAMIR

In Dei nomine. Ego Maria Muniz una cum filiis et filiabus meis et omnis uox mea, uobis domno Henrico abbati monasterii Sancte Marie Superaddi et toti conuentui eiusdem loci facio cartam uenditionis de hereditate mea propria quam habeo in uilla de Saamir, ut habeatis eam cum omnibus pertinentiis suis intus et foris, prope et longe et faciatis de ea quod uestra fuerit uoluntas, et dedistis mihi in precium X^{L} et duos solidos et in robur unum quartarium de ceuyra et unum caseum et unam restem de cepis. Si quis igitur tam de parte mea quam de extranea hanc

cartam fregerit, iram Dei omnipotentis incurrat et pectet uobis ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et parti regie CC^{os} solidos persoluat, et carta in perpetuum robur obtineat.

Facta carta uenditionis in era M CC L V et quot octuber medium. Regnante rege Adefonso in Legionem in Asturiis et in Extrematura et in Gallaecia. Domno R[oderico] Gomiz tenente Trastamar et Monteroso et Sarra et Monte Nigro. Iohannes Roderici prestameyro de terra. Petrus Froyle uillicus. Episcopo Lucensi domno Roderico, archidiacono domno Uaasco. Qui presentes fuerunt: Iohannes monacus ts., Lupus Martinit ts., Iohannes Erit ts., Iohannes Pelagii ts., Martim Scapa ts., Garsia Petri ts. Et alii multi qui uiderunt et audierunt.

Tumbo II, fol. 166 r.

523

A. 1212, Marzo 11 P.

ITEM DE SAAMIR

In Dei nomine. Ego Maria Iohannis, filia de Iohannes Folegadu, uobis abbati domno Henrico et uestro conuentui facio cartam uenditionis de tota mea hereditate que ad uocem meam pertinet in Saamir pro VI solidos et in robore XII denarios, ut habeatis eam cum omnibus pertinentiis suis, intus et foris et faciatis de ea quod uestra fuerit uoluntas. Et si aliquis homo de mea parte uel extranea hanc cartam uenditionis et hereditatem quam uobis uendidi contrariauerit, pectet uobis ipsam hereditatem duplatam et parti regie CC solidos persoluat, et carta semper maneat firma.

Facta carta uenditionis in era M^{a} CC^{a} L^{a} et quot V idus marcii. Ego Maria Iohannis hanc cartam roboro et confirmo. Regnante rege domno Adefonso. Qui presentes fuerunt: Petrus Froyle ts., domnus Laurencius ts., Martinus Iohannis ts., archipresbitero ts., Petrus Petri ts., Et filii ecclesie uidentes et audientes hanc uendicionem. Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 166 r. y v.

524

A. 1219, Febrero 19 P.

KARTA QUAM FECIT AZENDA MONIZ DE HEREDITATE DE SAAMIR

In Dei nomine. Ego Azenda Moniz una cum filiis et filiabus meis et omnis ⟨uox⟩ mea, uobis domno Henrico abbati et uestro conuentui facio cartam uendicionis de tota mea hereditate que ad uocem meam pertinet in Saamir et in Trobouum pro XXX solidos et in robore III^{as} soldadas, ut habeatis eam cum omnibus pertinentis suis, intus et foris et faciatis de ea quod uestra fuerit uoluntas. Et si aliquis homo de nostra parte uel de extranea hanc cartam uendicionis et hereditatem quam uobis uendidi contrariauerit pectet uobis ipsam hereditatem duplatam et parti regie C^{m} solidos persoluat et carta semper maneat firma.

Facta carta uenditionis in era M^{a} CC^{a} quiquagesima VII ⟨et quot⟩ XI kalendas marcii. Ego Azenda Muniz cum filiis et filiabus meis hanc cartam quam fieri iussi manibus meis roboro *[signum]*. Regnante rege domno Adefonsi. Ricome Uaasco Gomez. Maiorino Nuno Corrigia. Episcopus Ordonius in sede. Archidiaconus Uaasco Roderici. Archipresbitero Petrus Petri. Qui presentes fuerunt: Iohannes monachus presbiter ts., Pelagius monacus presbiter ts., presbiter Petrus Muniz ts., Laurencius Pelaz ts., Fernandus Pelaz ts., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 166 v.

525

A. 1218, Mayo 29 P.

ITEM DE SAAMIR

In Dei nomine. Ego Azenda Muniz et Maria Muniz una cum filiis et filiabus nostris et omnis uox nostra uobis fratribus Sancte Marie Superaddi et omni uoci uestre, facimus cartam uenditionis de nostra portione quam habemus de tribus casalibus in Saamir et damus uobis in

precium ipsius hereditatis XX^{ti} et VI solidos et unam pultram et unum caseum et unam ouem et duos ferros arrandi in robur, ut habeatis eam cum omnibus pertinentiis suis intus et foris et faciatis de ea quod uestra fuerit uoluntas. Et si aliquis homo de mea parte uel extranea hanc cartam uenditionis et hereditatem quam uobis uendidi contrariauerit, pectet uobis ipsam hereditatem duplatam et parti regie CC solidos persoluat et carta semper maneat firma. Facta carta uenditionis in era M^{a} CC^{a} LVI^{a} et quot IIII° kalendas iunias. Ego Azenda Muniz et Maria Muniz una cum filiis et filiabus nostris hanc cartam quam fieri iussimus manibus nostris roboramus *[signum]*. Regnante rege domno Adefonsi. Rodericus Gomet ricome. Domnus Iohannes Roderici tenens terra. Martinus maiordomus. Episcopus Roderici in sede. Archidiaconus dono Uaasco Roderici. Qui presentes fuerunt: Iohannes abade ts., Petrus Iohannes ts., Iohannes Petri ts., Petrus Froyle ts., Martino Iohannis ts., Iohannes Froyla magister de Constantim ts. Et filii ecclesie de Sancte Marie uidentes et audientes hanc uendicionem. Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 166 v.

526

A. 1218, Mayo 29 P.

ITEM DE SAAMIR

In Dei nomine. Ego Petrus Moniz et uxor mea Maria Petri una cum filiis et filiabus nostris et cum filiis Petri Nuni scilicet, Petro Petri et Pelagio Petri et omnis uox nostra, uobis fratribus Superaddi et omni uoci uestre, facimus cartam annuncii de hereditate filiorum Munionis monachi quam habebant in Saamir, pro eo quod a uobis recepimus XL solidos et in robore unam talegam milii. Habeatis autem uos et omnis uox uestra ipsam hereditatem et posideatis eam iure h⟨e⟩reditario in perpetuum. Si quis autem de parte nostra uel extranea hanc cartam annuncii quam fieri iussimus et propriis manibus roborauimus *[signum]* frangere temptauerit sit maledictus et excomunicatus et careat societate Dei et angelorum eius, et quantum inuaserit in duplum restituat et parti regie C^{m} solidos exsoluere cogatur, carta nichilominus in suo robore permanente. Facta carta annuncii in era M^{a} CC^{a} L^{a} VI^{a} et quot IIII° kalendas iunii. Regnante rege domno Adefonso in Legione et Galletia,

in Asturiis et Extrematura. Roderico Gomecii tenente Galletiam. In sede Lucensi episcopo domno Roderico. Iohanne Roderici tenente Montem Nigrum. Qui presentes fuerunt: Dominicus Suarii ts., Petrus Petri ts., Lupus Martini ts., Iohannes monachus presbiter ts., Iohannes Froyle ma⟨gis⟩ter Constantini ts., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fols. 166 v.-167 r.

527

A. 1218, P.

KARTA DE SAAMIR

In Dei nomine. Ego Guntrode Pelagii, filia Pelagii Roderici, quando obiit dedit hereditatem suam de Saamir et de Lousado et Ataim, quatinus fratres ducerent eam ad Superaddum et sepelirent et facerent pro ea sicut pro familiari, sicuti et fecerunt, et hereditaturam quam habeat in Trobano dedit fratribus Superaddi pro X solidos quos dedit Sancte Marie de Castro in era M CC L VI^{a}. Iohannes monachus ts., Rodericus Sebastianus ts., Pelagius de Castro ts., Petrus de Cotai ts., Lupus Martiniz ts., Pelagius Erit ts., Pelagius Iohannes ts., Iohannes Erit ts., Garsia Petri ts., Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 167 r.

528

Sin fecha (1188-1189)

DE CONSTANTIN

In Dei nomine. Ego Marina Suarit et Guntrode Suarit uendiderunt fratri Dominico da ferraria de Constantim medios de XVI castinarios. Maria Suarit de Sancta Cruce dedit alios V^{e} castinarios integros. Martinus Roderici de Fonte et Petrus Iohannis uendiderunt IIIes casti[na]rios. Petrus Iohannis de Fonte alios V^{e} integros. Marina Suarit de Sancta Cruce uendidit quartas de VII castinarios. Martino Didaci de Sancta Cruce uendidit unum castinarium et medium de altero. Martino Pelagii

de Fonte unum castinarium. Petrus Munit et Rodericus Munit et suis iermanis et suis suprinis Munio Iohannis uendi⟨d⟩erunt fratri Dominico tercias de X^{m} et nouem castinarios pro XII solidos et unum carnarium in robore quem habuit Petrus Muniz; istos castinarios cum suo terreno iacent de Coua de Portu de Ruueira usque ad fontem de Campelu in illa rega, precium de istis castinariis et de suo terreno est L^{a} solidos et VIII^{to} carnarios et magis nouem denarios. Hec fuit factum in diebus regis Adefonsi. Pelagii Muniz qui tenebat medium de Trastamar. Archiepiscopi Petri Suarit et Orraca Ueremundi qui tenebat istos homines in uassalgim, et fuit hoc scriptum in Sancta Cruce presentibus maiordomus de Fernando Beltran, Petrus Mourelu et domna Urraca, maiordomus Pelagius Ueremundi et Rodericus Sanchit, Petrus Sanchit, Viuiam, Petrus Roderici, Pelagius Roderici, Martinus presbiter et concilio de uilla, frater Dominicus magister de Ferraria ts., frater Martinus carpentarius ts., frater Palgius da Regaria magister de Iamroz ts. et cf., frater Pelagius Maurus ts. et cf., Petrus Iohannis qui notuit.

Tumbo II, fol. 167 r. y v.

529

Sin fecha, P.

KARTA HEREDITATUM QUAS COMPARAUI FRATER DOMINICUS

In Dei nomine. Hec est karta de hereditate quam comparauit frater Dominicus in grangia de Constantim. In primis XXX^{a} solidos pro omni hereditate de Maria Erit, mulier de Pelagio Suerii de Insula, quantam pertinebat uoci sue in grangia de Constantino, et pro roboratione unum arientem.—Viginti et duos solidos Martino Muniz de Insula cum fratribus suis pro omni hereditate quam habebant in Saamir et in Fraulfi et in Salguerios et dedi eis unum arietem pro roboratione. Filie Orrace Petri et de Muogu de bouida et Marie Pecheni, uxorem Petri Mauri de Insula II solidos et unum arietem pro omni portione sua quam habebant in Saamir in casale inferiori et in uno agro de stagno. Tres solidos et dimidium Munioni Ueremudi de Insula pro parte sua tota quam habebat in Saamir in casali inferiori et in agro qui est super stagnum, et quartam partem de uno pomerio quod est in uilla de Insula et partem dimidiam de uno agro quem tenebat pro concambia et dimisit illum pro anima sua.

Tumbo II, fol. 167 v.

530

A. 1220, P.

KARTA DE CONSTANTIM

In Dei nomine. Ego Froyla Pelaz et Garsia Pelaz et Fernan Pelaz et suos subrinos Eldoncia Petri et Maria Petri et Pelagio Petri, vobis fratres de Constantim de Sancta Maria de Subrado, facimus karta uenditionis de hereditate nostra propria que habuimus de auiorum nostrorum in uilla de Saamir concurrentia Sancte Marie de Castro, in casales in quintanis, in cortinis, in agris et in omnicumque uox uadit totam nostram quinionem de ipsa uilla intus et extra. Et dabo uobis in pretium, X^{La} solidos et in robore VII denarios pre⟨c⟩ium et robur de quo sumus bene pacatos, habeatis uos ipsam hereditatem et possideatis eam iure hereditario imperpetuum. Et si aliquis homo de nostra parte uel de extranea uobis quem contrariauerit, sit maledictus et parti regie solidos C^{m} ponat et uobis dubletur dublata uel triplata aut quantum fuerit meliorata. Ego Froyla Pelaz et Garsia Pelaz et Fernan Pelaz et suos subrinos et suas mulieres et suos filios et suas filias in hac carta quod fieri iussimus manus nostras roboramus. Facta carta uenditionis era M^{a} CC^{a} L^{a} VIII^{a}. Regnante rege domno Adefonsi. Don Uaasco ricome. Don Iohannes Rodericit tenens ibi a terra. Martin Iohannes maiordomus. Episcopus in sede don Rodericus. Archidiaconus don Uaasco. Archipresbitero Petrus Petri. Don Iohannes Froylat magister in Constantin. Qui presentes fuerunt: Iohannes monachus presbiter ts., Pelagius caualeiro ts., Petrus de Cotani ts., Fernan Pelaz ts., frater Didacus ts., frater Iohannes ts., Et filii ecclesie Sancte Marie de Castro uidentes et audientes hanc uenditionem. Iohannes qui notuit *[signum]*.

Tumbo II, fols. 167 v.-168 r.

531

A. 1222, Marzo 8 P.

KARTA DE CONSTANTIM

In Dei nomine. Ego Marina Petri, filia de Petro Meindit, et filiis nostris et uoci nostre, vobis fratres de Constantino et omni conuentu Sancte Marie de Subrado, fatio carta uenditionis de hereditate nostra

propria que ego habeo in Saamir, a uobis uendo totam meam hereditatem que ego habeo in ipsa uilla, intus et extra, in casales, in quintanis, in cortinis, in fontibus, in agris et in omnicumque uox uadit totam meam hereditatem de ipsa uilla. Et dabo uobis in pretium XIII solidos et in robore una taleiga de milio. Precium et robur de quo sumus bene pacata, habeatis uos ipsam hereditatem et possideatis eam iure hereditario imperpetuum. Et si aliquis homo de nostra parte uel de extranea uobisquem contrariauerit sit maledictus et parti regie solidos C^{m} ponat et uobis dubletur dublata uel triplata uel quantum fuerit meliorata. Ego Marina Petri in hac carta que fieri iussimus uobis abbati domno Henrico Superaddi et omni conuentu manus nostras roboramus.

Era M^{a} CC^{a} LX^{a} et quotum VIII° idus kalendas marcias. Regnante rege domno Adefonsius. Domno Roderico Gomet ricome. Domno Iohannes Roderici tenens ibi a terra. Maiorinus Laurentius Pelaz. Episcopes domno Ordonius in sede. Archidiaconus don Uaasco Roderi. Petrus Petri archipresbitero. Qui presentes fuerunt: Iohannes monacus ts., Petrus de Cotani ts., frater Iohannis ts., frater Iohannis staleiro ts. Et alii multi qui uiderunt et audierunt hanc uenditionem. Iohannes qui notuit.

Tumbo II, fol. 168 r.

532

A. 1222, Mayo 1 P.

KARTA DE CONSTANTIN

In Dei nomine. Ego Marina Pelaz et Marina Pelaz et Marina Petri et Maria Pelaz et Pelagio Pelaz, vobis abbati domino Henrrico Superaddi et omni conuentu eiusdem loci et uobis fratri Petro magistro de Cotani, facimus carta uenditionis de hereditate nostra propria que habuimus de auiorum nostrorum in uilla de Constantini, intus et extra et omnicumque uox uadit totam nostram hereditatem de Constantini. Et dabo uobis impretium a Marina Pelaz et a Marina Pelaz XXX^{a} et V^{e} solidos et V^{e} ferramentas, et a Marina Petri et a Maria Pelaz et a Pelagio Pelaz XXX^{a} solidos et duas ferramentas, pretium et robur de quo sumus bene pacatos, habeatis uos ipsam hereditatem et possideatis eam iure hereditario imperpetuum. Et si aliquis homo de nostra parte uel de extranea uobisquem contrariauerit sit maledictus et excomunicatus et

parti regie solidos C^{m} ponat et uobis dubletur dublata uel triplata uel quantum fuerit meliorata. Ego Marina Pelaz et Maria Pelaz et Marina Petri et Maria Pelaz et Pelagio Pelaz in hac carta quod fieri iussimus manus nostras roboramus.

